



N.R.
A-313





263-16



2.51



0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19



26-3-16



...d. vi.



x 6-2



R. P. DOCTORIS

B. 1.502

AVGVSTINI

DE HERRERA,

GORMATIENSIS,

SOCIETATIS IESV.



IN VNIVERSITATE COMPLVTENSI PRE-

marij Theologiae Professoris.

Este libro es del Col. de la Imp. de los de Granada.

TRACTATVS

DE SCIENTIA DEI,

16. de Octubre.

AD PRIMAM PARTEM D. THOMÆ

Quæstione 14.

Anno



1672

CVM PRIVILEGIO:

Compluti: Apud Franciscum Garcia Fernandez, Typographum Uniuersitatis.



1218. 8 DOCUMENTS

LAEGAVSTINUS.

DE HERRA

RUMITAMMIS

SCOTTATIS IN C

ET DILECTUS CONVENTUS

SCOTTATIS CONVENTUS

CAMPBELL CO.

ILLVSTRISSIMO, AC RE-
uerendissimo D. D. Fr. Ioanni de
Molino, & Nauarrete, Seraphicæ
Religionis Præclarissimo Alumno.
Olim Lectori Iubilato: Visitatoris,
Definitoris, & Prouincialis muneri-
bus conspicuo. Cælareo Conciona-
tori, & Confessario. Post modum ad
Girgenti Episcopatum electo. Nunc
vero Præfuli Palentino. Comiti de
Pernia. Caroli Secundi Re-
gis Catholici à Con-
silijs, &c.



VM EA SEMPER FVERIT
cognitionis naturæ (Illustris-
sime Domine) vt vni fratrum
collatus honor, alterius etiam
honor, & decus sit: ideo non
modo qui honoris accipit be-
neficium, verum, & qui fratriis gloriatur honore,

finuissima gratitudinis obstringi lege par est. Præ-
sertim dum beneficium non exiguum, sed maxi-
mum, & tota animi propeatione confortur. Fratri
meo impense fauisti: dignum iudicasti, qui tua
opera præclaris præficeretur muneribus: tuo du-
stu, & commendatione Regius, Cæsareusque
Ecclesiastes electus, ad alia munera non minus
spectabilia, te suggestente, Regio iam eminent de-
stinatus iudicio: &c, quod mihi maius est, pro te
sufficitur ad hæc munia. Maximum quidem do-
num: eximum sane largitus es honorem: in me
tantam beneficiorum vim redundare non abnuā;
Me ergo tibi quam maxima possum studio glo-
rioso gratitudinis iure semper devinctum profite-
bor. Tibi huius libelli in gratitudinis signum non,
vt donum offero, sed tributum: usque adeo enim
me totum tibi votum est mancipari, vt omnia nō
iam mēa, vt offeram, sed tua, vt à te accipiā, ex op-
tem. Verum enim vero, vt te Patronū eligerem.
sat erat, si, transmissis gratitudinis nominibus, tuā
famam agnoscerem, vt & tanto Tuō patrocinio
superbirem, & huius exigui operis æternitati con-
sulerem. Theologico operi cuius nominis præ-
scriptionem summis votis expeterem, nisi tui,
Illustrissime Domine, qui tot per annos Theolo-
gice abstrusiora arcana non modo penetrasti feli-
citer, verum, & alijs utilissimè referasti? Tui præ-
stantissimi ingenij subtilitas, sacratioris crudito-
nis,

nis grauitas, explicationis perspicuitas, & rationū soliditas cunctos rapiebant in admirationem, & plausus. Et merito quidem. Sed, me iudice, aliud est, quod maiorem apud omnes de te venerationem iure debeat excitare: excelsæ nimirum tuæ mentis, non ad Scholasticas modo difficultates in genij perspicacissima acies; sed ad omnia fermè munera, quæ mente exercentur, aptum natum, felicissimumque ingenium. Mirabile sanè quod cù totis immersus Theologiæ videreris, integer supercesses sugestui: dum totus scripturæ vacares, ne in minimo quidem te Scholastico subtraheres muneris. Nihil in te subtilitatis Scotus, nihil eloquentiæ desiderauit Chrysostomus, quoniam nec grauis Theologiæ severitas minuit elegantię nitorum, nec eloquentiæ amoenitas de rigida scholæ lege, vel minimi temperauit. Sacram euangelij tubam te Germania mirata est. Dum à tuo ore Cæsarea Curia, ipseque Cæsar totis penderent animis, non modo Hispaniæ regnum; verum, & aliae Europæ regiones tuae prædicationis eloquentissimis vocibus personarunt. Hæc naturæ ornamenta, & si te ad summum venerationis euche bant fastigium, non in te principem obtinuere locum. Omnibus his excelsior tua suspiciebatur prudenter: prudentiam vero virtus religi sa excedebat, omnibus (te uno excepto) procul omni ambiguitate mirabilis. Sumo regumine, summoque

regimine, summoque Consilio Visitatoris, Defi-
nitoris, & Prouincialis præclara gesisti munera.
Et quidem dum superior munere, superior præ-
omnibus vita & sanctitate eminebas. Cuius rei non
mediocre testimonium: fuisse scilicet in Seraphi-
ca familia aliorum regimini admotum. Qui enim
fieri posset, ut non rectissime, & fœlicissime præ-
sit, qui in ea degit repùblica, in qua semper ad gu-
bernacula, etiam minima, optimus omnium eligi-
tur. Tot litterarum, prudentiarum, & virtutis orna-
mentis instructas, non propria sponte, sed Regio
Consilio, & obedientia religiosi compulsa, diffi-
ciliora subiisti munera. Cæsareæ Maiestati à con-
fessionibus, & concionibus ad fuiti: ubi mode-
stia, Religionis, prudentia, integritatis, omnium
que aliarum virtutum, tot in te, tamque illustres
emicuere radij, ut Cæsari religio fuerit in te sibi
vni retinere, & non potius (tametsi dolens) plu-
rimorum utilitati donare. Hoç etiam nostra Catholicæ Regnæ in conscientia fuit: id circo ut
vtriusque animis his molestis ex solueretur scrupulis, te primò ad Girgentinam in Sicilia: deinde
ad Palentinum in nostra Hispania Episcopalem Se-
dem euexit, quæ te laetabunda excipiens sibi de-
tanta fœlicitate gratulatur. Viuas, Illustrissime
Principis: viuas Nestoreos fœlicissimos annos.
Quod, ut pro omnium votis eueniat, Deum Optimum Maximum precari non desinam, ut in te

San-

Sanctissimi Præsulis perfectissimo exemplari nostra Hispania : imò per sæcula plura (aurea quidem te uno superstite) vniuersa Dei congaudeat Ecclesia. **VALE.**


Illustrissimæ Dominationis tuæ

Minimus Iervus, & filius

Augustinus de Herrera

Aprobación de los Superiores.

CON Licencia de los Superiores de la Religión del Ordinario; y del Supremo Consejo de Castilla; y aprobaciones del Doctor D. Francisco Campuzano, Catedrático de Vísperas de la Universidad de Alcalá; y del Reverendísimo Padre Fr. Francisco de los Arcos, de la Sagrada Religion de la Santissima Trinidad Redención de Cautivos, Provincial, que ha sido, y oy Predicador de su Magestad, y de la Junta de Calificadores de la Suprema, y General Inquisición;



Suma del Priuilegio.

Tiene Priuilegio el P. Doctor Augustín de Herrera de la Compañía de Iesús, por tiempo de diez años, para imprimir un libro intitulado *Tractatus de Scientia Dei*; como mas largamente consta;


NOTA

N

Su-

Summa de la Tassa.

Tuviieron los Señores del Consejo este libro, intitulado *Tractatus de Scientia Dei*, à leis mrs. cada pliego, como consta del testimemo.



Errata sic corrigi:

Pag. 9.lin. 10.lib. 2.de *Anima* lege lib. 2. *Physicorum*.
Pag. 20.l. 2. *imperfecta* lege *imperfectionis*. Pag. 153.
lin. 27. *durans* lege *durantem*. Pag. 153.lin. 34. *mu-*
tuatio lege *mutatio*. Pag. 162.lin. 34. *coexisteret* lege *coexi-*
stere. Pag. 244.lin. 28. *hoc* lege *haec*. Pag. 293.lib. 16. *puisse*.
tur lege *puisse* tur. Pag. 295.lin. 7. *poter* lege *poste*. Pag. 295.
lin. 18. & S. lege *sententia*. Pag. 295.lin. 32. *ascensus* lege *as-*
sensus. Pag. 296.lin. 19. *fastis* lege *factis*.

Liber hic inscriptus *Tractatus de Scientia Dei*, demptis
his mendis suo exemplari responderet. Datum Complu-
ti die 3. Septembris anno 1672.

Dr. D. Franciscus Ignatius de Porres.

Corrector Universitatis.

IN.

INDEX

QVÆSTIONVM, ET

SECTIONVM.

QVÆST. I.

De Existentia Scientiæ Dei.

- S**ECT. 1. Evidens est lumine naturæ existentia Scientiæ Di-
uinæ. Pag. 2.
SECT. 2. Examinatur ratio D. Thomæ utentis immate-
rialitatem ad ostendendam intellectuālitatēm. Pag. 3.
SECT. 3. Nostra explicatio. Pag. 11.
SECT. 4. Magis illustratur præcedens doctrina ostendendo repug-
nare substantiam completam spiritualem, quæ intellectuā non
sit. Pag. 13.
SECT. 5. Solvuntur adversariorum argumenta. Pag. 17.

QVÆST. II.

Vtium in Deo actus primus intelligendi reperiatur.

- SECT. 1. Nonnulla supponuntur. Pag. 24.
SECT. 2. Non datur in Deo potentia plusquam Logica respectu
intellectionis necessaria. Pag. 20.
SECT. 3. Quæ potentia detur in Deo respectu intellectionis con-
tingentis: necnon respectu intellectionis necessariæ, supposita
distinctione virtuali inter intellectionem necessariam, & intel-
lectum. Pag. 32.
SECT. 4. Verum intellectus Divinus sit principium virtuale intel-
lectionis ab eo virtualiter distinctus. Pag. 34.
SECT. 5. Reliqua, quæ ad hanc questionem spectant, absolvun-
tur. Pag. 38.

QVÆ-

INDEX.

QVÆST. III.

De obiecto materiali Divini intellectus.

- SECT. 1. Quod sit obiectum materiale Diuinæ intellec[t]ionis, &
præterim increatum. Pag. 43.
SECT. 2. Vtrum Deus cognoscat creaturas secundum suum esse
proprium, & formale, & non solum secundum esse eminentia-
le, quod habeat in Deo? Pag. 46.
SECT. 3. Solvuntur obiectiones. Pag. 49.

QVÆST. IV.

*De obiecto formalis physice motiuo, & intentionaliter de-
terminatiuo Diuinæ intellec[t]ionis.*

- SECT. 1. Nonnulla præmittuntur. Pag. 58.
SECT. 2. De obiecto formalis physice motiuo Diuinæ Scien-
tiae. Pag. 62.
SECT. 3. Solutio argumentorum. Pag. 65.
SECT. 4. De obiecto formalis intentionaliter motiuo. Pag. 68.
SECT. 5. An creature sint obiectum, vel physice, vel intentio-
naliter determinatiuum intellec[t]ionis Diuinæ ad eas termi-
nata. Pag. 76.

QVÆST. V.

*De obiecto intentionaliter motiuo terminatiuē Diuinæ in-
tellec[t]ionis: sine de obiecto, in quo Deus se, & crea-
turæ cognoscit.*

- SECT. 1. Præmittuntur aliqua. Pag. 80.
SECT. 2. Proponitur conclusio uniusaliss; & deinde ad obiectū
mo 1-

INDEX:

- motuum terminatiōē cognitionis Diuinę, prout terminatae
ad Deum, contrahitūt. Pag. 85.
- SECT. 3. Probatur peculiariter omne prēdicatum Diuinum esse
obiectum formale terminatiōē Diuinę cognitionis. Pag. 89.
- SECT. 4. Solvuntur argumenta, que contendunt non posse crea-
turas esse obiectum formale terminatiōē Diuinę cogniti-
onis: & prius sit satis argumentis ab auctoritate desump-
tis. Pag. 94.
- SECT. 5. Argumentis à ratione petitis solutio adhibetur. P. 98.

QVÆST. VI.

De cognitione Diuinę vniuers in alio.

- SECT. 1. Vtrum Deus cognoscat unum prēdicatum in alio? Pag. 103.
- SECT. 2. Vtrum Deus cognoscat creaturas in se ipso? Pro cuius
dubij resolutione aliqua præmittuntur. Pag. 107.
- SECT. 3. Nostra sententia. Pag. 110.
- SECT. 4. Vtrum Deus cognoscat se increaturis? Pag. 117.
- SECT. 5. Vtrum Deus cognoscat unum ex alio? Pag. 122.
- SECT. 6. Vtrum Deus habeat scientiam strictę, & rigore ac
ceptam. Pag. 128.

QVÆST. VII.

De Proprietatibus Scientie Diuinæ.

- SECT. 1. Veritas, certitudo, & evidētia Diuinorum atq[ue] ex-
pliçantur. Pag. 131.
- SECT. 2. De vniuersalitate Diuinę cognitionis, ubi ratio comi-
prehensionis explicatur. Pag. 135.
- SECT. 3. De simplicitate, & equalitate Diuinarum intellectio-
num. Pag. 143.
- SECT. 4. De equalitate Diuinarum intellectuum, ubi; an sim-
plex apprehensio Deo repugnet? Pag. 148.

QVÆ-

INDEX:

QVÆST. VIII.

*De immutabilitate Scientiæ Diuinæ: ubi de præscientia futu-
rorum in æternitate.*

- SECT. 1. Prænotantur aliqua de Diuina præscientia in æternita-
te. Pag. 151.
SECT. 2. Utulis doctrina traditur, circa naturam proposicio-
num durationem significantium. Pag. 154.
SECT. 3. Inferatur ex dictis Diuina Scientiæ immutabilitas. P. 160.
SECT. 4. An futura sit in æternitate, & æternitas in futu-
ris? Pag. 161.

QVÆST. IX.

Quotuplex sit Scientia Diuina?

- SECT. 1. Dua divisiones Scientiæ Diuinæ. Pag. 168.
SECT. 2. Aliæ divisiones. Pag. 173.

QVÆST. X.

Quo consistat rerum futuritio?

- SECT. 1. Nonnulla præmittuntur. Pag. 180.
SECT. 2. Refellitur scientia de statibus obiectuvis, & præterea
explicatio Patris Sebastiani Izquierdo. Pag. 185.
SECT. 3. Proponitur nostra sententia. Pag. 191.
SECT. 4. Futuritio nequit consistere in aliquo de præsenti exi-
stenti. Pag. 192.
SECT. 5. Prosequitur idem intentum. Pag. 201.
SECT. 6. Aliæ probationes contrarios RR. Pag. 206.
SECT. 7. Propositiones de futuro contingente habent verita-
tem determinatam præscindendo ab omni de præsenti absolu-
ta existente distinto ab obiecto affirmato. Pag. 211.
SECT. 8. Traduntur aliqua regulæ dialecticæ ad dissoluendū pla-
ra aduersariorum sophismata. Pag. 222.
SECT.

INDEX.

- SECT. 9. Ex praetatis digesticis notatibus plurimum sophismatum solutio deducitur. Pag. 225.
SECT. 10. Argumenta Thomistarum proponuntur, & dissoluuntur. Pag. 237.

QVÆST. XI.

De Scientia absoluta Dei circa futura contingentia.

- SECT. 1. Deus cognoscit certo, & infallibiliter futura contingentia absoluta. Pag. 245.
SECT. 2. In quo Deus cognoscet futura contingentia absoluta. Pag. 248.
SECT. 3. Conciliatur scientia absoluta contingens cum libertate. Pag. 256.
SECT. 4. Utrum scientia visionis sit causa rerum? Pag. 265.
SECT. 5. Solvuntur adversariorum argumenta ab authoritate defumta. Pag. 276.
SECT. 6. Solvuntur argumenta. Pag. 282.
SECT. 7. De Idæis Diuinis. Pag. 247.

QVÆST. XII.

An detur ia Deo notitia certa, & infallibilis conditionatorum contingentium?

- SECT. 1. Nonnulla præmitruntur, & status questionis proponuntur. Pag. 292.
SECT. 2. Probatur ab authoritate scientia conditionata contingens. Pag. 296.
SECT. 3. Probatur à ratione nostra sententia. Pag. 299.
SECT. 4. Solvuntur objectiones ab authoritate. Pag. 300.
SECT. 5. Solvuntur objectiones à ratione. Pag. 307.

QVÆST. XIII.

Rejicitur pro obiecto formalis scientie conditionatae quodlibet decretum conditionatum.

- SECT. 1. Status questionis, & variæ sententiæ proponuntur. P. 312.
SECT.

INDEX.

- SECT. 2. Nostra sententia cum nonnullis probationibus, quæ ex haec sententia dictis deducuntur. Pag. 214.
SECT. 3. Probatur nostra sententia ex Scriptura. Pag. 317.
SECT. 4. Probatur nostra sententia ex Augustino, & alijs Patriarchib[us], necnon rationibus ex eorum verbis elicitis. Pag. 321.
SECT. 5. Solvuntur argumenta adversariorum ab authoritate presumpta. Pag. 327.
SECT. 6. Solvuntur argumenta à ratione petitæ, & prius, quæ ex supremo Dei dominio presumuntur. Pag. 338.
SECT. 7. Argumentum de sumptu ex perfectione gratia Divinae, & ex perfectione Dei, ut primi liberti proponitur, & dissolvitur. Pag. 347.
SECT. 8. Tertium argumentum contendens Scientiam Medium inutilē esse ad munera, quibus adhibetur, obijicitur, & responatur. Pag. 352.
SECT. 9. Alia argumenta proponuntur, & dissolvuntur. Pag. 358.

QVÆST. XIV.

Quod sit determinatum Scientiæ Mediae.

- SECT. 1. Difficultas de determinatio Scientiæ Mediae, & diversæ sententiæ proponuntur. Pag. 364.
SECT. 2. Breuiter iudicium fertur de sententijs propositis. P. 368.
SECT. 3. Explicatur determinativum Scientiæ Mediae. Pag. 374.
SECT. 4. Illustrationes ex dictis. Pag. 378.
SECT. 5. Solvuntur obiectiones, quæ opponuntur vi determinativa futuri puri conditionati. Pag. 380.
SECT. 6. Solvuntur argumenta, quæ contendunt consensum absolutum non determinare Scientiam Medium pro casu purificationis hypothesis. Pag. 386.

QVÆST. XV.

An sit aliquid medium distinctum ab objecto conditionato, in quo Deus illud cognoscatur?

- SECT. 1. Diversæ sententiæ proponuntur. Pag. 392.
SECT. 2.

INDEX.

- SECT. 2. Recens alia cogitatio proponitur. Pag. 396.
SECT. 3. Scientiam futorum contingentium contingentem est, se debere à priori, & à posteriori probatur. Pag. 400.
SECT. 4. Detegitur æquiuocatio, cui hæc sententia nütatur. P. 408.

QVÆST. XVI.

De obiecto materiali Scientiæ Mediae.

- SECT. 1. Quid ex parte hypothesis possit attingi per Scientiam Medium. Pag. 413.
SECT. 2. Vtrum ex parte hypothesis Scientiæ Mediae, alia Scien-
tia Media se tenere possit? Sive, an dari possit Scientia Media
reflexa? Pag. 427.
SECT. 3. Quid possit attingi per Scientiam Medium ex parte cō-
ditionati, vbi præsertim agitur de Scientia Media actuū Di-
uinorum. Pag. 441.
SECT. 4. De direktione scientiæ conditionatæ actuū Diuino-
rum. Pag. 448.
SECT. 5. Quid se teneat ex parte notæ illationis, sive quid affir-
metur per particulam Si? Vbi de conditionalibus dispara-
tis. Pag. 459.
SECT. 6. Illationes ex dictis. Pag. 466.

QVÆST. XVII.

De proprietatibus Scientiæ Mediae.

- SECT. 1. De multiplicitate Scientiæ Mediae. Pag. 469.
SECT. 2. De impedibilitate Scientiæ Mediae. Pag. 475.
SECT. 3. De prioritate Scientiæ Mediae respectu actuū Diuinæ
voluntatis. Pag. 483.

TRAC-



TRACTATVS DE SCIENTIA DEI.

DE SCIENTIA DEI AGVNT MAGISTER
in 1. dist. 35. & adhunc locum eius Interpretes. D. Thom-
mas, tum ibi, tum eadem distinet. ad Annibaldum: nee
non quest. 2. de Veritate: & 1. contra Gentes à cap. 44.
Usque ad 57. & etiam 1. part. quest. 14. Ad quæ loca
agunt de hac materia omnes, qui Angelicum Præcepto-
rem interpretantur.

QVÆST. I.

De Existentia Scientiæ Dei.

SECT. I.

Evidens est lumine naturæ existentia Scientiæ Diuinae.



VPLICITER ACCIPITVR HOC NO
men *Scientia* apud Authores. Primo ma-
gis late pronotitia certa, & evidentia aliquia
ius obiecti, præscindendo ab eo quod hæc
notitia per demonstrationem comparetur,
sive ex principijs deducatur. Secundò mo-
do accipitur *Scientia* magis contracta, &



Si ite: nimirum pro notitia certa, & evidenti, per demonstratio-
nem, à principijs ad conclusionem procedentem, partam, & adqui-
sitam. Nunc de Scientia iuxta primam acceptiōnem agemus: po-
stea vero de Scientia iuxta secundam, & magis rigidam acceptio-
nem sermo erit.

2. Adeo certum est Deum optimum maximum notitiam
certam, & evidenter omnium rerum habere, quæ communiter sub
nomine scientiæ intelligitur, ut hæc veritas supponeret potius,
quam disputanda sit. Id primo notum est naturæ lumine: ipso
enim duntur at instructi cognoscimus Deum supremum, & perfe-
ctissimum rerum omnium, quæ à se distinguntur, artificem esse.
At nequit esse perfectus artifex absque cognitione illius, quod
exequitur, ut etiam ex terminis liquet. Ergo Scientia Dei natura-
li lumine nobis innotescit.

3. Confirmatur ex alijs perfectionibus Deo conuenienti-
bus, nobisque evidentiter notis v. g. liberalitate, misericordia. Iusti-
tia, &c. Quæ omnes cognitionem important. Ergo evidens est Deū
notitia rerum præditum esse. Denique probatur ex eo quod cog-
noscens perfectius sit, quam non cognoscens. Sed Deus est perfe-
ctissimum ens. Ergo cognoscens.

4. Constat etiam hæc veritas innumeris scripturæ testimo-
nijs, quæ cuique obvia erunt. Esther 14. Domine qui habes omnium
Scientiam. Iob. 9. dicitur de Deo Sapiens corde est. & fortis robo-
re. Psalm. 146. Sapientia eius non est numerus. Psalm. 138. Tu
cognovisti omnia nouissima, & antiqua. Verum in his testimonijis
non est diutius immorandum: cum nihil ferè crebrius ingeminant
scripturæ, quam Deum omnia cognoscere, nihilque diuinam sa-
pientiam latere posse.

5. Verum contra evidentiam, qua nobis de Diuina Scien-
zia constat, obijcitur ab aliquibus. De ratione intelligentis est pro-
ducere verbum, vel saltem de ratione perfectissimi intelligentis.
At Deus nequit lumine naturali cognosci evidenter ut produ-
cius verbi. Ergo neque ut intellectius.

6. Facile respondetur, quod, licet permittamus esse de ra-
tione intelligentis producere Verbum: hoc tamen non est evidens;
& lumine naturæ notum. Cumque ex evidentiā vnius conceptus so-
lum evidens sit quod evidenter est de tali conceptu: inde fit ex
evidentiā conceptus intellectui non inferri evidentiā concep-
tus producentis Verbum sub hoc conceptu producentis Verbum;
sed solum sub primo conceptu intelligentis.

7 Ad argumentum igitur in forma distinguo maiorem, De conceptu intelligentis est euidenter, producere verbum: nego est de conceptu intelligentis; non tamen euidenter, permitto maiorem. Deinde maioris claritatis gratia distinguo minorem. Non potest Deus euidenter cognosci ut productius Verbi sub his terminis productius verbi, concedo minorem: sub alijs terminis videlicet intelligens nego minorem. Et deinde nego consequiam, vel distinguo consequens. Non potest Deus euidenter cognosci ut intellectius, sub expressione producentis verbum concedo: sub expressione intelligentis, nego consequiam.

SECT. II.

Examinatur ratio D. Thomæ Utentis immaterialitate ad ostendendam intellectualitatem.

8 **D**iuus Thomas cum hac quæst. 14. cum in 1. dist. 35. quæst. 1. art. 1. & 1. Contra Gentes cap. 44. & de verit. quæst. 2. art. 2. & opusc. 3. cap. 28. & 35. probat Deum esse summè cognoscitium, quia est summè immaterialis, in hunc modum. Immaterialitas est ratio intellectualis, seu essendi cognoscitium, sed Deus est summè immaterialis. Ergo, & summè perfectissime que cognoscitius. Consequentia est bonæ & minorē iam aliunde probata supponit Angelicus Præceptor. Maiorem autem, ad quā reuocatur difficultas, aliter, & aliter probat Angelicus Doctor.

9 Primo: cognoscientia à non cognoscentibus in eo distinguuntur, quia non cognoscientia nihil habent, nisi suam formam tantum; cognoscens vero natum est habere formam etiam alterius rei; nam species obiecti cogniti, quae in esse representatio, est res cognita, est quodammodo forma rei cognitæ. Sed capacitas habendi formas alterius rei prouenit ab immaterialitate. Ergo facultas cognoscitiva prouenit ab immaterialitate. Minor, in qua est difficultas, probatur. Capacitas habendi formam alterius rei est illimitatio, & extensio, sicuti impotentia habendi aliam formam, est limitatio, & coarctatio. Sed limitatio, & coarctatio prouenit rebus à materia, sive à materialitate. Ergo illimitatio, & extensio, proueniet ab immaterialitate: & cōsequenter capacitas habendi formam alterius rei, quæ quidem capacitas est extensio, & illimitatio, proueniet ab immaterialitate.

10 Papio aliter probat idē intentū D. Thomas i. Cōtra

4
Tract. De Scientia Dei.

Gentes cap. 14. Intellectus dum actu intelligit sit unum cum re intellecta. Sed res sit intellecta in actu per abstractionem à materia: nam sit intellecta per speciem, quæ abstrahit à materia. Ergo intellectus, dum actu intelligit, sit unum cum re immateriali, seu abstrahente à materia. Ergo sit immaterialis.

11 Probat etiam hoc idem a summiptum D. Thomas in hac eadem questione 14. ab inductione in hunc modum. Plantæ non cognoscunt propter suam materialitatem, ut ait Philosophus lib. de Anima textu 124. Sensus cognoscitus est, quia receptivus est specierum sine materia. Et intellectus adhuc magis cognoscitus est, quia magis separatus est à materia. Vnde cum Deus in summo immaterialitatis gradu sit, sequitur, quod ipse sit etiam in summo gradu intellectualitatis.

Hanc probationem D. Thomæ inefficacem putant ex antiquis O Kam. Gabriel. Balol. & Ariminensis in 1. distinc. 3. art. 1. & ex modernis Puente Hurtado in manuscriptis de Scientia, & Arriaga in 1. part. disp. 15. sect. & subsect. 1. Medianam tenet Aueria iudicans prædictum D. Thomæ discursum solum probabilibus; non vero certis niti principijs. Thomistæ omnes hanc rationationem iudicant efficacem; imò aliqui demonstratiuam esse volunt. Alij vero anthores, quos recensere longum esset, hanc rationationem esse efficacem absolutè prouunt, non tamen eam demonstratiuam esse decernunt.

12 Hunc Doctoris Angelici discursum obscurum esse, & eius intelligentiam non satis perviam, satis ostendunt variæ authorum interpretationes, nec satis rem declarantes, & multum inter se dissentientes.

13 Hæc tā multiplex rationis D. Thomæ expositio oritur ex eo quod nequeat eius discursus in hac parte accipi prout sonare verba videntur, & iuxta sensum, quæ prima frōte p̄fēserunt, ut singulas probationes expediti patebit. Etenim prima probatio desumpta ex eo quod limitatio, & coarctatio proueniat à materia, & ideo immaterialitas sit ratio, quare cognoscēs possit accipere formas aliarū rerū, esseque quodāmodo illas, siquidē nō est limitatū. De coarctatiū ad propriū duntaxat esse, & ad propriā formā. Sive verba, vt iacent, accipienda forēt, ita mihi intelligēda videretur. Esse cognoscēs obiecta dicit nō esse quid singulare, & irdiuiduū, sed esse plura, quia cognoscēs sit intentionaliter obiecta cognita. At nō esse quid singulare, sed plura, prouenit formaliter ab immaterialitate. Ergo esse cognoscens obiecta prouenit ab immaterialitate.

Minor probatur. Est enim singulare, & individuum, sed plura, provenit ab eo, à quo provenit defectus individuationis, & singularitatis. Cum autem individuatione proveniat à materia, defectus individuationis, & singularitatis à defectu materiae proveniet: qui defectus immaterialitas est: & consequenter non est singulare, & individuum, sed esse indifferens ad eis plura representatione, proveniet formaliter ab immaterialitate.

14. Hæc ratio ita proposita nihil firmum habet. Nam individuationem sumi à materia difficultissimum est, & mihi falsum: solum enim concedam dici individuationem sumi à materia, quatenus quoad nos diversitas subjecti est signum distinctionis: non vero, vel quia individuatione proveniat formaliter à materia, vel ab ordine, & respectu ad illam.

15. Secundo, licet demus individuationem sumi à materia in his rebus, quæ in aliquo subjectantur: minime vero in alijs, quæ immunes sunt à receptione subjecti. Quia propter ex eo quod res non sit in materia non infertur carentia individuationis: siquidem res à subjecto independentes individuationem, & singularitatem aliunde defumunt. Hæc doctrina est expressa D. Thomæ in 1. p. quest. 3. art. 2. Vbi ad probandum Deum dicere materiam primam obiicit tertio loco sequens argumentum. *Materia est principium individuationis. Sed Deus videtur esse individuum: non enim de multis prædicatur. Ergo est compositus ex materia, & forma.* Huic argumento respoudet in eodem art. 2. ad 3. *Formæ, quæ sunt receptibiles in materia individuantur per materiam, quæ non potest esse in alio, cum sit primum subjectum substantia. Forma vero quantum est de se, nisi aliquid aliud impedit, recipi potest à pluribus. Sed illa forma (attende) quæ non est receptibilis in materia, sed est per se subsistens, ex hoc ipso individuatur, quod non potest recipi in alio: & huiusmodi forma est Deus, unde non equitur, quod habeat materiam.* Ecce quomodo defectus materiae non arguit defectum individuationis, neque infert universalitatem. Non ergo iuxta hæc principia D. Thomæ ex immaterialitate infert illimitatio, & extensio, quæ opponitur individuationi. Aliunde ergo, quam ex immaterialitate deducenda est præfata extensio.

16. Tertio. Demus individuationem entitatem sumi à materia. Cæterum quem admodum intellectum esse per intellectum aliud à se, est pura metaphora: cum solum sit representatione aliud, non vero realiter: quod quidem recte, & sincere explicatum, non est aliud, quam representare aliud: ita similiiter solum meta-

phorico, non vero realiter, & verè, esse plures repræsentatiūē, sen
esse indifferens ad eis repræsentatiūē plura, erit defectus singula-
ritatis, & individuationis. Ergo loquendo in sensu reali, & non
metaphorico, quantumvis individuatione proueniat formaliter à
materia, poterit componi cum individuatione esse plura per re-
præsentationem. Limitatio ergo, quæ prouenit à materia, qua-
tenus materia est principium individuationis imperit inenter se ha-
bet ad excludendam extensionem, & illimitationem repræsentan-
tiām.

17 Secunda ratio desumpta ex 1. contra Gentes cap. 44. mirum intelligens fieri vnum cum intellectu in actu, & rem fieri intellectum in actu per abstractionem à materia: consequenterque intelligens fieri ipsam rem intellectam, prout abstrahentem à ma-
teria: ex quo videtur deduci intelligens esse intelligens, prout est inmateriale, siquidem est idem cum re intellecta, prout abstrahen-
te à materia. Hac inquam ratio, si ad speciem accipiatur, vel ch-
mericam continet doctrinam, vel inutilem ad questionis interro-
gationem.

18 Duo continentur in prædicto argumento. Primum est intellectum fieri vnum cum re intellecta. Secundum est rem fieri intellectam, siue proximè intelligibilem per speciem abstractam à materia. Vtrumque ex his duobus difficillimum est: ea signifikatim euoluamus.

19 Circa primum ergo: nempè intellectum, siue intelligēs, esse idem cum re intellecta in esse repræsentatio: dum id dicitur, vel affirmatur aliqua vera identitas inter intellectum actuatum Specie, & ipsum obiectum ad extra, v. g. lapidem; vel aliqua vera identitas inter intelligens, & speciem, quæ in phrasē D. Thomæ ap-
pellatur *res intellecta*. Vel denique solum affirmatur intelligens esse repræsentatiūē obiectum repræsentatū: hoc est habere in se representationem obiecti: modo, quo imago Cæsar is est repræsen-
tative Cæsar, idest imago, & repræsentatio Cæsar is. Si hoc vlti-
mum duntaxat contineatur in illa identitate in esse intentionalis,
& intelligibili; idem erit sumere pro auctoritatem identitatem in-
telligentis cum obiecto intellectu in esse intelligibili, ac sumere
pro argumento intellectum esse intelligentem, & repræsentantem
obiectum. Sicut ergo in eo quod intellectus repræsentet obiecta
non explicatur sufficienter immaterialitas: per inde non expli-
cabitur in eo quod sit res intellecta in esse intentionalis, & intelli-
gibili.

20 Si vero in prædictis verbis D. Thomæ affirmetur alia
qua vera identitas inter intellectum, & speciem, quæ dicitur res in
intellectu, vel inter intellectum ut actuatum specie, & obiectu, quod
intelligitur, v.g. lapide, videtur a firmari insignis chimæra. Quid
enim magis repugnans, & implicitorum, quam reperiiri veram, &
talem identitatem inter intellectum, & speciem aliunde venien-
tem, vel inter speciem, & lapidem?

21 Carmelitani Salmantenses de Scientia disp. 2. dub. 2.
tenent cognoscientia ita recipere in se aliorum formas, scilicet
species intentionales, ut intellectus actuatus specie lapidis identi-
ficetur cum lapide, & cum specie representativa illius: non qui-
dem in esse naturali, & entitatiuo; sed in esse intelligibili, & inten-
tionali. Contra hanc sententiam lato calamo scribit Illustrissimus
Godoy in r.p. tom. i. tract. 3. disp. 22. §. 3.

Verum, tametsi sententiam Salmantensem in ipsis legerim
& eorum verba sensum, in quo ab Illustrissimo Godoy intelliguntur,
sonare videantur, fateor mihi non satis constare an Salmant-
enses sensu, quo iuipugnantur, loquuti fuerint: quoniam in eo sen-
su ornata sententia non solum falsa, verum absurdissima est: talis
que, ut à nostris Scholis eliminari, & ad Platonis, Anaxagoræ, vel
Empedoclis iam inde à multis seculis diruta, & solo æquata gimi-
nasia, amandari deberet.

22 Afferunt Carmelitani intellectum actuatum specie iden-
tificari cù specie, non in esse entitatiuo, & reali; sed in esse intelligi-
bili, & intentionali. Hoc assertum potest explicari distinguendo
virtualiter in specie prædicati entis, seu physica entitatis, & prædi-
catum representationis, seu actiua representabilitatis lapidis;
tametsi hec prædicata inter se realiter identificentur: itemque
distinguendo in lapide prædicatum entis, & prædicatum intrinse-
ca representabilitatis. Deindeque afferendo, semel posita specie
in intellectu, intellectum identificari verè, & realiter cum specie
non quidem secundum prædicatum entis realis; sed secundum
prædicatum representabilitatis: adeò, vt ex duobus prædicatis spe-
ciei, cum uno identificetur intellectus, nimisrum cum repræsen-
tabilitate obiecti; & ab altero distinguatur, videlicet à ratio-
ne physica entis reperta in specie, similiterque intellectum
posita specie, identificari vere, & realiter cum repræsentabi-
litate intrinseca lapidis, que est ipse lapis; licet non cum
ratione entis, quantumvis identificata cum repræsentabili ate.

23 In hoc sensu impugnantur Salmantenses ab Illustris-

simo Godoy. Verum difficillime credam viros eruditos, & doctos tam egregie delirasse, ut patuerint in humanis ex duobus præcatis, cum speciei, tum obiecti realiter inter se identificatis, aliud cum intellectu identificari; aliud ab eodem intellectu distingui: ipsumque intellectum veram identitatem, licet aduentiam, habere cum esse representatio speciei, & cum representabilitate intrinseca obiecti: item dari identitatem inter extrema separabilita: nechon inter extrema, quorum unum recipitur in alio, & ab eo causatur, ut species, quæ recipitur in intellectu & ab essentialitate causatur. Quis cordatus est et humanum intellectum, dum per assini speciem actuatur, tunc re vera identificari, & cum ipsa specie, & aliquo vero prædicato assini, quod prædicatum vere, & à parte rei non distinguitur ab assino. Denique longe difficultius credant Salmantenses existimasse Deum se ipso (iuxta eos) intelligibilem ab intellectu beatorum, obidque habent secum identificatam rationem speciei sui ipsius, realiter secundum prædicatum verum, & reale intelligibilitatis identificari cum intellectu Beatorum, ne non Deum, identificatione cum intelligibiliitate passiva malitia formalis peccati. Hæc enim omnia usque ad implicatoria, absurdam, & ridicula videntur, ut mihi religio sit de viris Theologis tam indigne sentire.

24 Protea existimo Salmantenses, (& si fatear, eorum verba oppositum sonare) minime tradidisse hanc veram, & realem identitatem; sed solum docuisse intellectum ut specie impressa actuatum esse representationem obiectum: non quidem quia identificetur intellectus cum esse representationem speciei, aut cum representabilitate passiva obiecti; sed quia obiectum in esse representabilis proxime per speciem, dicit speciem ut actuam intellexum: sicuti intellectus, ut actu cognoscens, dicitur esse obiectum in esse cogniti: non quia intellectus, vel identificetur cum cognitione, vel cum cognoscibilitate passiva obiecti; sed quia per idem omnino constituitur obiectum in esse cogniti, quo constituitur intellectus in esse cognoscens. In hac ergo doctrina nihil est quod à commune sensu deniet. Secundum, quod in discursu D. Thomæ continetur, videlicet obiectum fieri intelligibile per speciem abstractam à materia, infra videbimus, quam parum (li ad speciem sumatur) ad presentem difficultatem conducat.

25 Tertia ratio D. Thomæ ab inductione desumpta, & auctorit. Philosophi innixa, easdem patitur difficultates. Et in primis dixisse Philosophum plantas non sentire propter suam materiali-

rialitatem, non satis expressum lego, ubi Philosophus citatur. Erit sanè de mente Philosophi; neque renuam concedere eo secundo Physicorum libro traditum ab Aristotele: quia haud difficile credam D. Thomam in Aristotelis doctrina verissimo, eiusque verba, & sententias perfecte calenti, ut potest qui totam Aristotelis, & aliorum antiquorum mentem, qua nūtumvis arcanam, funditus exanimavit, facie patere, quod nos latet. Verum, quod plantæ non sentiant propter suam materialitatem, non omnino aperte à Philosopho doceri videtur.

26 Philosophus lib. 2. de Anima textu in aliquibus editionibus 124. & in alijs 123. qui textus, & in margine D. Thomas, & omnibus authoribus citatur, hæc haber iuxta antiquam translationem. Et propter quid plantæ non sentiunt habentes quamdam partem animalem, & patientes à tangilibus. Et namque frigescunt, & calefcunt. Causa enim est non habere medium, neque buis modi principium possibile recipere species sensibilium: sed pati cum materia. Paulo aliter vertit verba Aristoteles translatio Michaelis Sophiani: ita enim habet. Constat etiam cur plantæ non sentiant, cum tamen habeant quamdam partem animæ, atque à tactilibus aliquid patientur: quippe, quæ frigescant, & calefcant? Cai si buis est, quia non habent mediocritatem, neque eius modi principium, quod sit idoneum ad recipendas species sensibilium, sed patiuntur cum materia.

27 In his verbis iuxta unam, & alteram translationem (qui bus videntur D. Thomas) solum docet Philosophus plantas non sentire, quia non habent medium proportionatum ad recipendas species intentionales: qua propter plantæ solum habent recipere calorem & frigiditatem, alias vero qualitates similes, sicuti recipit materia. Non vero ait ideo non recipere species, quia plantæ sunt materiales.

28 Nec expositio, quam huic textui adhibet D. Thomas lect. 24. interpretatur hæc verba sensu, quo in nostra qualitate ea intellexisse videtur. Nam ad præsentem textum solum docet D. Thomas, quod iuxta Philosophum tunc dicitur forma recipi cum materia, quando patiens habet eandem dispositionem ad formam, quam habet agens. Tunc vero forma dicitur recipi sine materia cum dispositio materialis patientis ad recipiendum non est simili dispositio materiali, que est in agente. Vnde conciluit, & in forma recipitur in paciente sine materia in quantum patiens assimilatur agenti secundum formam, & non secundum suam materiam.

29 Ex hac expositione ad Aristotelis textum solum infer-

tur catenus dici sensus recipere species sine materia præcise quæ tenus dispositiones, quæ requiruntur in sensibus ad recipiendas species coloris v. g. non sunt similes dispositionibus, quæ se tenent ex parte subiecti coloris mittentis species. Hoc autem quid refert ad inferendam intellectualitatem ex immaterialitate.

30 His omnibus consideratis constanter censeo aliter, quam verba D. Thomæ ad speciem apparent, accipi debere, ut eius discursus etficacia dignoscatur. Tota igitur difficultas devoluitur ad explicandum quid sub nomine *Immaterialis* intelligat D. Thomas in aliter, & aliter hunc terminum *immaterialis*. Authores in præsenti difficultate interpretantur. Cum autem *immaterialis* per oppositionem ad *materiale* dicatur, explicandum est quod nam sit *materiale*, de quo est sermo in præsenti.

31 Plures ex magis litteralibus Thomistis accipiunt *materiale* prout sonat: id est pro corporeo, seu pro eo, quod spirituali li opponitur: quā acceptancem potius supponunt, quā explicant.

Alij sequuti Heruænum sub nomine *materialis*, seu materialitatis, intelligunt corpoream molem constantem ex partibus homogeneis, & confusis non distinctis organizatione. Ita ex nostris exprestè Herice in 1. p. tract. de Scientia disp. 1. cap. 3. Ita etiam cum modico discrimine sentiunt Suarez, Ruiz de Montoya, & Ribas, apud Ribadeneira de Scientia disp. 1. cap. 2. num. 21.

32 Alij sub nomine materialitatis intelligunt *imperfectum*: & consequenter *immaterialis*, quod excludit aliquā imperfectiō nem, magisque *materiale* quod magis ab *imperfecto* recedit. Ita Ribadeneira de Scientia disp. 1. cap. 2. à §. 2.

33 Alij tenent sub nomine *materialis* quod corporeū est; sub nomine autem *immaterialis* non omne quod est incorporeū; sed quod habet spiritualitatem positivam: id est immaterialitatem constitutivam rerum in gradu, ceteris paribus, eminentiori superares corporeas. Ita P. Quiros in 1. p. tract. de Scientia disp. 34. scđt. 3.

34 Alij sub nomine *materialis* intelligunt rem excedentē conditionem materiæ primæ in agendo, & in recipiendo. Ita Illustrissimus Godoy in 1. p. tract. 3. disp. 22. per totam, & eius compendiator Gonetum, tum tract. de essentia, & attributis disp. 2. artic. 2. §. 1. tum tract. de Scientia disp. 1. art. 1. §.

1. Alijs sunt explications minoris notæ,
quas recensere non
yacat.

SECT. III.

Nostra explicatio;

35 VT melius Doctoris Angelici mente affequi valeamus. Notandum est 1. apud ipsum tum 2. Contra Gentes cap. 68. tu quæst. de spiritualibus creaturis art. 2. in corpore immateriale, apud ipsum non accipi (prout ad rem præsentem attinet) aut pro independente à corpore, aut pro excludente absolute materiam; sed pro eo , quod non est omnino materiale. Esse autem omnino materiale, idem est apud ipsum S. Doctorem, ac esse materię immersum, & ab ea comprehensum.

36 Cæterum illæ formæ (ait S. Thomas) sunt immersæ materię, & ab ea comprehenduntur , quæ in nullam operationem possunt nisi ad quas se extendunt qualitates, quæ sunt dispositiones materię: ut calidum, frigidum, humidum, & siccum, graue, & leue, & his similia , sicut formæ elementorum. Vnde istæ sunt forma omnino materiales, & totaliter immersæ materię. Omnes igitur aliæ formæ, quæ eleuantur supra actuitatem qualitatem, quæ sunt dispositiones materię, sunt aliquo modo immateriales. Vnde deducitur immaterialitatem sumi hic pro recessu per elevationem ad has qualitates: & etiā deducitur, quod sicuti in hoc recessu potest esse magis, & minus, ita similiter maior, & minor immaterialitas potest esse.

37 Secundo notandum est eatenus formas substantiales esse magis, vel minus perfectas, quatenus magis, vel minus elevantur supra actuitatem harum qualitatum, & quatenus cum maiore, vel minore connexione cum his qualitatibus, maiore, vel minore dependentia à qualitatibus prædictis, operantur. Hoc constat: tum quia ex terminis videtur evidens operari cum minori dependentia à qualitatibus, quæ sunt connaturales infima omnium substantiarum, nempe materię primæ, esse minus sapere conditiones materię primæ, & magis elevari supra illam, consequenterque, & esse perfectius operari, & arguere maiorem perfectionem in forma sic operante. Tum etiam probatur ex eleganti ex cursu, quem prædicto loco facit D. Thomas à formis elementorum, ad supremas intelligentias procedens: bi ostendit, quo formæ magis independenter à qualitatibus commemoratis operantur, eo crescere in perfectione, & in excellentia facultatis operatiuæ.

38 His fundamentis innititur probatio D. Thomæ, quam sic intelligo. Cognoscere dicit operari cum aliquo excelsu perfectionis, ad operationem formarum omnino materialium, quæque materia immixtuntur, & ab ea comprehenduntur. Sed formæ, eo magis perfecte operantur, quo eleuantur in suis operationibus supra actuitatem qualitatum, quæ sunt dispositiones materiae, & quatenus operantur magis independenter ab his qualitatibus. Ergo cognoscere, siue posse cognoscere, fundatur in aliquo immaterialitatis gradu. Rursus: quo crescit immaterialitas, crescit perfectio in operando. Ergo summè immateriale erit summè cognoscitium. Hæc ultima illatio probatur hac ratione. Ea ratio, qua crescit ratio fundans aliam, crescit alia. Sed ratio immaterialis, dum attingit aliquem gradum determinatum, fundat rationem cognoscitui. Ergo si Deus est summè immaterialis, per inde erit summè cognoscitius.

39 Restat modo ostendere hunc D. Thomæ discursum prout ita explicatum, eundem esse cum probationibus supra propositis, quasque iuxta sonum verborum diximus intelligi non debere.

40 Primam probationem, quam proposuimus sect. 2. num. 9. sic intelligo. Cognoscentia à non cognoscitiis distinguuntur in eo quod cognoscitiva effectuè per speciem impressam, & formaliter per expressam, sicut representatiuè plura, seu representent plura: quod quidem perfectio est, seu perfectionis quædam extensio, siue illimitatio. Sed limitatio perfectionis in operando prouenit à materia, seu materialitate, quatenus eo minus perfecte operantur formæ, quo minus excedunt actuitatem qualitatum disponentium materiali primam, & quo magis dependenter à qualitatibus materiali primam disponentibus exercent suas operationes. Ergo perfectio cognoscitui, quæ est quædam extensio, & illimitatio perfectionis in operando, fundatur in aliquo gradu immaterialitatis, prout immaterialitas dicit excessum supra dispositiones materiae, & prout dicit minorem dependentiam ab eis disponentibus. Ergo perfectissimum immateriale erit perfectissimè cognoscitium. Consequentia est bona, & præmissæ manent in superioribus probatae.

41 Secunda probatio, quam proposuimus eadem sect. 2. num. 10. & habetur apud Sanctum Thomam 1. Contra Gentes cap. 44. ita mihi explicari posse videtur. Per eamdem formam constituitur intellectus proxime intellectius, qua obiectum cōstitui-

Rituitur proxime intelligibile: nempe per speciem impressam receptam modo apto ad producendam speciem expressam. Sed proxima intelligibilitas obiecti dicit aliquem gradum immaterialitatis. Ergo intellectum esse proxime intellectuum constituit per aliquem gradum immaterialitatis. Maior est certa, & consequentia bona. Minor probatur. Proxima intelligibilitas obiecti est potestas, ut intelligens fiat representatiue plura, sed sicut representatiue plura, est aliqua operatio excedens actuitatem qualitatum materiæ primæ, & non adæquate immediate pendens à qualitatibus materiæ primæ: ergo proxima intelligibilitas obiecti est aliquis excessus supra actuitatem qualitatum materiæ primæ, & aliqua minor dependentia ab illis, & consequenter aliquis gradus immaterialitatis. Ergo perfecta immaterialitas arguit perfectam vim cognoscitium.

42 Tertia ratio D. Thomæ, quam proposuimus ^{num. 117} eiusdem sectionis, facilius potest ex dictis intelligi. Sic igitur se habet. Plantæ ex eo præcise non cognoscunt, quia & minus excedunt actuitatem qualitatum disponentium materiam, & quia operantur magis dependenter à dispositionibus materiæ primæ, ut videtur certum in Philosophia. Sed in hoc consistit immaterialitas, ut iam dictum est. Ergo plantæ ex eo præcise non sunt cognoscitiae, quia sunt magis materiales, quam sensitiae. Ergo immaterialitas in tali gradu est tota, & adæquata ratio defectus non cognoscitui. Ergo immaterialitas, quæ tollat illam materialitatem, erit ratio cognoscitui. Summa ergo immaterialitas erit ratio inferens summam vim cognoscitium. Hæc pro mea tenuitate in obsequium Angelici Præceptoris proponere decreui, nam celebris eius ratio, vel reiecta, vel penitus omisla videretur.

SECT. IV.

Magis illustratur præcedens doctrina ostendendo repugnare substantiam completam spiritualem, quæ intellectua non sit.

43 Probatur hæc conclusio rationi D. Thomæ insiendo. Omnis substantia spiritualis completa ex suo conceptu est cog-

cognoscitua non per cognitionem materialiē dumtaxat. Ergo per cognitionem spiritualem, quæ est intellectio. Consequentia est bona, & minor certa ex suppositione maioris, nā cognitio substantiæ spiritualis completa, cum sit immanens, & aliunde substantia spiritualis completa nullum dicat ordinem ad quantitatem, no est vnde possit esse materialis, cum penitus à corpore independens sit. Iam vero maior; videlicet omnem substantiam completam spiritualem esse ex suo conceptu cognoscitiam, probatur. Omnis substantia completa spiritualis est ex suo conceptu perfectior substantia corporea. Sed, si non esset cognoscitua, non esset ex suo conceptu perfectior omni substantia corporea. Ergo omnis substantia spiritualis est ex suo conceptu cognoscitua. Minor est certa. Nā cum dentur substantiæ corporeæ cognoscitiaz, nemp̄ bruta, & aliunde omne cognoscitium perfectius sit non cognoscitius. si substantia spiritualis cognoscitua non esset, non esset perfectior brutis cognoscitiis.

44 Ceterum omnem substantiam spiritualem perfectiore esse substantia corporea, probatur primo ex D. Augustino in tract. ad Psalm. 145. vbi ex spiritualite probat animam rationalem exceedere omnes res corporeas in perfectione. Ita enim loquitur de nostra anima. *Natura anima præstantior est, quam natura corporis excellit multum: res spiritualis est: res incorporeæ est: vita eius est substantia Dei.*

45 Idem videtur constare ex Irenæo lib. 2. c. 54. vbi refellit errorē Gnosticorum assertantium Deum esse corporeum, cū tamen Angelos, & se ipsos spirituales esse existimarent. Ex quibus eorum positionibus arguit contra ipsos, inferri ex eorum doctrina Angelos, & ipsos Gnosticos esse perfectiores Deo. Ergo sentit Irenæus spirituale esse perfectius corporeo: nā, vt ratiocinatio Irenæi vim habeat, ita debet confici: omne spirituale est perfectius corporeo. Sed, iuxta Gnosticos, Angelus est spiritualis; Deus vero corporeus. Ergo iuxta Gnosticos Angeli perfectiores sunt Deo.

46 Probatur deinde ratione. Omnis substantia corporea, vel involvit materiā primā, vel saltē dicit ordinem ad quantitatē, quæ, vt talis, est proprietas' connaturalis materia primæ. Substantia autem completa spiritualis, neque materia primā involuit, neque hūc intrinsecum ordinem dicit ad quantitatem. Sed hic secundus conceptus essentialiter habet positivē excedere in perfectione illum primum conceptum. Ergo substantia spiritualis essentialiter habet excedere in perfectione substantiam corporaciam. Consequentia ergo bona,

Bona, & maior certa. Minor probatur. Materia est imperfectissima omniū substantiarū. Sed involuere substantiā adeo inperfectā, vel dicere ordinē alligationis ad illam, est imperfectius omni substantiā completa neque constante ex illa, neque alligata illi. Ergo substantia completa immaterialis excedit in perfectione omnem substantiam materialem. Minor huius discursus videtur adeo clausus, alia probatione non indigeat.

47 Secunda ratio, quæ solet adduci, desumitur ex eo quod spiritualitas sit perfectio simpliciter simplex, ideoque tribuatur Deo, cum autem ea sit perfectio simpliciter simplex, quæ est melior ipsa, quam non ipsa, videtur legitime deduci omne spirituale excedere in perfectione, quod spirituale non est.

48 Verum hæc ratio, ut bene notauit Arriaga, inefficax est: quia, ut aliqua ratio sit perfectio simpliciter simplex, non requiriatur, quod positivè sit melior ipsa, quā non ipsa: sed quod ipsa ita dicat perfectionē, ut positivè nō dicat imperfectionē, licet eam permettat, & non ipsa dicat positivè imperfectionē, tametsi permittat aliunde aliquā adeo magnā perfectionē, ut supereret quod non est ipsa. Hac ratione *incorruptibile* est perfectio simpliciter simplex, qui dicit aliquā perfectionē, & non dicit positivè imperfectionē cū tamē *corruptibile*, quod positivè imperfectionē dicit, possit coniungi cū gradu intellectu v.g. in hominē, quo excedat aliquid incorruptibile nēpē coelū. Par ergo ratione posset dici in nostro casu spirituale esse perfectionē simpliciter simplicē, quia *materiale* dicit imperfectionē positivē, scilicet *spirituale*, tametsi *materiale* possit coniungi cū prædicato aliquo, ratione cuius excedat in perfectione aliquid immateriale. Omissa ergo hac probatione, superiores sufficiant pro veritate omniū ferè Philosophorū mētibus insita, & de qua uno, vel altero excepto Recētiore nullus hucusq; dubitauerat.

49 Ceterū nō saluari substantiā cōpletā spirituale perfectio-
rē esse omni substantia non spirituali, nisi sit cognoscitua, proba-
tur. Aliqua substantiæ corporeæ sunt cognoscitina, videlicet bruta. Ergo ut substantia spiritualis completa excedat in perfectione omnem substantiam corpoream, opus est quod excedat aliquam substantiam cognoscitiam. Hoc certum est. Pergo vterius. At qui nihil non cognoscitum est perfectius cognoscituo, inō omni cognoscitū est perfectius non cognoscituo. Si ergo omnis substantia cōpleta spiritualis est perfectior aliqua substantia cog-
noscitua, necessario ea substantia spiritualis completa debet es-
se cognoscitua. Tota igitur probatio devoluitur ad minorem

sub sumpta n. videlicet nihil non cognoscituum posse excedere in perfectione cognoscituum: ino omne cognoscituum esse perfectius non cognoscitum.

50 Hoc probatur: viuentia omnia ex ratione viuentium excedunt omnia non viuentia. Ergo, & ut agis perfecta viuere excedunt minus perfecte viuentia. Sed cognoscere est vivere etiam perfectiori, quam est ea, quam habere possunt non cognoscitua, videlicet vita vegetativa. Ergo omne cognoscituum perfectius est omni non habenti vitam, quae in facultate cognoscitua consistit. Ergo omne cognoscituum excedit in perfectione non cognoscituum.

51 Ex his duabus propositionibus infertur omne immaterialis esse intellectuum, consequenterque repugnat substantiam completam spiritualem non intellectuam. Sic igitur conficitur discrusus: cognoscituum cognitione spirituali est intellectuum; nam cognitionis spiritualis intellectio est. Sed omnis substantia spiritualis completa est cognoscitua cognitione spirituali. Ergo intellectuina. Probatur minor ex dictis. In primis omnis substantia spiritualis completa, ut iam probauimus, est cognoscitua. Deinde haec cognitionis non potest esse materialis, cum non connectatur cum quantitate corporeta, cum cognoscere, totum intra facultatem cognoscitiam transfigatur. Ergo substantia completa spiritualis necessario est cognoscitua cognitione spirituali. Ergo intellectuina.

52 Ex hac, & præcedenti sectione facile constat D. Thomam, icet sub nomine immaterialis recessum à conditionibus materiae primæ intellectu erit, nihilominus sub nomine perfecte immaterialis eas omnino spirituale intelligere voluisse: quia tacite supponit substantiam omnino recedentem à conditionibus materiae primæ esse spiritualem: si enim non esset haec Angelici Doctoris mens, vt putat F. Joannes à S. Thoma, & ante docuerat P. Hericke, non esset contra Angelicum Præceptorem afferere posse dari substantiam omnino, & perfecte spiritualem, quae non esset cognoscitua, neque substantiam corpoream perfecte intellectuam: quod alienum est à veritate. Deinde S. Doctor dum varijs in locis ex immaterialitate, intellectualem deducit, supponit immaterialitatem Dei aliunde probatam. At S. Thomas in antecedentibus probat absolutam immaterialitatem entitatiuam, prout dicit spiritualitatem, & prout corporeo opponitur. Ergo de hac immaterialitate loquitur S. Thomas.

SECT. V.

Soluuntur aduersariorum argumenta.

52 O B. I. Gratia habitualis non est cognoscitua, & tamen est perfectior homine cognoscituo. Ergo non omne cognoscituum excedit in perfectione non cognoscituum.

53 Concesso antecedente: distingo consequens. Ergo non omne cognoscituum est perfectius non cognoscituo. Si utrumque sit substantia completa, nego: si non sit, omitto. Itaque cum accidens totum ordinetur ad subiectum perficiendum, eius perfectio mensurat penes modum, quo atticit, & exornat subiectum. Cum autem gratia habitualis sit radix omnium habituum supernaturalium, cum ad intellectum, cum ad voluntatem spectantium, & etiam constituat subiectum dignum amore amicabili, hoc sufficit, ut superet quamlibet perfectionem supernaturalem. At vero cum perfectio substantiae completa iuxta facultatem ad suas operationes pensanda sit, & nulla sit operatio adeo perfecta, ac est cognitio, ad quam ordinatur: hinc deducitur omnem substantiam completam cognoscituum perfectiore esse substantia completa non cognoscitua.

54 Ob. 2. Cum P. Quirós (qui quidem putat non omnem substantiam incorporam esse intellectuam; sed solum eam, quæ titulo excellentiæ, materiæ non est) existimat enim non omne in materiale excedere in perfectione materiale. Sic igitur arguit Post dari de potentia absoluta substantia immaterialis imperfectior materiali. Ergo immateriale ex conceptu suo non excedit in perfectione materiale. Antecedens probatur primo: quia immaterialitas solum dicit exclusionem materiæ, & ordinis ad illam, sine solum dicit negationem impenetrabilitatis, & extensionis. At hoc non dicit in suo conceptu perfectionem aliquam, ob quam non possit reperiri inentitate minus perfecta, quam est substantia materialis. Ergo post dari substantia immaterialis imperfectior materiali.

55 Confirmatur. Præiatio, & ens rationis, sunt quid immateriale, prout immateriale dicit ordinem ad materiam primam, & quantitatem: & tamen sunt quid imperfectius substantijs materialibus. Ergo immateriale potest esse imperfectius materiali.

56 Confirmatur secundo. Non est dabilis natura ita im*p*erfecta, qua imperfectior dari non possit. Ergo est dabilis substantia imperfectior substantia materiali. Sed haec necessario immaterialis esset. Ergo est dabilis substantia immaterialis imperfectior substantia materiali.

57 Respondeo *immateriale*, licet negatiuo modo explicetur, non consistere in negatione, sed in prædicato quodam positivo habente essentiali repugnantiam cum impenetrabilitate, & cum exigentia dependendi à materia, & à quantitate. Hoc autem prædicatum positivum dicit ex se perfectionem, obquam nequit ab entitate materiali superari propter rationem conclusionis, nimurum, quia dependere à materia prima omnium substantiarum imperfectissima, maxima imperfectio est. Cösequenterque substantiam aliquam esse immunem ab eiusmodi dependentia, & coniunctione, fundat positivam perfectionem.

58 Ad primam confirmationem desumptam ex ente rationis, & priuatione, respondeo primo, quod cū ens rationis sit quod solum habet esse obiectum in intellectu, inde fit ens rationis nullum habere esse intrinsecum, sed solum pure extrinsecum, videlicet esse cognitum, id autem quod solum habet esse extrinsecum, De nulla ratione intrinsecum, solum debet mensurari eius perfectio secundum esse extrinsecum.

59 Fateor ergo ens rationis secundum esse extrinsecum, nemp̄ secundum cognitionem spiritualem illud efformantem, esse incorporeum, & immateriale; imo, & positive spirituale: id autem ipsum, quod diximus de cognitione spirituali, dicemus etiam de ente rationis secundum esse extrinsecum eius: an vero accidens spirituale excedat in perfectione substantiam materialem, infra dicimus.

60 Hæc solutio supponit, quod vulgo dicitur, videlicet Ex cognitionem affirmantem ens rationis representando ex parte obiecti aliquid repugnans, distinctumque ab omni possibili. Cæterum verius in Philosophia reputavi, & etiam modo reproto nullam dari cognitionem, quæ ex parte obiecti representet aliquid impossibile; sed potius debere dici omnem cognitionem representare prædicata vera, & realia; eam vero cognitionem, quæ efformare dicitur ens rationis, solum habere representare prædicata vera aliter, ac sunt in se, tenente se ly aliter, ac sunt in se non ex parte obiecti, sed ex parte modi ea representandi. Quam obrem non datur ens rationis eo sensu, quo in obiectione conjectur; siquidem

nihil datur, siue realiter, siue obiectu, quod solum habeat esse obiectum in intellectu: & consequenter non datur ens rationis, quod & sit incorporeum, & minus perfectum substantia materiali.

61 Idem majori firmitate sentio de carentia, aut priuatione rei. Etenim constantissime apud me statui minime esse à parte rei carentiam aliquam distinctam ab omni positivo, quæ sit exclusum Petri v.g. vel, aut obiectum, aut verificatum huius actus *Petrus non existit*: sed hunc actum habere pro obiecto negatiue ex parte actus enuntiato ipsum Petrum veram, & realem, ab ipsis que Petro verum formaliter reddi: similiterque, propriè loquendo, nullum esse exclusum Petri, nec dici debere dari rationem formalem, quare Petrus non sit: sed solum non dari formalem rationem, quare sit in rerum natura. Verum de his alibi forsitan per optimum agemus.

62 Respondeo secundo, gratis admissis ente rationis, & priuatione distinctis ab entibus positivis, argumentum aduersariorum vim non habere: quia licet demus immateriale, ut sic in tota sua uniuersalitate acceptum non arguere perfectionem superantem omne materiale; nihilominus substantia completa immaterialis arguit hanc excellentiam, quam contendimus, quia substantia immaterialis est perfectio simpliciter simplex, tametsi immateriale, ut sic, non sit talis perfectio, in sensu, quo modo loquitur, unde ad confirmationem in forma: admisso antecedente, distinguo consequens. Ergo immateriale, ut sic acceptum in tota sua latitudine, non arguit perfectionem: omitto: immateriale, ut repertum in substantia completa: nego consequiam.

63 Ad secundam confirmationem, transmiso antecedente, nego consequiam. Nam licet nulla sit substantia, quæ infra se alias imperfectiores non habeat; male inde inferitur posse dari substantiam imperfectiorum omni materiali: quia gradus genericus substantiaz materialis est imperfectior gradu generico substantiaz immaterialis: supponere autem gradum substantiaz immaterialis non esse inferius, est supponere quod probari debet. Nec ex eo quod, qualibet specie assignata, possit dari alia species minus perfecta, recte inferitur, quod, dato qualibet genere, aliud genus inferius debeat dari. Etenim ex hoc probaretur posse dari creaturam irrationaliem perfectiorum rationali; nam codem modo posset argui. Nulla est substantia,

ita imperfecta, que intra se alias imperfectiores non habeat. Ergo est dabilis substantia non irrationalis imperfecta omni substantia irrationali. At substantia non irrationalis, est rationalis. Ergo est dabilis substantia rationalis imperfectior irrationali. Et idem argumentum posset efformari circa substantiam non intellectuam. Ergo hoc argumentum plane inefficax est.

64 Ob. 2. non omne immateriale est cognoscitium, ut patet in pluribus accidentibus spiritualibus. Ergo immateriale non arguit intellectuum. Concesso antecedente, distinguo consequens immateriale, ut sic, concedo: immateriale quod sit substantia completa: nego consequentiam iuxta doctrinam supra dictam.

65 Ex hac doctrina deducitur etiam solutio ad aliud argumentum, quod communiter circumfertur hac ratione. Personalitates diuinæ sunt substantiæ spirituales, & tamen non sunt intellectuæ. Ergo non omnis substantia spiritualis est cognoscitum. Respondeo igitur personalitates diuinæ, ut virtualiter distinctas ab essentia, non esse substancialias completas, sed incompletas virtuiter, tametsi cum substantia completa identificantur realiter, viz. delicit cum tota persona.

Deinde potest responderi secundo non esse de ratione substantiæ spiritualis esse intellectuam, sed vel esse intellectuam, vel identificari realiter cum intellectua substantia: quod autem iden- tificatur cum aliquo non potest non esse & que perfectum; ac est id cum quo identificatur.

66 Ob. 3. Ratio spiritualitatis solum dicit penetrabilitatem ex se, sed penetrabilitas, adhuc ut coniuncta cum ratione substantiæ, non dicit vim intellectuam radicalem. Ergo ratio spiritualis, adhuc ut coniuncta cum substantia, non dicit eam vim intellectuam. Minor probatur. Penetrabilitas, seu spiritualitas, ut abstrahens à substantia, & accidenti, eam vim intellectuam non dicit. Ratio etiam substantiæ, ut abstrahens a corporali, & spirituali, non dicit eam vim intellectuam. Deinde in coniunctione vtriusque ex his prædicatis non appetet ratio eam vim intellectuam habendam. Ergo penetrabilitas, adhuc ut coniuncta cum substantia non dicit eam vim intellectuam.

67 Deinde addit Arriaga: nulla est implicatio in eo quod datur aliqua substantia spiritualis productiva solum alicuius lucis spiritualis, scinti datur substantia materialis solum productiva lucis materialis. Ergo non implicat substantia spiritualis non intellectuæ.

68 Respondeo concessa maiore, negando minorem. Ad huius probationem, concessa maiore, quod ad utramque partem: nego minorem. Nam cum substantia immaterialis debeat esse perfectior, ut sepe diximus, omni substantia materiali, etiam cognoscitiva, & nihil non cognoscituum possit esse perfectius cognoscitum: hinc infertur substantiam spiritualem debere esse cognoscitum. Quod autem haec vis cognoscitiva non resplendet in quolibet praedicato seorsim, nimirum, neque in praedicato substantiae, ut sic, neque in praedicato immaterialis, ut sic, minime probat, non reperiri in coniuncto utriusque praedicati, sicuti haec non est bona consequentia. Non repugnat supernaturale non intellectuum, nec repugnat substantia non intellectua. Ergo non repugnat substantia supernaturalis non intellectua. Et etiam iuxta communem sententiam, licet non repugnet substantia distincta a Deo, nec intellectio distincta; repugnat tamen substantia, quæ sit sua intellectio distincta a Deo: quæ enim seorsim considerata aliquam perfectionem non inducunt; ut coniuncta tamen, & inter se identificata, eam perfectionem inducere valent.

69 Ad id, quod additur: videlicet non apparere rationem, quare substantia, ut coniuncta cum immaterialitate arguat vim cognoscitivam, respondeo eam ratione esse, quā supra expendimus, videlicet perfectionē excedentem omnem substantiam materialem, etiam cognoscitivam, debere esse cognoscitivam, & substantiam cognoscitivam, excedere in perfectione omnē substantiā nō cognoscitivā.

70 Quod opponebat Arriaga vim non habet: facile enim negatur posse dari substantiam completam spiritualem productiūam duntaxat lucis spiritualis: nam ut supra ostendimus, non saluat in substantia non cognoscitiva posse excedere in perfectione substantiam cognoscitivam, quātumvis materialem. Qua propter ut substantia spiritualis excedat in perfectione (cuius excessus necessitatē iam supra ostendimus) substantiam materialem etiam cognoscitivam, necessarium est, quod cognoscitiva sit, & non solum lucis, vel alterius qualitatis productiua:

71 Ob. 4. Non implicat substantia spiritualis non operativa operatione spirituali. Ergo non implicat substantia spiritualis, quæ non sit intellectua. Antecedens probatur. Non implicat substantia materialis corporea non operativa materiali operatione. Ergo neque implicat substantia spiritualis non operativa, operatione spirituali. Consequentia videtur bona a paritate rationis. Antecedens autem probatur ex D. Thoma, iuxta quem

in 2. distinctione 2. quest. 2. art. 3. Cœlum Empyreum operati-
um non est.

72 Huic argumento desumpto ab authoritate D. Thomæ,
cuius doctrinam in hac quæstione propugnandam suscepimus, res-
pondeo primo transmiso antecedente, negando consequiam.
Nouenim ex eo quod possit dari substantia immaterialis non ope-
rativa, id ipsum inferre licet de substantia immateriali: nam sub-
stantia immaterialis dicit in suo conceptu perfectionem, qua sal-
uari non potest absque virtute operativa: cum autem hanc perfe-
ctionem non exprimat substantia materialis: ideo ab una ad alteram
non valet consequentia.

73 Secundo posset responderi cum Illustrissimo Godoy
D. Th. non negare Cœlo Empyreo actuitatem radicalem, sed so-
lum proximan, & immedietam, seu virtutem expeditam. Itaque
potest dici iuxta D. Thomam Cœlum Empyreum de facto nullum
præstare influxum: non quia virtutem non habeat; sed potius quia
cum sit virtuosissimum, si suæ virtuti illuminatiæ relinquatur,
illuminaretur orbis independenter à lumine solis. *Ad secundum*
dicendum (ait S. Doctor loco præallegato art. 3. in solut. ad 2.)
quod lux Cœli Empyrei non est per modum fulgoris irradiantis in
alia corpora. ideo nec illuminationem in alia corpora influit: Cu-
ius ratio est, quia cum sit virtuosissimum, & maximum sine lumi-
ne solis omnia illuminaret.

74 Respondeo 3. cum Magistro Cornejo D. Thom. hanc
tententiam, quam docuerat in sententiarijs, aperte retractasse in
summa r. p. q. 66. art. 3. ad 2. & quodli. 6. art. 19. nam in his locis
docet Cœlum Empyreum influere sine motu, in quantum inter
omnia corpora supremum obtinet locum, licet sibi sententia op-
posita aliquando placuerit. Ergo D. Thomas placitum nobis ob-
iectum aperte retractauit.

75 Sed contra hanc solutionem obijcit ipse Cornejo, nec-
tion Illust. Godoy D. Thomam, licet primam sententiam mutauer-
rit, illam fateri probabilem. Probabile ergo erit etiam iuxta D.
Thomam posse dari substantiam completam materialem, qua non
possit exercere ullam materiale operationem. Ergo, si ex hac
substantia efficax argumentum desumi valet ad adstruendam pos-
sibilem substantiam spiritualem non intellectuam, siue non poten-
tentem habere operationem spiritualem, probabile erit iuxta sen-
tentiam D. Thomæ non necessario ex substantia completa spiri-
tuali inferri vim intellectuam,

76 Hæc impugnatio (ni fallor) patitur & quiuocationem: qua dicitur, alia solutione opus nō erit. Dupliciter potest aliquid esse probabile iuxta sententiam alterius. Primo iuxta sententiam alterius directam circa obiectum questionis. Secundo modo iuxta sententiam reflexam circa probabilitatem, vel improbabilitatem alterius opinionis. Primo modo est probabile iuxta sententiam Societatis de efficacia extrinseca auxiliorum repugnare creaturam, respectu cuius non sit aliquid auxilium efficax ad illam convertendam: quia probabile est componi necessitatem vagam efficiaciam alicuius auxilij cum eo quod auxilium non sit ab intrinseco efficax: non tamen (iuxta hanc acceptationem) est probabile in sententia Societatis requiri physicam prædeterminationem ad consensum liberam: siquidem ne probabiliter quidem cohædere possunt, & quod auxilium efficax non possit ab intrinseco esse efficax, & quod requiratur physica prædeterminatione efficax ab intrinseco.

77 Cæterum iuxta secundam acceptationem verum est in sententia Societatis probabile esse requiri physicam prædeterminationem: hoc est ipsa Schola Societatis, quæ directè tenet repugnare physicam prædeterminationem, simul reflexè docet sententiam oppositam, ut pote ab eximijs, & litteris, & virtute viris propaginatam probabilissimam esse: quin ex inde ad authores Societatis spectet prædeterminationem oppugnantibus argumentis facere satis, cum hoc onus prædeterminantibus duntaxat incumbat.

78 Hac igitur ratione iuxta sententiam D. Thomæ in summa Theologica retractantem quod in sententiarijs docuerat, probabile est Cœlum Empyreum, non esse operarium; non quia cœlum esse operarium probabiliter cohæreat cum doctrina summæ sed quia reflexe indicauit Angelicus Præceptor sententiam iam à se retractatam probabilem nihilominus remanere. Ex eo autem quod Angelicus Præceptor iudicet sententiam aliquam, à qua absolute dissentit, esse probabilem, nec ipsi, nec eius defensoribus incumbit eam cum doctrina D. Thomæ conciliare.

79 Hic disputari solet, an detur in Deo scientia stricte accepta prout est notitia ex principijs deducta. Verum de hoc commodius agemus, dum an reperiatur in Deo cognitio unius ex alio disquisi-
tamus.

QVÆST. II.

Vtrum in Deo actus primus intelligendi reperiatur?

Plura, ni fallor, sunt in hac questione de nomine, quam de re: ideo, explicatis terminis, breuius quam alij à praedicta difficultate me expediam.

SECT. I.

Non nulla supponuntur.

TIN Diuinis datur, iuxta plures, & graues Theologos, non solum intellectio essentialis tribus personis communis, verum etiam intellectio notionalis propria solius Patris. Nos in hac questione ab intellectione notionali (cuius examen ad tractatum de Trinitate spectat) praescindimus: & solum de intellectione essentiali disputamus.

2. Suppono 1. communiter in intellectuionibus creatis qualiter esse, quæ se tenent ex parte actus primi intelligendi. Primo se tenet substantia ipsa intellectiva, quæ, si distinguatur ab intellectu, erit actus primus remotus intelligendi. Secundo se tenet ipsa intellectus, seu facultas intellectiva: quæ quidem, si ab anima distinguitur, erit actus primus proximus vitalis respectu intellectuionis. Tertio se tenent species intelligibiles, quæ vices gerunt obiecti, ut intellectum determinent ad intellectuionem eliciendā. Quarto denique se tenent habitus inclinantes, & adiuuantes intellectum, ut intellectuionem eliciat. De omnibus his dubium est: utrum videlicet detur in Deo actus primus proximus, actus primus remotus, habitus, vel species in ordine ad intelligendum in actu secundo?

3. Noto 2. tripliciter posse concipi dari actu primum in Deo. Primo per rationem nostram: hoc est, quod nos concipiamus cum aliquo fundamento in rebus Deum esse in actu primo ad suam intellectuionem, cum reuera neque realiter, neque virtualiter, actus primus in Deo reperiatur. Secundo potest concipi in Deo actus primus virtualiter modo, quo reperitur distinctio virtutum tua;

tualis in diuinis; licet distinctio realis releganda sit. Tertio denique potest apprehendi in Deo actus primus realiter, & verè sicuti asseruntur Iustitia, Misericordia, & plures alia rationes, quæ de deo in vero, & reali sensu enuntiantur.

4. Noto 3. duplicem esse in Deo intellectionem : necessariam unam, etiam quoad denominationem; aliam vero, quæ quoad denominationem contingens est. Exemplum prioris est intellectio, qua Deus se ipsum ut existentem intelligit, quæ necessario denominat Deum intelligentem se ipsum. Exemplum posterioris est cognitio existentiae Petri, quæ contingenter denominat Deum cognoscentem Petrum ut existentem. Nam cum contingens sit Petrum existere, contingens similiter est quod Deus affirmet Petru existere. De una, & altera cognitione controversia est.

5. Noto denique 4. duplicem esse potentiam : aliam logicam ; physicam aliam. Potentia logica nihil aliud est, quam non repugnantia alicuius, id est (ut in metaphysica magis ex professō explicatur) non inferri duo contradictionia expositione illius, cuius potentia logica datur: quæ potentia neque positivè, neque negativè distinguitur à parte rei à suo actu. Hoc pacto respectu Dei datur potentia logica ad existendum: quia ex prædicatis Dei nulla duo contradictionia inferuntur. Potentia physica dicitur illa, quæ realiter exercetur per suum actum secundum: ita, ut deatur verus transitus à potentia ad actum, & ab actu primo ad actū secundum: modo, quo potentia visiva in Petro exercetur realiter per visionem.

6. Hæc potentia physica iterum duplex est: alia per modum principij; alia non per modum principij. Potentia physica per modum principij est, quæ insuit aliqua ratione in id, in ordine ad quod rationem potentia fortitur. V. g. potentia comburendi in igne, & potentia productiva in Patre respectu filij. Potentia non per modum principij est, quæ nullum influxum, aut originem importat, ut vniuersitas unius extremi cum alio. Quæstio ergo nostra non procedit de potentia logica; sed de potentia physica.

7. Verum quia, ut monuimus, præsens quæstio multum habet de nomine, cum ferè tota sita sit in explicatione hotum terminorum: Potentia plusquam logica ad intelligendum, ex quorum terminorum varia acceptione, oritur opinionum diuersitas: ideo arbitror prædictos terminos amplius explicari debere, & quæ certa in hac materia sunt, prius statuere, ut postea, in quo sit opinioneum discrimen, facilius digneatur.

3. Certum ergo est Deum nullum influxum realiter in suam cognitionem exercere: cum enim identificetur cum suis actibus essentialibus ad eum: & nihil in se ipsum possit realiter influere: deducitur per legitimam consequentiam Deum in suos actus essentiales nullum influxum realem habere.

9. Certum similiter est Deum per suam intellectuionem, qualiscumque ea sit, siue necessaria, siue contingens, non exerceri informatu, vel receptiu: quando quidem Deus neque intellectu recipit, neque sibi vnit.

10. Nihilominus negari non potest respectu cognitionis contingentium potentiam habere, quæ non sit mera non repugnantia metaphysica intellectuionis; sed addat veram, & realem indifferentiam ad cognoscendum: hoc est coniungibilitatem ipsius Dei, tam cum denominatione cognoscentis existentiam Petri, v.g. quam cum denominatione non cognoscentis huiusmodi existentiam: ac per consequens, licet Deus, & praedicta potentia distinguinō possint à praedicta intellectuione; possint tamen nō identificari cum illa quoad denominationem. Qua propter ea potentia non est pure logica, cum non sit pura non repugnantia intelligendi; sed ulterius addat indifferentiam ad intelligendum: in hac enim indifferentia consistit contingentia intellectuionis quoad denominationem.

11. Porro cum hoc genus indifferentiæ absque distinctione reali non detur in creatis: inde fit indifferentiam Dei ad intelligentem contingenter (supposita intellectuione contingentii ad eum intrinseca Deo) ab aliquibus potentiam physicam appellari, quia non est pure logica, modo quo Petrus est potens esse animal rationale; ab alijs vero logicam nominari duntaxat, quia nō est potentia, quæ versetur circa exercitium realiter, & physique distinctum. Ex quibus infero apud hos Authores nullum de re discrimen versari; sed solum de nomine, quo praedicta indifferentiæ appellanda sit.

SECT. II.

Non datur in Deo potentia plusquam logica respectu intellectuionis necessaria.

12. Probatur hæc conclusio. Respectu extremorum, inter quæ datur omnimoda identitas, tam realis, quam virtualis, nulla

nulla alia potentia datur in uno respectu alterius, quā non repugnantia metaphysica, seu logica illius. Sed inter Deū, & intellectum necessariam datur omnimoda identitas realis, & virtualis. Ergo in Deo respectu intellectuonis necessariæ non datur potentia, plusquam logica. Consequentia est legitima. Probo maiore, posse a minorem probaturus. Potentia mere logica nihil aliud est, quam formalis exclusio contradictionis in existentia alicuius. Sed entitas realiter, & virtualiter identificata cum alia, nihil aliud habet, nisi esse formalē exclusionē contradictionis in existentia illius. Ergo nihil aliud habet, quam esse potentiam logicam illius, cum quo virtualiter identificatur. Maior est certa. Minore probo. Quod verificatur de aliqua entitate, verificatur de illa, cum qua realiter, & virtualiter identificatur : & qualiter se habet entitas respectu sui, se habet respectu illius, cum qua identificatur realiter, & virtualiter. Sed respectu sui nullo alio modo est potentia, nisi excludendo formaliter contradictionem à se. Ergo respectu illius, cum quo realiter, & virtualiter identificatur, nullo alio modo est potentia, nisi formaliter excludendo contradictionem. At hoc est esse potentiam mere logicam. Ergo nullo alio modo respectu extremi secum virtualiter identificati est potentia, nisi logica.

13 Probo iam minorem illam, videlicet, inter Deum, & intellectuonem necessariam dari omnimodam identitatem realē, & virtualem. Inter prædicata diuina realiter identificata ponenda est maior identitas, & summa, quæ excogitari potest: nisi aliud ex fide constet, vel manifeste ex naturali ratione conuincatur. At in Deo capacitas ad intelligendum intellectuonem necessariā, & ipsa intellectu necessaria identificantur realiter. Ergo, nisi fides oblitus, vel manifesta ratio conuincat oppositum, assertenda est inter capacitatē intelligendi, & intellectuonem necessariam, summa, & perfecta identitas. At qui neque fides docet, neque ratio conuincit Deo, & intellectuonem necessariā, conuenire prædicata contradictionia, in quo stat de fætus omnimodæ identitatis virtua lis. Ergo inter Deum, & intellectuonem necessariam, ponenda est summa, & perfectissima identitas, etiam virtualis.

14 Tota difficultas sita est in illa minori propositione, videlicet, neque fides docet, neque ratio conuincit Deo, & intellectuonem necessariæ conuenire prædicata contradictionia: cuius potest in probatio est argumentorum, quæ oppositum probare contendunt: plena solutio: quam jam subiicio,

15 Ob. 1. Deus ratione intellectionis necessaria actualis intelligit actualiter. Deus non intelligit actualiter ratione capacitatis ad intelligendum. Ergo capacitati ad intellectionem, & ipsi intellectioni conuenient praedicata contradictoria.

16 Respondeo: realiter, & ex parte obiecti, Deum ratione sua capacitatibus ad intelligendum, & posse, & actu intelligere veritates necessarias Deo; & etiam ratione intellectionis actualis necessaria posse, & intelligere easdem veritates. Nam capacitas, & intellectio sunt penitus omnino idem ex parte obiecti. Solum ergo ex nostro imperfecto modo cognoscendi prouenit, quod Deus sub expressione capacis ad intelligendum non cognoscatur ex parte modi, ut intelligens actualiter.

17 Ob. 2. Verbum Diuinum procedit ex intellectione necessaria existente in Patre. Sed Verbum Diuinum non procedit ex capacitatem intelligendi. Ergo capacitati, & intellectioni conuenient praedicata contradictoria. Minor probatur. Capacitas in Deo ad intelligendum est natura diuina. Sed Verbum Diuinum (ut communiter doceant Theologi contra Durandum) non procedit per naturam. Ergo Verbum Diuinum non procedit ex intellectione.

18 In primis cum P.P. doceant Verbum procedere per intellectum, si hoc argumentum aliquid probaret, probaret utique naturam Diuinam distinguere ab intellectu; non vero intellectum distinguere ab intellectione. Vetus omisso hoc.

19 Respondeo Theologos contra Durandum solum contendere non ita Verbum procedere à natura, ut non procedat per intellectum, & intellectionem. Quod vero procedat ab intellectione, intellectu, & natura, propter omnimodam identitatem virtualem inter haec extrema, non est contra Theologos, qui Durandum impugnant.

20 Ob. 3. Intellectioni necessaria Dei non repugnat contingentia ex praedicato intellectionis Diuinæ: nam alioquin omni intellectioni Diuinæ contingentia repugneret. Sed capacitatibus Diuinæ ad intelligendum repugnat contingentia. Ergo conuenient illis praedicata contradictoria.

21 Respondeo facile ex hoc argumento tantum conuenient praedicato intellectionis Diuinæ, ut comprehendentis necessariæ, & contingentiem, praedicata contradictoria conuenire; nou tamen intellectioni necessariæ secundum prædicatum specificum intellectionis necessariæ. nam non repugnantia contingentia non comp

competit, posituē intellectiōi necessariā; sed præcissiū ab ipso
prædicato necessitatis: quod est idem, ac dicere quod non repug-
nat dari intellectiōem Diuinam, quæ contingens, & non necessa-
ria sit.

22 Ad argumentum in forma concessā maiori, & minori:
neganda est consequentia: quia non repugnare illi contingentiam
ex prædicato præcisē intellectiōis, & repugnare contingentia,
non sunt prædicata contradictoria.

23 Ob. 4. difficilius. Aliqua intellectio necessaria est in
Deo distincta virtualiter ab alia intellectione, etiam necessaria:
Ergo aliqua saltem ex illis distinguitur virtualiter ab essentia,
prout essentia est primi formalitas in Deo reperita. Consequen-
tia est bona. Antecedens probatur. In Deo datur cognitio trium
personarum, in ipsis personis nō solum terminatiue, verum etiā de-
terminatiue. At hęc cognitio, & est necessaria, & est distincta vir-
tualiter à cognitione, ex qua procedit verbum. Ergo dantur in
Deo duas intellectiones necessariā virtualiter inter se distinctā.
Probo minorem, postea maiorem probatus. Cognitio, ex qua
procedit Verbum, vel non cognoscit Spiritum Sanctum, vel, si
cognoscit, cognoscit quidem, non ex determinatione obiectiuā
Spiritus Sancti (cum pro signo cognitionis, ex qua procedit Ver-
bum, non dum intelligatur Spiritus Sanctus) sed ex determina-
tionē obiectiuā essentiā, vel, si velis, Patris, & Filii. Ergo cogni-
tio, qua Deus cognoscit Spiritum Sanctum in ipso Spiritu San-
cto determinatiue, vel ex determinatione obiectiuā Spiritus San-
cti, distinguitur virtualiter à cognitione ex qua procedit Ver-
bum.

24 Probo iam maiorem illam: videlicet dari in Deo cog-
nitioem trium personarum ex determinatione obiectiuā ipsa-
rum. Nulla est veritas obiectiuā, quæ non sit sufficiens ad determi-
nandum Deum, vt ipsam cognoscat. Ergo veritas obiectiuā idē-
tificata cum personalitatibus diuinis sufficiens est ad determinā-
dum Deum, vt eam cognoscat. At qui Deus debet cognoscere ne-
cessario ex determinatione obiecti omnem veritatem habentem
sufficientem vim determinatiuam Dei ad eam veritatem cognos-
cendam. Ergo in Deo datur cognitio trium personarum in ipsis
personis; non solum terminatiue, verum etiam determinatiue.

25 Huic argumento responderi potest primo Deum non
habere cognitionem personarum ex determinatione obiectiuā ip-
parum personarum; sed cunctaxat habere cognitionem personarū

in se ipsis terminatiue, non tamen in se ipsis determinatiue, siue ex personarum obiectua determinatione: quia tunc obiectua veritas determinat ad sui cognitionem, quando ea obiectua veritas non habet ex prædicatis intrinsecis supponere sui cognitionem omnino perfectam, & intuitiuam: quando vero eam cognitionem supponit, nō potest ad aliam cognitionem virtualiter distinctā determinare: quia hæc secunda cognitio esset essentialiter superflua: cū omnino eadem ratione ex parte modi representandi attingeretur obiectum per unum, ac per alterum actum: obindeque secundus actus, ut pote primū essentialiter supponens, esset natura sua superflua. Cum autem Verbum, & Spiritus Sanctus, supponant essentialiter cognitionem, ex qua procedit Verbum, & quæ omnia, quæ sunt in Deo, perfectissime attingit: hinc deducitur secundā cognitionem Verbi, & Spiritus Sancti obiectue determinatā à Verbo, & Spiritu Sancto, esse essentialiter superflua, & otiosam, ut pote essentialiter supponentem cognitionem, ex qua procedit Verbum representans idem obiectum eadem penitus ratione.

26 Respondeo secundo iuxta principia, quæ alibi defendo, cognitionem essentialē, ex qua procedit Verbum, & quæ remote præcedit ad Spiritum Sanctum, cognoscere Verbum, & Spiritum Sanctum in se ipsis, non solum terminatiue verum, & determinatiue: quia id ipsum, quod posterius est originaliter cognitione, potest esse prius obiectu. Non enim, ut ostendi tract. de Prædestinatione, & infra etiam dicam questionibus de Scientia Media, repugnat mutua prioritas, quarum una obiectiva, altera physica sit. Deinde, ut aliquid determinet Deum ex le determinatum ad cognoscendum omne cognoscibile, non requiriatur, nisi quod sit cognoscibile, & potens tenere cognitionem. Cum autem omnes personæ Trinitatis possint in signo cognitionis eam terminare, etiam eandem cognitionem Diuinam determinare, valebunt.

27 Replicabis. Pro signo, quo intelligitur Pater producens Verbum per intellectiōnem, nondum intelligitur Spiritus Sanctus. Ergo nondum habet Spiritus Sanctus veritatem obiectuam intrinsecam potentem determinare cognitionem, ex qua procedit Verbum. Respondeo distinguendo antecedens. Pro signo, pro quo Pater producit Verbum per intellectiōnem, nondum intelligitur Spiritus Sanctus ordine physico, seu originatiuo, cetero, ordine obiectivo, & terminatiuo obiectu, & intentionali, ter, nego antecedens, & in eodem sensu, nego consequentiam.

28 Itaque duplex est ordo, alter originatus, alter obiectivus. In ordine originatio, prior est Pater, ut cognoscens omnia necessaria, quam Filius; & rursum Pater, & Filius, ut amantes omnia intrinseca Deo, præcedunt Spiritum Sanctum, qui quidem in ordine originatio subsequitur ad omnia iam commemorata. Cæterum in ordine obiectivo prius est totus Deus, & totum, quod necessarium est Deo, & deinde in signo sequente est cognitio necessaria, ex qua procedit Verbum. Nec hoc aliquid contra communem Theologorum sententiam continet: quia cum præcedentia pure obiectiva non sit proprie præcedentia: hinc inseritur omnia necessaria Dei non propriè, sed impropriè, & secundum quid præcedere ad Verbum.

29 Ob. 5. directe contra conclusionem, Deus realiter intelligit. Ergo realiter potest intelligere, quia ab actu ad potentiam recte valet consequentia. Sed realiter posse intelligere, est habere realem potentiam intelligendi. Ergo datur in Deo potentia realis intelligendi.

30 Respondeo distinguendo primum consequens: realiter potest intelligere potentia logica: concedo: potentia physica: nego consequentiam. Et quidem eodem modo posset probari dari in Deo actu primum physicum existendi, seu potentiam physicam ad existendum: siquidem posset argui eadem forma, Deus realiter existit. Ergo Deus realiter potest existere. Eo igitur pacto, quo hanc, poteris pariter tuo argumento solutionem adhibere.

31 Sed instabis. Deus non solum logicè, & metaphysicè; verum physicè realiter intelligit. Ergo non solum logicè; verum, & physicè potest intelligere: quia ab actu ad potentiam valet consequentia. Verum, facta instantia in existentia Dei. Respondeo: concedendo antecedens, & negando consequentiam: quia ab actu solum valet consequentia ad potentiam logicam; minime vero ad potentiam physicam. Quam obrem, ex eo quod Deus realiter physicè intelligat, inseratur logicè posse intelligere realiter, & physicè; non vero quod realiter physicè possit intelligere, seu quod habeat potentiam physicam ad realiter intelligendum: de qua potentia physica dubium est.

(?)

SECT. III.

Quæ potentia detur in Deo respectu intellectionis contingens : nec non respectu intellectionis necessariæ , supposita distinctione virtuali inter intellectionem necessariam , & intellectum.

32 **C**ertum est Deum non intelligere contingentiter in actu secundo, scilicet quoad denominationem , per posse intelligeret quando quidem si non existeret mundus, adhuc Deus posset antecedenter intelligere , & nihilominus non intelligeret : similiterque Deo contingens est actu intelligere existentiam rerum contingentium ; non tamen est contingens ; sed necessarium posse antecedenter intelligere : qua propter, etiam facta suppositione de eo quod actus contingentes intelligendi , & volendi, adæquate realiter id estificentur cum Deo , non intelliget Deus contingentiter per posse intelligere , licet intelligat per id, quod adæquate realiter identificatur cum posse intelligere .

33 Explicatur hoc exemplo intellectionis necessariæ respectu volitionis necessariæ , iuxta sententiam eas virtualiter distinguendam. Iuxta hanc sententiam Deus non vult realiter per intellectionem ; licet velit per id, quod est realiter intellectio, nec intelligit per volitionem , tametsi intelligat per intellectionem, quæ est realiter volitio : nec (iuxta hanc sententiam) Verbum procedit realiter per volitionem : nec Spiritus Sanctus per intellectum , licet Verbum procedat per intellectionem , quæ est realiter volitio , & Spiritus Sanctus per volitionem , quæ est realiter intellectio. Pariter igitur in nostro casu Deus non intelliget contingentiter existentiam mundi per posse intelligere , licet intelligat eam existentiam per intellectionem contingentem realiter adæquate identificatam cum posse intelligere .

34 Hac eadem ratione , supposita distinctione virtualiter intellectum , & intellectionem necessariam , Deus non intelliget se ipsum per facultatem intelligendi, sed per ipsam intellectum , tametsi realiter adæquate intellectio identificetur cum posse intelligere , sive cum intelligendi facultate . Cum enim , si detur distin-

Distinctio virtualis inter facultatem intelligendi, & intellectum, potius Deus intelligat realiter, quia potest, quam possit quia intelligit: ideo intelligere determinatur à facultate intelligendi, & non econtra: qua propter per facultatem intelligendi constituitur Deus determinatus proximè, ut intelligat per intellectum necessarium; non vero constituitur formaliter intelligens.

35 Certum est 2. In Deo respectu intellectus contingens dari veram potestatem indifferentiam ad intelligendum, & non intelligendum: alioquin non esset intellectus contingens. Quam ob rem Deus ex se verè, & realiter est potens affirmare, & non affirmare existentiam mundi: & ideo, si sub nomine potentia physica vera potestas indifferentia veniat intelligenda, cum Deus verè sit indifferentis ad intelligendam, & non intelligendam existentiam mundi, physicam potentiam habebit ad intelligendum, & non intelligendum.

36 Certum est 3. & deducitur ex dictis. Deum neque respectu intellectus necessaria, quamvis virtualiter distinctæ ab intellectu: neque respectu intellectus contingentis ad aquatenet intrinsecè Deo, habere potentiam physicam, prout potentia physica, & actus primus physicus dicunt distinctionem realem ab actu secundo, seu à termino, siue exercitio illius potestatis: quando quidem certum est intellectum diuinum à nulla sua intellectu: ne realiter distingui.

37 Certum est denique 4. intellectum diuinum, tam respectu intellectus necessaria, ex suppositione distinctionis virtutis, quam respectu intellectus contingentis, non habere potentiam purè logicam, seu purè metaphysicam, prout potentia purè logica dicit adeò puram non repugnantiam extremitate, & exercitij, ut ea potentia per se ipsam realiter exerceatur. Patet hoc ex dictis: quia Deus non intelligit contingentem per ipsam facultatem intelligendi, ut supra probauimus. Ergo si sub nomine potentiae purè logicæ intelligatur potentia intelligendi, per quam formaliter Deus intelligat, Deus non habebit potentiam purè logicam, neque respectu intellectus contingentis, neque respectu intellectus necessaria virtualiter distinctæ ab intellectu diuino. Hæc sunt, quæ de re in hac difficultate reperio.

38 Restat modo quæstio de nomine: nimirū quo titulo appellanda sit facultas diuina ad intellectum virtualiter ab ea facultate distincta. Nam si à potentijis, & facultatibus creatis argumentū sumere velimus: cum in creatis non sit medium inter facul-

tatem distinctam realiter à suo exercitio, quæ est potentia physica et facultatem, quæ per se ipsam formaliter exercetur, quæ est potentia pure logica: hæc facultas diuina, de quo est sermo, nec erit physica, nec logica; sed media inter unam & alteram: sicutdem neque realiter distinguitur ab intelligere, neque Deus intelligit per facultatem intelligendi distinctam virtualiter ab intellectione: qua propter dicendum est Deum respectu intellectus virtualiter distinctæ ab intellectu, quem supponimus ex tractatu de Essentia, & Atributis, omnino virtualiter identificari cum Diuina Essentia, habere potentiam, quæ neque est simpliciter physica, neque pure logica, sed media inter unam, & alteram propter rationem traditam.

39 Vterius dico Deum respectu cognitionis contingens habere veram potentiam indifferentiæ: quia Deus realiter est indifferentis ad intelligendum, & non intelligendum contingenter. Auero sit hæc indifferentia appellanda physica potentia: respondeo posse appellari physicā in ratione indifferentiæ quia Deus physice, & realiter indifferentis est ad intelligendum, sicut habet physicam, & veram libertatem ad decernendum, & non decernendum. Nec in his questionibus de nomine ultra immorari debemus.

SECT. IV.

Vtrum intellectus diuinus sit principium virtuale intellectus ab eo virtualiter distinctæ?

40 **D**ivis difficultates involuntur in hoc dubio. Prima est de nomine: videlicet, quid sub nomine principij virtutis veniat intelligendum? Secunda: an dentur à parte rei ea praedicata, quæ ad rationem principij virtualis requiri, & sufficere dixerimus. Verum explicata prima difficultate, facilissime secunda expedietur.

41 Igitur circa primam difficultatem nimis obscure procedunt authores. Ex quo sit nimis græ posse definiri, si eorum iudicio standum sit, secundam difficultatem. Aliqui enim, si eorum mens recte expendatur, ad virtualitatem idem, ac ad realitatem requirunt. Alij vero adeo paucis contenti sunt.

Et tunc nulla sit entitas creata, quæ alia quælibet virtualiter non sit. Ut igitur fixo incedamus pede, examinandum est, quid requiratur, ut detur aliqua ratio, non realiter, nec solum formaliter per intellectum; sed virtualiter: modo quo distinctionis virtualis inter Essentiam Diuinam, & Paternitatem realis non est; & tamen distinctionem puræ formalem per intellectum excedit.

42 Dari aliquid virtualiter nihil aliud est, ut ipsi termini praefuerint, quam dari equivalenter. Unde dari aliquam rationem, non realiter; sed virtualiter, erit equivalenter realiter illius rei in ordine ad eius munera. Ob hanc rationem entitas suscipiens duo predicata contradictionia dicitur continere distinctionem virtualem: quia simplicitas, & identitas illius entitatis equivalent distinctioni reali in munere suscipiendo predicata contradictionia.

43 Ceterum quanta equivalentia necessaria sit ad virtualitatem, difficile ad modum definitur. Nam entitatem A v. g. & quinaltere entitati B in ordine ad omnia munera, omniaque predicata, impossibile est. Si enim A. haberet omnia predicata, quæ habet B, exercereque posset omnia eius munera: non virtualiter; sed realiter, & verè esset B. Si vero ad eßendum virtualiter B sufficeret equivalenter illi in ordine ad aliquod duntaxat manus, & predicatum, nulla esset entitas, quæ non esset virtualiter quilibet alia: cum nulla sit entitas, quæ non habeat aliquod predicatum alteri committere.

44 Explicatur hoc. Et claritatis gratia ponamus predicata distinctionis realis esse hæc quatuor. Possit habere operationes diversas. Possit terminare cognitiones distinctas. Suscipere predicata contradictionia. Constituere multiplicitudinem. Func sic. Omne id, de quo verificantur hæc quatuor predicata, erit distinctionis realis formalis: & de nullo verificabuntur, de quo non perinde verificetur esse distinctionem realem formalem. Ergo nunquam potest dari distinctionis virtualis, quæ sit equivalentia distinctionis realis formalis in ordine ad hæc quatuor munera, seu predicata; sed solum in ordine ad aliquod, vel aliqua ex illis: quia si daretur equivalentia in ordine ad hæc quatuor predicata, omnia predicata distinctionis realis formalis, invenientur in distinctione virtuali: proindeque non virtualis; sed realis est distinctionis. Ergo solum potest dari equivalentia in ordine ad aliquid, vel aliqua predicata.

45 Præterea, nec sufficit æquivalētia in ordine ad aliqua prædicata ex his: quia nulla est entitas, de qua nobis constet, quā tūnvis simplex, quę terminare non possit cognitiones diuersas, & habere plures operationes. Ergo nulla est entitas, quę non admittet distinctionem virtualem simpliciter talem. Et saltem omnes entitates, de quibus nobis constat, & operationes diuersas elicere, & cognitiones distinctas terminare, haberent distinctionem virtualem simpliciter talem: quod quidem falsum est. Ergo ad virtutalitatem neque requiritur æquivalētia in ordine ad omnia munera, & prædicata: nec sufficit æquivalētia in ordine duntaxat ad aliqua. Ad quod autem, & quę munera, & prædicata, requiretur, & sufficiet æquivalētia, vt ratio, quę non est realiter alia, dicatur esse virtualiter, & simpliciter illa, haud facile est discernere, & circumscribere.

46 Censo ergo, si omnino sincerè, & ingenuè loquendum sit, nunquam absolutè, & sine restrictione dicendum esse unam rationem esse virtualiter aliam, sed cum addito, & limitatione: videlicet in ordine ad hoc, vel illud munus. Iam vero usus obtinuit, vt, quia semper, cum de entitate simplici loquimur, & eam admittere distinctionem virtualem assertimus, hoc in ordine ad susceptionem duplicitis prædicati contradiectorij pronunciemus: absolutè dicatur inter Essentiam Diuinam, & Personalites distinctionem virtualem intercedere, quin opus sit addere *in ordine ad suscipienda prædicata contradicitoria*: non quia conceptus distinctiones virtuales ex se certus, & constans sit; sed quia semper sub intelligimur loqui de distinctione virtuali in ordine ad hoc munus, de quo in his rebus datur potissima controversia.

47 Ex dictis infero minus aptè inquiri: an A. v. g. sit virtualiter B. nihil aliud addendo; sed designari debere munus, seu prædicatura, in ordine ad quod A sit, vel non sit virtualiter B: & tunc nihil aliud interrogari, nisi an verè, & realiter A præset illud munus, vel habeat illud prædicatum. Cæterum, si absolute in terrogetur an A, sit virtualiter B, respondendum esse non absolu-
tè; sed cum restrictione: videlicet esse virtualiter B in ordine ad tale prædicatum determinatè: non autem in ordine ad aliud.

48 Ex quo etiam deducitur leuem esse questionem, qua inquirit: utrum intellectus sit principium virtuale intellectio-
nis, nisi tandem recidat quæstio in eam, quam iam tractauimus: nimirum an intellectus, & intellectio divina conueniant prædicata
con-

contradictoria: & qua ratione verē, & realiter comparentur inter se? Semel enim statuto quo pacto comparentur inter se, facile deducetur in ordine ad quæ prædicata intellectus diuinus respectu intellectiionis æqualeat principio reali.

49 Dico ergo 1. Intellectus diuinus respectu intellectiionis contingentis est principium virtuale illius quo ad munus transmundi ab statu indifferentiæ ad statum determinationis formalis ad intelligendum: sive quoad munus constituendi se in actu secundo intelligentem: quia re vera intellectus diuinus indifferentis ex se ad intelligendum, & non intelligendum obiectum contingens, constituitur à se ipso intelligens prædictum obiectum.

50 Dico 2. Ex suppositione quod intellectus diuinus distinguatur virtualiter ab intellectione necessaria, intellectus diuinus est principium virtuale intellectiionis necessariæ in ordine ad munus se exercendi vitaliter, quin per se ipsum formaliter realiter exerceatur: quia eatus (ut supra diximus) distinguuntur virtualiter intellectio, & intellectus, quatenus intellectus non intelligit per se ipsum; sed per intellectiionem; tametsi intellectio sit realiter intellectus: modo quo Pater refertur ad Filium per relationem, non autem per Essentiam, licet Essentia sit verē, & realiter relatio referens Patrem ad Filium. Si tamen difficile apparet intellectum diuinum non se ipso esse intelligentem obiecta necessaria: hoc solum opponitur suppositioni de distinctione virtuali inter intellectum diuinum, & intellectiionem necessariam; nō autem cōclusioni, quæ solū loquitur facta eiusmodi suppositione.

51 Dico 3. Intellectus diuinus neque respectu intellectiionis contingentis, neque respectu intellectiionis necessariæ, quantum virtualiter distingue ab intellectu, est principium virtuale in ordine ad munus producendi. Facile constat hæc conclusio ex praædictis principijs. Est principium virtuale quoad munus producendi est verē, & realiter producere. Sed intellectus non producit realiter ullam intellectiionem diuinam. Ergo respectu nullius intellectiionis est principium virtuale quoad munus producendi. Consequentia est legitima, & minor certa. Maior autem continet doctrinam generalem supra ex professō stabilitam.

52 Sed rogabis: quid dicendum sit circa intellectiionem contingentem iuxta sententiam, quæ denominationē intelligendi contingentem compleat per aliquid extrinsecum? Respondeo in hac sententia intellectiionem contingentem denominantem, adquatenus idētificari cū Deo, adquatenusque distingui à cōnotato extrinsecos.

quod connotatum, sive complementum, non est intellectio, sed est constitutuum aliquod denominationis intelligentis. Et hoc connotatum est aliquid creatum ad aquatē distinctū à Deo, sive hoc, sive illo modo explicetur.

53 Dico ergo Deum respectu intellectionis contingenter deo nūnatis ut distinctā ad aquatē à complemento extrinseco, & inadquatē à denominatione, non habere rationem principij, adhuc virtualis, nisi solum in ordine ad munus habendi eam intellectionem: quia omnino adhuc virtualiter identificantur inter se; quam ob rem non æquivalet principio reali in ordine ad aliquod munus, præter hoc quod est habere à se, & non ab alio eam intellectionem. At vero respectu connotati, seu complementi, habet Deus rationem principij realis, modo, quo Deus cuiuslibet creatorū principium est, ex ratione, qua creatura rationem creaturæ sortita fuerit. Cæterum respectu denominationis intelligentis individualim sumptæ, Deus est principium inadquatē, quatenus est principium illius extrinsecè complentis denominationem in esse galis.

SECT. V.

Reliquæ, quæ ad hanc questionem spectant, absoluuntur.

54 Atut in Deo principium intellectionis per rationem cū fundamento in re. Verum antequam hanc conclusiōnem probemus, animaduertendum est, idem, quod apud nos est virtualiter esse apud plures ex Thomis per rationem cum fundamento in re. Quare plures ex ipsis afferentes dari inter Eſcen-tiā, & Personalitates distinctionem rationis cum fundamento in re, sub nomine fundamenti intelligunt susceptionem duplicitis prædicati contradictorij. Par ratione, dum aliqui afferunt intellectum esse principium intellectionis per rationem cum fundamento in re, idem affirmant, ac authores ex nostris afferentes intellectum esse principium virtuale intellectionis. Nos vero aliter principium per rationem cum fundamento in re intelligimus. Solum enim contendimus nos apprehendere, & concipere intellectum diuinum ad modum principij realis, & per species principij: & hoc non ex nostra voluntate fingendi; sed quia datur aliqua analogia, sive proportio, sive aliquod aliud fundamentum desumptu ne ex modo intelligendi, quo alij intellectus nobis suos proposita sibi obiecta respiciunt.

35 Hac ratione explicata conclusio probatur facile. Ut etsi principium per rationem cum fundamento in rebus, solum requiritur quod nos, dum cognoscimus Deum intelligere, illum apprehendamus ad modum principij realiter influentis in suam cognitionem, & quod ad ita cognoscendum habeamus aliquid fundamentū, ita, ut hoc nō sit promerito libito nostro. Sed nos, dum apprehendimus Deum intelligere, illum apprehendimus ad modum creaturarum intelligentiarum, quia quidem per intellectuonem à se productam intelligunt. Præterea, cum nos pro hoc statu non per species proprias Deum cognoscamus, sed per species intellectus creati, & intellectus creatus per formam à se productam intelligat, hoc est sufficiens fundamentum, ut Deum ad modum principij respectu intellectuonis apprehendamus. Ergo datur in Deo principium intellectus cum fundamento in re.

36 Confirmatur. Sumpto fundamento à rebus creatis, à quibus species ad cognoscendas res diuinās desumimus, intellectuonem diuinām apprehendimus admodum formā distincta & realiter à Deo, ipsum Deum reddentis formaliter intelligentem; & propterea cognoscimus Deum non aliunde; sed à se ipso habere quod intelligat. Ergo apprehendimus intellectuonem quasi oriri à Deo, ipsumque Deum intelligentem constituere. Sed in ijs, quæ ex nostro imperfetissimo concipiendi modo dunitaxat dependent, ultra distincri opus non est.

37 Restat modo ad totius questionis resolutionem breuiter dicere quid sentiendum sit de alijs comprincipijs ad intellectuonem initio questionis enumeratis: nempe de intellectu superaddito, habitu, & speciebus.

38 Sic nostra conclusio. Nullum ex his comprincipijs datur in Deo realiter. Probatur. Omnia hæc comprincipia arguunt imperfectionem in capacitate ad intelligendum. Ergo non dantur in Deo. Antecedens probatur. Munus potentie intellectus superadditæ est adiuvare principij radicalis insufficientiam ad elicendum se solo intellectuonem: munus habitus est potentiam reddere facilem, cum secundum se considerata eam facilitatem nō habeat. Munus denique speciei est iuare potentiam cognoscitiam, quatenus ea potestia nequit se sola sine auxilio obsecari intellectuonem elicere. Sed omnia hæc munera arguunt imperfectionem in facultate cognoscitiva. Ergo prædicta comprincipia arguunt eandem imperfectionem in facultate intellectiva.

39 Probatur 2. Hæc comprincipia solum dantur
C4 quan-

quando datur realiter potentia intellectiva, quæ sit principium physicum intellectoris. At Deus, ut probauimus, non est principium physicum intellectoris. Ergo neque realiter dantur comp̄ principia enumerata.

60 Ob. pro potentia intellectiva. Datur in Deo hoc prædicatum esse intelligentē ut quod: quod quidem prædicatum solū conuenit principio remoto: datur insuper hoc prædicatum esse facultatem immediatam intelligendi incomplebilem per aliam, quod prædicatum solū conuenit principio proximo, & ut quo. Ergo datur in Deo utrumque principium. Ergo datur principium proximum superadditum principio remoto.

61 Respondeo principium remotum in esse principij remoti duo dicere, nempe, & esse id, quod exercetur ut quod, & deinde nō immediatē se exercere; sed mediante alia facultate immediata: qua propter, licet Deus intelligat ut quod; non tamen est principium remotum, quia non se exercet mediante alio. Vnde infertur Deum esse id quod intelligit ut quod, & ut quo; non tamen esse principium proximum, & remotum.

62 Ob. pro habitu. Nihil aliud est operari ex habitu, quā operari facile. Deus ita operatur. Ergo operatur ex habitu. Respondeo operari ex habitu non solum dicere operari facile; sed etiam quod principium, seu quasi principium operans, sit capax operandi difficile, & quod hæc difficultas ratione comprincipij vincatur. Hoc autem repugnat Deo.

63 Ob. pro specie. Munus speciei est determinare intellectum, ut cognoscat obiectum. At quodlibet obiectum determinat Deum ad sui cognitionem. Ergo gerit munus speciei respectu Dei. Respondeo munus speciei non esse hoc dumtaxat; sed etiam quod simul cum potentia de se insufficienti ad eliciendam intellectiōnem, constituat plenam sufficientiam informando potentiam, & concurrendo cum illa vero concursu: quod etiam repugnat Deo.

64 Plura alia pro specie opponit Illustrissimus Godoy in 1. p. tract. de Scientia disp. 24. §. 7. multis contendens dari speciem in Deo respectu intellectoris, eamque in Essentia diuina consistere: quia Essentia diuina, & est in qua omnia cognoscuntur, & insuper influit effectiū virtualiter in intellectiōnem: non solum per modum potentiarum, verum etiam per modum virtutis, in quo virtuali influxu per modum virtutis, speciei munus consistit.

65 Verum cum ipse author tract. de Essentiā, & attributis inter

Inter essentiam, & attributa non admittat distinctionem virtualē, quæ in susceptione duplicitis prædicati contradictioni consitit; sed solum distinctionem rationis rationatae cum fundamento in re: quæ quidem solum in nostro imperfecto concipiendo modo fundetur, consequenter non admittet influxum virtualem essentiæ in intellectionem, prout influxus virtualis à pure mentali, siue nostro concipiendi modo distinguitur.

66 Hinc infero frustra hunc perdoctum authorem tanto studio ad nititionem speciei Divinæ essentiæ tribuere, cum tamen negato influxu virtuali, prout à pure mentali discernitur, de nomine duntaxat sit decertandum: quod quidem non nimis opero demonstratur. Omnes concedimus, qui distinctionem strictè virtualem inter essentiam, & attributa à Deo relegamus, Deum ex vi sua essentiæ determinatum esse in actu secundo ad se cognoscendum: ita ut cognitio, qua Deus se intelligit, sit ab essentia per ideatatem realem, & etiam virtualem intrinsecam. Viterius omnes fatemur quid quid in creatis præstant intellectus, & species per influxum in ordine ad determinandam existentiam intellectionis, præstantius, & perfectius exhiberi per formalem identitatem ab essentia Divina respectuè ad Diuinam intellectionem. Denique cum ad concipiendum essentiam per modum potentiarum, & speciei cum fundamento in re, ex una parte non requiratur aliqua distinctione virtualis intrinseca, aut aliquod prædicatum, siue munus, intrinsecam virtualem distinctionem exposcens, & ex alia parte ad decernendam fundamenti sufficientiam nullum sit hactenus à Theologorum concilio conditum ius, aut villa præfixa certa, estans, & infallibilis regula, sufficiet pro fundamento concipiendi essentiam Diuinam ad modum potentiarum, habitus, & speciei, in creatis hæc tria in intellectionem influere. Quam obrem de quo in præsentiarum possit esse in re quæstio, fateor, ignoro.

67 Sed dices cum præfato authore quæstionem esse an vere, & realiter in Deo sit species impressa ad se cognoscendum, debereque planè concedi: quia esse speciem impressam alicuius obiecti verè, & realiter, solum involuit hæc tria: Representare obiectum intellectui: unire intellectui obiectum in esse intelligibilis: & denique ex parte obiecti ad intellectionem concurrere. At essentia diuina repræsentat se ipsam intellectui, & vnitur per identitatem sibi ipfi in omni modo essendi, consequenterque in esse intelligibilis. Et denique ex parte obiecti concurrit effectu virtuatu liter ad intellectionem diuinam. Ergo Essentia diuina verè, & realiter

liter gerit omnia munera speciei impressæ. Habet ergo formaliter rationem speciei impressæ, uti habet verē, & realiter rationē intellectus.

68 In primis hæc ratio dirimendi questionem propositā, eam detorquet ad philosophiam, quatenus asserit ad conceptum speciei impressæ sufficere iam coimmixtata: nihilque ulterius opus esse: ideoque iam non tam erit quæstio, quo pacto essentia Diuina se habet respectu ad cognitionem: quam, statuto modo, quo se habet, ulterius inquire: an aliquid aliud exigat ratio speciei impressæ, nec nē? Verum quidquid de hoc sit.

69 Ad rationem allegatam facile respondetur: munus speciei impressæ non esse repræsentare formaliter obiectum intellectui; sed activū, quatenus unita intellectui, simul cum illo producit, sive elicit intellectionem. Cum autem nou vere producat intellectionem: inō ne virtualiter quidem, prout virtualiter distinguitur à mentaliter, & pure per rationem. Hinc sit quod hoc munus repræsentandi obiectum, prout opus est ad speciem impressā, non conueniat vere, & realiter essentia, sed solum modo mentaliter, & per rationem. Non ergo erit realiter species impressa; sed solum nostro modo concipiendi. De quo contentio non est.

70 Hoc ipsum clariss cernitur in tertio munere speciei. Impressæ ab hoc Authore assignato: nimirum ex parte obiecti ad intellectionem concurrere etiā concursum probat ex efficientia virtuali: qua essentia Diuina virtus aliter effectuē pròducit intellectionem. Dum autem sub nomine efficientia virtualis solum intelligitur ab hoc Authore efficientia nostro concipiendi modo, plane deducitur non vere, & propriè concurrere; sed solum nostro modo concipiendi. Quo ergo pacto erit species formaliter, si solum nostro modo concipiendigerit munera speciei impressæ. Erit igitur essentia Diuina species impressa, non realiter & vere; sed apparenter, & solum nostro modo concipiendi.

QVÆST. III.

De obiecto materiali Diuinæ intellectionis.

Cum non modo ex parte cognoscens; verum etiam ex parte obiecti cogniti, intellectionis natura innotescat: ideo in presentiatur, postquam in praecedentibus

tibus de cognoscente traximus, de obiecto Diuinæ intellectio-
nis agemus. In hac quæstione de obiecto materiali sermo erit.
In sequentibus vero objectum formale examinabimus.

SECT. I.

*Quod sit obiectum materiale Diuinæ intellectio-
nis: & p[re]se-
tum increatum?*

1. **O**biectum materiale in præsenti non accipimus per opposi-
tionem ad obiectum formale, sed per præcisionem ab il-
lo, & ab obiecto pure materialiter attacto. Hoc est obiectum ma-
teriale appellamus omne id, quod à Diuino intellectu attingitur.
Quam obrem idem est, iuxta hanc acceptionem, quartere, quod sit
obiectum materiale Diuini intellectus, ac inuestigare quid Deus
cognoscat, siue illud in se, ac propter se; siue in alio, siue propter
alium attingat.

2. Deum cognoscere quid quid cognoscibile est, videtur
facile prebari, tum ab autoritate ex illis verbis ad Hebræ. 4.
omnia nudasunt, & aperta oculis eius: tum à ratione. Nam intel-
lectus summe, & infinitè perfectus debet se extendere ad omnia:
aliоquin erit limitatus: debet etiam excludere omnem ignorantiam;
ille enim, qui aliquid ignorat, nō potest esse infinite sapiens.
Et etiam: quia, si aliquid obiectum Deus non attingeret, vel esset
ex defectu cognoscibilitatis obiecti, vel ex debilitate potentie,
vel quia illud cognoscere argueret imperfectionem in cognos-
cente. At qui obiecto cognoscibili non deficit cognoscibilitas, ne-
que Diuina vis cognoscitiva debilitate aliqua laborat. Neque
cognoscere obiectum imperfectionem arguit, cum potius omnia
scire, perfectio maxima sit. Ergo nullum est caput: quare Deus nō
valeat cognoscere quidquid cognoscibile est. Hoc dictum sit in
generali: loquendo autem seorsim de Deo, & creaturis.

3. Sit prima conclusio. Deus cognoscit se ipsum integrè, &
completè secundum omnem omnino rationem, siue essentialem,
siue notionalem, siue absolutam, siue relatiuam: ita, ut nihil pror-
sus sit in Deo, quod ipse clarissime non intricatur. Probatur hæc
conclusio primo ab autoritate 1. ad Corinths. 2. *Spiritus om-
nia scrutatur, etiam profunda Dei.* Deinde à ratione. 1. quia
esse

esset imperfectus, si obiectum perfectissimum ignoraret. 2. quia, cum Deus debet se amare, ut potest dignum infinito amore, debet perfecte se cognoscere. 3. quia cum sit summus beatus, & beatitudo dicat visionem perfectam summum bonum, debet se per visionem perfectissimam possidere, & ob plurimas alias rationes, quas ad rem, & fidem certam, & lumine naturae notam, congerere, operae pretium non duxi. Hæ omnes rationes probant non solum Deum se cognoscere, verum & necessario: cum & sapiens, & amans, & beatus necessario perfectissime sit. Verum licet de hac veritate nulli Philosopho, ne dum Theologo Catholico, dubitare fas sit, nonnullæ tamen sunt obiectiunculae, à quibus nos expedire necessarium est.

4. Ob. 1. Quod est obiectum cognitionis debet distingui à cognitione. Sed Deus nequit distingui à sua cognitione. Ergo nequit esse obiectum suæ cognitionis. Maior probatur. Cognitione est imago, & similitudo obiecti. Ergo distincta ab obiecto: nihil enim potest esse imago, & similitudo sui ipsius. Propter hoc argumentum P. Hericæ assertum quod, licet Deus se cognoscat, non tamen est propriè loquendo obiectum suæ cognitionis: quia putat de ratione obiecti esse distinctionem, non tamen de ratione cogniti: quam obrem concedit aliquid esse cognitum; non tamen esse cognitionis obiectum.

5. Lewis obiectio, & quæ ad modum loquendidum taxat spectat: & quam Arriaga, & Ribadeneira merito rident. Respōdeo ergo non esse de ratione obiecti distingui ab eo, cuius est obiectum: nec esse de ratione omnis cognitionis esse imaginem obiecti; sed tantum hoc reperi in cognitione, quæ alterius à se distincti cognitio est: non enim de ratione repræsentationis ut sic est esse propriè loquendo imaginem, aut similitudinem obiecti; sed tantum notitiam illius.

6. Ob. 2. Impossibilis est cognitio, quæ præcisè cognoscat se ipsam. Ergo cognitio Divina, prout præcisè terminata: ad Deum, est impossibilis: siquidem prout terminata ad Deum ad nihil distinctum à Divina cognitione terminatur. Antecedens probatur. Cognitio, quæ nihil aliud ostendat, quam se existere, inutilis est: & ex ipsis terminis apparet stulta. Præterea erit & non erit res ipsa: cum directe tendat in se ipsam. Ergo cognitio prædicta non est admittenda.

7. Respondeo stultam fore cognitionem, quæ hac præcisè ratione tenderet in se ipsam. Cognosco me ipsam, siue ego existo: non autem

autem esse stultam cognitionem, quæ licet ex parte obiecti nihil distinctum à se ipsa cognoscat; reprobatur tamen prædicata, quæ nō sunt formaliter cognitio; & hoc inuenitur in cognitione Diuina, quæ de Deo identificato adæquatè cum cognitione, dicit esse Iustum, Omnipotentem, Immensem, &c. Ad id, quod additur, videlicet hanc cognitionem fore reflexam, quia se cognoscit, & non fore reflexam, quia est directa cognitio sui: respondeo eam cognitionem esse reflexam: quia, ut sit reflexa, solum requiritur, quod cognoscat cognitionem; non tamen quod non tendat directe in se ipsam, ea enim vocatur communiter loquendo cognitio directa, ad distinctionem reflexæ, quæ solum cognoscit obiectum, quod cognitio non est.

8. Sed instabis. Ex hac doctrina sequitur cognitionē Diuinam reflectere supra se: rursusque hanc reflexionem cognosci, & iterum, & iterum sine termino. Ergo daretur in Deo infinitum reflexionum: quod semper vitandum est. Respondeo cognitionem Diuinam per unicum simplicissimum intuitum videre se ipsam: quare ex parte cognitionis Diuinæ non est multiplicitas, adhuc virtualis, nedum infinitas. Cæterum nos possumus cognoscere Diuinam cognitionem ut reflectentem supra se, & etiam ut reflectentem supra reflexionem, & ut reflectentem supra cognitionē reflexionis, & sic sine termino: quod quidem solum probat infinitū syncatheticum nostrarum diuersarum expressionum, quibus possumus cognitionem Diuinam magis, & magis ut reflexam cognoscere: quod absurdum non est.

9. Ob. 3. si Deus cognosceret se, cognosceret distinctionem virtualem, quæ est inter essentiam, & relationes. Sed hanc distinctionem virtualem nequit Deus cognoscere. Ergo neque se ipsum. Probatur minor. Cognoscere essentiam ut distinctam virtualiter à relationibus, est illam à relationibus præscindere, cum non sit potior præcissio, quam cognoscere ut distincta extrema, quæ sunt realiter identificata. Sed in Deo nō datur cognitio præcissiva. Ergo neque cognitio distinctionis virtualis. Confirmatur. Si Deus cognosceret distinctionem virtualem, quæ est inter Essentiam, & Paternitatem, affirmaret de essentia communicari, secus de Paternitate, & affirmaret de Paternitate referre, potius quam de essentia. Ergo faltem in affirmatione haberet Deus cognitionem præcissiuam.

10. Respondeo falso esse, quod cognoscere extrema ut distincta virtualiter, sit præscindere in sensu intento ab argente: quia

quia cognoscere hac ratione distinctionem virtualem solum est cognoscere entitatem Divinam omnino simplicem suscipere prædicata contradictione, & præbere fundamentum intellectui humano, ut essentiam, & Paternitatem cognoscatur ad modum distinctorum; non tamen Deus cognoscit essentiam ad modum distinctione realiter à Paternitate: & vterius cognoscitur sufficienti claritate, ut negare non possit identitatem inter ea extrema. Quam obrem non præscindit Deus præcisione opposita perfectissimæ cognitioni. Ad confirmationem plane fateor Deum posse præscindere in affirmatione essentiam à Paternitate. Verum hoc solū arguit cognoscere Deum essentiam, & Paternitatem ut sunt in se: siquidem à parte rei essentia communicatur, & non refert, & relatio refert, & non communicatur. Cognoscere igitur, & affirmare id ipsum, est cognoscere res ut sunt in se,

SECT. II.

Vtrum Deus cognoscat creaturas secundum suum esse proprium, & formale, & non solum secundum esse eminentiale, quod habent in Deo?

F1 **D**ubitari apud Catholicos non potest Deum cognoscere creaturas, cum nihil magis in scripturis sapius afferatur, quam Deum omnia cognoscere: & authoritates, quæ communiter allegantur ad probandum Deum cognoscere creaturas secundum suum proprium esse, saltem conuincent Deum cognoscere creaturas siue secundum proprium, siue secundum esse eminentiale, quod habent. Dubium ergo potest esse an Deus creaturas cognoscatur etiā secundū esse, secundū quod à Deo distinguuntur.

F2 **A**ureolus apud Capreolum in 1. dist. 35. quæst. 2. contra omnes Theologos oppositum afferentes, tenet Deum non ita cognoscere creaturas, ut ipse terminent formaliter Diuinam intellectualem, sed denominatiæ, quatenus Diuina essentia continens in se eminenter creaturas, formaliter terminat Diuum inuitum. Idemque videtur sentire Pasqualigus d. 23. lect. 4. num. 28. Verum id non docuisse Aureolum, sed esse Capreoli impostura, defendit cū alijs. P. Ortega in 1. p. tract. de Scientia cōtroula, 2. disp.

2. disp. 4. quest. 1. certam. 1. Sed quidquid sit de mente Aureoli recte intellecta; apud Capreolum tamen Deus iuxta Aureolum non cognoscit duo obiecta: nec sunt duo cognita terminantia Dei intellectionem; sed unicum, nempe Deus, in quo, non vere, & formaliter, primario, aut secundario; sed aequivalenter, & denominative, creature cognoscantur. Quod explicat exemplo intrentis in speculo imaginem sibi: hic enim non videt duo, nempe imaginem, & se ipsum, sed solum formaliter videt imaginem, & ratione illius denominatiue videtur ipse: hoc est denominatur visus, licet formaliter, & re vera, non se videat in speculo. Hac igitur ratione dicit Deus non formaliter videre, aut cognoscere creature, sed solum se ipsum; & quia Deus continet aequivalenter creature, creature in Deo visas denominari.

13 Hanc ipsam sententiam tribuunt nonnulli Auerroi, Auicenæ, Platonis, & Aristoteli. & quod longe mirabilius est eandem sententiam, quatenus negantem Deo distinctam cognitionem omnium minimarum creaturem videtur D. Hieronymus docuisse in cap. 1. Habac. Verum eximum, & maximum hunc Ecclesiæ Doctorem benigne Theologi interpretantur, quos infra se querimus. Non enim unquam in animum inducam exhibimare tam clarum Catholicæ Ecclesiæ lumen huius erroris umbra fuisse, vel leuiter obscuratum.

Sit nostra conclusio. Deus omne omnino ens, siue increatum, siue creatum, siue magnum, siue exiguum, clare distincte, & formaliter attingit. Hæc conclusio, prout docet Deus cognoscere se ipsum formaliter integrè, & perfectè, & nemine negatur. Quatenus vero tradit Deus omnes creaturem quantumvis minimis, & vilissimas, formaliter perfectè intueri, & non soluta denominatiue ratione Deitatis ipsas eminenter continentis, probatur.

14 Primo ex scriptura varijs in locis à fere omnibus Theologis haec de scribentibus allegatis. Gen. 1. vidit Deus cū-
sta, que fecerat, & erat valde bona. Eccl. 16. Ecce cœlū, & cœli ce-
lorū, & abyssus, & universa terra, & que in eis sunt, in conspectu
eius. Prou. 16. Omnes viae boni nisi patent oculis eius. Iob. 28. Finis
mundi intuetur, & omnia, que sub cœlo sunt, respicit. Ad Hebr. 4.
Nō est illa creatura inuisibilis incōspicua eius, omnia autē nuda, &
aperta sunt oculis eius. Plura alia testimonia possunt facile cōgeri,
que cōsulto omitto, & quia breuitatem affecto, & quia nemo cla-
re Catholicus, vno excepto Aureolo, de hac veritate dubitanit.

Ob eandem rationem ab authoritate Patrum abstineo; quia omnes hanc eandem veritatem, vel supponunt, vel dissentissimè tradunt. Vide si placet P. Didacum Ruiz in praesenti, & Dionisium Petavium tom. I. dogmat. lib. 4. cap. 3.

15 Probatur deinde à ratione eadem conclusio. Primo: quia Deus comprehendit suam omnipotentiam. At hoc non sit absque cognitione formalí creaturarum. Ergo eas cognoscit. Probatur minor. Non potest cognosci virtus productiva ut talis, nisi cognoscatur terminus potentiae: nam virtus, ut virtus productiva alicuius termini, in tali conceptu dicit in obliquo terminum: non enim potest unum cognosci ut comparatur ad aliquem terminum, quin cognoscatur terminus, ad quem fit comparatio. Ergo nequit cognosci omnipotentia ut aliqua ratione productiva creaturam, quin verè, & realiter creature cognoscantur.

16 Prob. 2. Deus producit has creatureas præalij omnino liberè, potens quanlibet ex relictis producere, omisis quasmodo producit. Ergo Deus cognoscit distinctè omnes creatureas, eas discernens inter se. Antecedens est certum, consequentia probatur. Qui libere eligit unum extremum inter alia habens potestatem proximam eligendi quodlibet aliud, opus est ut cognoscat ea extrema ut distincta. Ergo, si Deus liberè eligit hanc creaturam inter omnes alias possibles, necesse est quod omnes clare, & distinctè cognoscat, & inter se discernat. Antecedens est certum: nam libertas proxima ad electionem inter extrema inuoluit extre-
rum cognitionem.

17 Probatitur 3. eadem conclusio. Deus præcognoscit quod decernit, & vult, & etiam quod liberè non decernit potens decernere. Sed Deus decernit liberè hanc creaturam secundum omnem suam differentiam individualē, & liberè omittit decernere aliam. Ergo Deus cognoscit hanc creaturam secundum omnia sua prædicata, & etiam alias creatureas, quas non decernit. Consequentia est bona, & minor certa, siquidem, dum decernit, non decernit suam essentiam, sed creaturam, quae re vera contingenter est extitura: neque illam decernit in confuso, sed distinctè secundum omne, quod habet, alioquin aliquid prædicatum creature es-
set casualis respectu Dei.

18 Iam vero major facile probatur ex communi Philosophorum axiome, necnon ex eo quod omne voluntarium est à cognoscente singula. Deinde ex hoc etiam capite probatur cogno-
scere-

Noscere debet quod omittit liberum decernere: nam si nihil voli-
cum, quin præcognitum, nihil intelligetur proximè potens amari,
usque dum intelligatur cognitum. Præter quam quod Deus, dum
omittit decernere, cognoscit se omittere decretum illius creatu-
ræ, cum posset illam decernere. At hoc nequit intelligi, nisi Deus
cognoscat id, quod non decernit. Ergo Deus cognoscit, & quod
liberè decernit, & quod liberè non decernit.

20 Probatur denique 4. Quia Deum cognoscere omnia;
commendat eius sapientiam, cum magis perfectum sit cognosce-
re, & scire, quam ignorare: & ex alia parte nulla imperfectio tri-
buitur Deo ex eo quod cognoscat creaturem secundum suum pro-
prium esse, quod habent. Ergo ea cognitione concedenda est Deo.
Quod Deo nulla imperfectio tribuatur ex eo quod cognoscat crea-
turas, patet ex solutione argumentorum, quam iam subiijeo.

SECT. III.

Soluuntur obiectiones.

21 O B. I. D. Aug. lib. 83. question. quæst. 46. vbi hæc habet
loquens de Deo: non enim extra se quicquam possum
intuebatur, ut secundum id constitueret quod constituebat nam hoc
opinari sacrilegum est. Videtur ergo Augustinus negare Deum
aliquid extra se cognoscere, consequenterque negare Deum cog-
noscere creaturem, quæ quidem sunt extra Deum, quando quidem
ab eo distinguntur.

22 Respondeo cū Ribadeneira, Illustrissimo Godoy, & plu-
ribus alijs (omissis alijs interpretationibus) D. Augustinem solù
prædictis verbis negare Deum, dum constituit creaturem, habere
exemplar distinctum ab ipso Deo, ad quod, opus Deo sit respice-
re, ut creaturem ad illius similitudinem efformet. Etenim hoc exé-
plar, vel ut ipsum efformaretur alio indigeret, & sic abiремus in
infinitum; vel, si non indigeret, etiam Deus non indigeret illo ad
aliud efformandum. Præter quam quod, si Deus, ut operaretur
creaturem, alia creatura ut exemplari indigeret, non esset perfe-
ctè operatiuus, quod asserere sacrilegum est.

23 Ob. 2. D. Hieronym. qui in illud Habacuc. 1. n. uiri
sunt oculi tui, ne videant malum, hæc habet difficultia verba.
Ceterum absurdum est ad hoc Dei deducere maiestatem, ut sciat

per momenta singula quot nascantur culices, quotque moriantur,
&c. & paucis interiectis: ex quo liber ille apocribus futilitate con-
demnandus est, in quo scriptum est quendam Angelum nomine Tyrus
praesesse reptilibus: quibus verbis videtur Doctor Maximus negare
Deo distinctam cognitionem omnium creaturarum.

24 Verum, licet P. Vazquez aperte pro sua innata Inge-
nuitate fateatur D. Hieronymum prædictis verbis Deo negasse
distinctam rerum omnium minimarum cognitionem; cum tamen
alij g. suisimi Doctores in seniori sensu tanti Doctoris accipiane
verbis, cum illis responderi potest Hieronymum non negare Deo
minimarum rerum perfectissimam cognitionem, sed solum negare
illam specialem prouidentiam erga creaturas irrationalies ha-
bere, quam exercet circa rationales illis imponendo præcepta, fe-
rendo leges indicendo penas, & præmia promittendo, impertien-
doque auxilia ad operandum: alijs congrua, & alijs inefficacia. Ita
interpretantur D. Hieronymum Magister in 1. dist. 39. §. 4. Hugo
de Sancto Victore in summa tract. 1. cap. 1. quos pie sequitur Il.
lustrissimus Godoy tract. de Scientia disp. 26. §. 2. num. 23. Quā
interpretationem valde probabilem reddunt verba illa Apostoli
1. ad Corinth. cap. 9. *Numquid de bovis cura est Deo?* In qui-
bus verbis tametsi quoad speciem videatur Apostolus Deo nega-
re prouidentiam circa irrationalia; nihilominus firmiter tenendū
est Apostolum solum negasse Deo circa boves, ceteraque irratio-
naliam eam specialem curam, quam habet circa rationalia. Pariter
ergo ratione, & in simili sensu D. Hieronymus debet interpretari
præfertim cum ipse Maximus Doctor supra cap. 10. Matth. differ-
te affirmet in Deo cognitionem omnium rerum quantumvis mi-
nimarum, & epist. 3. colum. 29. Deum mirabilem prædicat in mini-
mis animalibus, ut pulice, musca, & alijs. Sēcūtergo Sicutus Doctor
omnia hęc secundum proprium esse à Deo formalissimè cognos-
ci.

25 Ob. 3. Deus ante productionem creaturæ solum po-
test cognoscere creaturæ possibilitatem. At creaturæ possibili-
tas adæquate identificatur cum Deo. Ergo Deus ante quam pro-
ducat creaturam, solum potest cognoscere quod adæquate iden-
tificatur cum Deo, & consequenter nihil cognoscere poterit di-
stinctum à Deo. Consequentia est bona. Minor est communissima
apud plures Theologos, & Philosophos. Maior vero probatur:
Pro priori ad productionem creaturæ, & ad decretum de eius
existentia, solum potest cognosci à Deo creaturam possibilē esse.
Sed

Sed cœtaturām possibilem esse est ad æquatē eius possibilitas. Ergo priori ad decretum de creaturæ existentia, solum potest cognosci eius possibilitas.

26 Huic argumento tum Thomistæ, tum plures ex nostris existimantes rei possibilitatem ab ipsa possibili re distingui realiter, quia possibilitatem rerum cum Deo ad æquatē identificant, respondere tentant negando maiorem primi syllogismi, videlicet Deum priori ad decretum solum cognoscere rei possibilitatem. Ad huius maioris probationem distinguunt maiorem. Deus priori ad decretum solum potest cognoscere creaturam esse possibilem sumpto *creaturam esse possibilem*, ut *quod*, & ut *quo* concedo: sumpto *præcisē* ut *quo* nego maiorem. Et deinde distinguo minorem: *creaturam esse possibilem* ut *quod*, & ut *quo* est ad æquatē possibilitas nego: *creaturam esse possibilem* ut *quo* concedo minorem. Et nego consequentiam.

27 Itaque, iuxta hos authores, licet Deus, vel secundum rationem omnipotentia, vel secundum suam scientiam, sit ad æqua ta possibilitas creaturæ cuiuslibet, v. g. Anti-Christi. Attamen ipse Anti-Christus secundum quod distinguitur à Deo, & consequenter à sui possibilitate, est id *quod* possibile constituitur, & denominatur ab ipso Deo. Quam ob rem licet ratio *qua* constituitur Anti-Christus possibilis, ad æquatē distinguatur ab Anti-Christo, nihilominus Anti-Christum esse possibilem, secundum quod dicit, non solum id, *quo*, verum etiam id, *quod* possibile denominatur, & constituitur, dicit aliquid distinctum à possibilitate, nimirum ipsum Anti-Christum. Cumque Deus priori ad decretum debet cognoscere Anti-Christum *esse possibilem* secundum quod dicit tum ut *quo*, tum etiam ut *quod*, siquidem debet ad æquatē cognoscere Petrum esse possibilem: inde deducitur Deum debere ultra se ipsum cognoscere etiam ipsam creaturam secundum esse proprium, secundum quod distinguitur à Deo.

28 Hæc solutio mihi insufficiens videtur: existimo enim, se meliorato possibilitatem rei ab ipsa re ad æquatē distingui, minime Deum aliquid posse affirmare de re possibile secundum esse propriū, quod habet: quā obrem similiter ex eo antecedente de possibiliitate necessario distincta à re possibile, legitimè inferri sententia ab Aureoli concedi debere. Vnumque, & præcipuum, apud me argumentum ad negandum possibilitatem à re possibile, & futuritatem, siue absolutam, siue conditionatam, à re futura necessario distinguidebere, desumitur ex eo quod ex opposito intratur cogno-

noscere rem esse possibilem, aut futuram, esse cognoscere duntas
 xat possibilitatem, & futuritionem: quod ex professo ostendam,
 dum de rei futuritione questio instituantur. Ideo modo omissa, &
 reiecta hac apud plures ex R.R. communissima solutione. Ad præ-
 cedens argumentum, concessa maiori primi syllogismi, videlicet
 pro priori ad decretum cognosci dum taxat rei possibilitatem:
 nego minorem, videlicet possibilitatem creaturae identificari cum
 Deo: nam in mea sententia, licet omnipotencia possit merito ap-
 pellari possilitas aliqua extrinseca creaturarum; nihilominus
 quodlibet ens se ipso est possibile intrinsece, verificationumque hu-
 ius propositionis *si existat creatura, existet absque contradictione*
est ipsa creatura possibilis, & non aliquid ab ea distinetum, ut in-
 fra magis ex professō probabimus.

29 Hac doctrina de possibiliitate intrinseca creaturarum
 evanescunt plurima argumenta, quæ fuit contra cognitionem Di-
 vinam de creaturis possibilibus: nam ferē omnia supponunt rerū
 possibilitatem adæquatè identificari cum Deo. Quam obrem, ne-
 gato hoc apud Thomistas, & plures nostros R.R., fixo principio,
 ruunt argumenta, quæ illi nituntur.

30 Huius generis est argumentum, quod hac ratione effor-
 matur. Nequit Deus videre creaturas secundum esse proprium, ni-
 si illas videat ut in se sunt, alioquin falleretur. At creaturæ ante de-
 cretum de earum existentia nihil sunt in se, cum pro illo signo solū
 habeant esse extrinsecè possibles. Ergo ante decretum de existen-
 tia rerum nō videt Deus creaturas secundum esse proprium. Huic
 argumento respondetur concedendo maiorem, & distinguendo
 minorem. Creaturæ ante decretum de earum existentia nihil sunt
 in se absolutè, concedo: nihil sunt in se conditionatè, nego mino-
 rem: nam antecedenter ad decretum verificatur de ipsis creatu-
 ris quod si existerent, existerent absque contradictione: quæ pro-
 positio ab ipsis creaturis possibilibus formaliter redditur vera, ve-
 la infra videbimus.

31 Pari ratio dicendum est pro signo antecedenti ad de-
 cretum esse duo se ipsis distincta inter se, nempe Deum, & crea-
 turam: quia pro eo signo creatura à se ipsa habet quod si exi-
 staret distingueretur absolutè à Deo, consequenterque se ipsa
 distinguitur conditionatè à Deo: cum igitur non constitu-
 tur distincta à Deo formaliter adæquatè per ipsum Deum; sed
 per se ipsam: quia se ipsa est possibilis, cessat argumentum de-
 ductum ex eo quod, cum pro illo signo non detur formaliter
 nisi

non possint dari duo distincta, neapte Deus & cœratu
g. 2.

32 Vlterius iuxta nostram sententiam tribuentem crea
turis possibilitatem intrinsecam distinctam à Deo, facile intelli
gitur cognitionem diuinam de creaturis ut possibilibus terminū
connexionis habere, siquidem connectitur intrinsecē, & essentia
liter cum ipsa creatura ut possibili, hoc est connectitur absolute
ex parte actus, & conditionate ex parte obiecti cum ipsa creatu
ra: quia eadem ratione connectitur, qua representat. Cum igi
tur Scientia Diuina de creaturis ut possibilibus, representet
eas absolute ex parte actus, & conditionate ex parte obiecti:
hac eadem ratione connectitur cum illis. Quam obrem cessat ar
gumentum contra cognitionem rerum possibilium petitum ex
eo quod ea cognitio cum nullo à se distincto connecteretur, quo
siceret prædictam cognitionem ut terminatam ad creaturam non
fere ex se potius veram, quam falsam. Cessat inquit prædictum
argumentum, cum ei cognitioni terminum connexionis assignes
mus.

33 Cæterum, licet hæc omnia ita se habeant, restat nihil
minus potissimum argumentum semper molestum, semperque ob
terminorum inopiam difficile, si ad formæ iustas regulas rediga
tur.

34 Obijcitur ergo vltimo. Quod verē, & simpliciter non
est, sed est, non est absolute cognoscibile, sed est, cum cognosci
bilitas, vel sit ipsa Essentia, vel illius proprietas, & proprietas non
possit esse simpliciter deficiente simpliciter essentia. At quires
pure possibilis non est simpliciter, & absolute, sed est. Ergo ne
que absolute est cognoscibilis, sed est, si existeret. Ergo de si
eo non cognoscit Deus res pure possibles; sed cognoscet si
existerent.

35 Hoc argumentum non minus militat adversus
eos, qui possibilitatem rerum distinguunt à re possibili, quam
aduersus nos possibilitatem cum re possibili identificantes. In
vtraque enim sententia concedendum est Deum cognoscere ali
quid, quod revera non existit, illudque non solum cognoscere sec
undum esse extrinsecum, quod habet in possibiliitate, verum
etiam secundum esse intrinsecum, quod non habet in se; sed ha
beret, si existeret: quam obrem in una, & alia sententia, q. od se
condum se non est, sed est, est cognoscibile secundum se.

36 Nec sat is facit Illustrissimus Godoy tract. de Scientia
D. 3. dup.

disp. 26. §. 4. afferens creaturas cognoscere à Deo ante decretum de carum existentia secundum esse quidditatum, seu secundum quod sunt *ens*, acceptum non participiasiter, qua ratione est concretum existentia; sed nominaliter, quo modo est concretum Existentia. Itaque afferit hic author cum alijs, quos citat ibidem num. 69, quamlibet creaturam in actu possibilite esse ens actu secundum esse essentia, seu secundum connexionem prædicatorum, & hanc realitatem Existentia, ut actu creaturis possibilibus conuenientem sufficere, ut obiectio sint vera, & actu in se ipsis terminatiū ab æterno cognoscantur: quia secundum illud esse quidditatum non ab æterno: nō accepto sunt existentialiter, sed purè quidditatum.

37 Non est animus hanc sententiam de esse quidditatu*m*o actuī modo refellere; longamenim, & accuratam discussionem exposcit; sed solum contendo hanc sententiam propositam difficultatem non minuere: quod quidem breuiter sic ostendo, utendo argumento, quod ultimo loco hic author sibi opponit.

38 Tam necessaria est hac veritas *Existentia hominis est illi ratio existendi*, quam ista, *Homo est animal rationale*. Sed prior veritas ab æterno cognoscitur, quin existentia hominis actu sit ab æterno. Ergo secunda veritas actu ab æterno cognoscetur ab ipso, quine *essentia*, aut quidditas hominis actu sit ab æterno.

39 Huic argumento respondet num. 89. concessa maiori, distingendo minorem; prior veritas ab æterno cognoscitur, quin existentia hominis actu sit ab æterno secundum actualitatem existentia exercitam, conced. secundum actualitatem signata neg. Minorem, & consequentiam: quam distinctionem explicat afferendo, quod non solum essentia hominis, v.g. sua habet prædicta quidditativa de illa actu ab æterno enuntiata per propositionem necessariam, essentiale, & æternæ veritatis, sed etiam existentia hominis suam habet quidditatem, que de illa necessario enuntiatur: ac proinde considerata existentia secundum actualitatem signata, est ab æterno Verbo ex viente pro essentia existentia: in quo dicit deceptum fuisse nostrum Albertinum consti-tuentem quoad hoc discrimen inter essentias, & existentias creaturarum: considerata vero (subdit immediatè) existentia secundum actualitatem exercitā, sic non est ab æterno, sed in tempore incepit.

40 Hec solutio, pace tanti authoris, ferè intacta relinquit argumenti difficultatem. Nam, semel distinctis inter se actualitate signata existentia, & actualitate exercita eiusdem existentia: ex quibus prima, ut potest essentialis, & quidditativa, est ab æterno.

Secus vero secunda: rursus conficitur argumentum de actualitate exercita eadem prorsus ratione, nimisrum. Tam necessaria est hec veritas actualitas exercita existentia est actualitati signata ratio existendi exercite, quam ista. Actualitas signata est actualitas signata. Sed prior veritas cognoscitur ab aeterno a Deo, quin actualitas exercita actu sit ab aeterno. Ergo secunda veritas actu ab aeterno cognoscetur, quin actualitas signata actu sit ab aeterno.

41 Declaratur vis argumenti. Vel quæ admodum distinguuntur, iuxta hos authores, realiter, & à parte rei actualitas essentia, & actualitas existentia, distinguuntur etiā actualitas quidditativa, & signata existentia, & actualitas exercita eiudē existentia, vel nō. Si primū, rursus inquirō de actualitate exercita: an in alias duas actualitates discernenda sit, & sic in infinitū, vel nō. Primū est manifestum absurdū. Si dicatur secundū. Ergo actualitas exercita ut distincta ab actualitate signata, & quidditativa, nulla ratione est ab aeterno. At qui actualitatē exercitā, prout distinctā ab actualitate signata, & quidditativa esse ita distinctā, esseque rationē existendi exercite, est veritas necessaria. Ergo ista veritas actualitas exercita distinguuntur ab actualitate signata, & est ratio existendi exercitē cognoscitur a Deo ab aeterno. Reddit ergo iterū argumentum. Tā necessaria est hec veritas actualitas exercita distinguuntur ab actualitate signata, & est illa ratio existendi exercitē, quā ista: actualitas signata est actualitas signata. Sed prior veritas cognoscitur ab aeterno a Deo, quin actualitas exercita actu sit ab aeterno. Ergo secunda veritas actu ab aeterno cognoscetur, quin actualitas signata actu sit ab aeterno. Itaque siue hac, siue illa ratione explicetur, semper necessario deueniendum est ad aliquā actualitatem, quā secundum aliquid sui non sit ab aeterno, & nihilominus secundum id ipsum, quod ab aeterno non est, a Deo ab aeterno cognoscatur, in qua tota argumenti difficultas consilit.

42 Respondeo ergo cum communi nostrorum authorum rem posse esse cognoscibilem, quin absolute, & simpliciter sit. Nam esse rem vere cognoscibilem, non importat aliquid ex parte obiecti, quod defacto absolute, & simpliciter sit; sed quod esset, si existaret. Cum enim actu cognosci rem cognitione vera, solum dicat cognitionem existere, & rem esse, sicuti cognoscitur: ita rem esse cognoscibilem, solum dicit, & posse existere cognitionē absque eo quod ex tali cognitione inferatur aliqua repugnātia in obiecto, & quod obiectum possit esse sicuti per cognitionē reprobatur. Ut ergo obiectū possit cognosci vere ut possibile solum opus est posse

existere eam cognitionem absque repugnancia obiecti, & quod obiectum possibile sit. Cum ergo nihil ex his exigat quod obiectum sit absolute, & simpliciter, hinc deducitur obiectum esse cognoscibile, non importare quod obiectum sit absolute, & simpliciter.

43 Ad argumentum igitur in forma: nego maiorem: quia esse cognoscibile est esse cum limitatione, ita ut in hac propositione v. g. Petrus est verè cognoscibilis. Ly est non accipiatur necessario per flatum, & absolute, sed iuxta modum, quo verè cognoscipotest. Quam obrem Petrum esse cognoscibilem ut possibilem, nō dicit quod Petrus absolute, & simpliciter sit; sed quod sit possibilis. Ad probationem insinuatam respondeo cognoscibilitatem esse proprietatem entis iuxta modum, quo verè cognoscibile est: ita ut esse verè cognoscibile ut existens, fundetur in existentia: esse autem cognoscibile ut possibile, fundetur in eo quod possibile sit.

44 Sed adhuc instabis. Ea ratione, qua res est, est cognoscibilis. Sed res purè possibilis absolute, & simpliciter non est; sed esset. Ergo non est absolute cognoscibilis. Distinguo maiorem. Ea ratione, qua res est, ea ratione est cognoscibilis, tenete se ea ratione ex parte modi cognoscendi: ita, ut si solum sit possibilis, solum possit verè cognosci ut possibilis, & non ut existens, concedo: tenente se ea ratione ex parte capacitatibus ut cognoscatur haec vel illa ratione, nego maiorem. Et concessa minori, distinguo consequens. Ergo res purè possibilis non est absolute cognoscibilis, sed esset cognoscibilis ut existens: concedo: ut purè possibilis, nego consequentiam: quia, dum dicitur res absolute cognoscibilis ut possibilis ly absolute, ratione termini sequuti, videlicet cognoscibilis ut possibilis alienatur ad significandum præcisè cognitionem posse existere, & rem esse possibilem, ut supra diximus.

45 Hic solet disputari utrum, & qua ratione Deus cognoscat carentias, & chimeras? Verum exacta harum dubitationum resolutio exigit præmittere duas alias in metaphysica difficultissimas questiones. Nimirum in quo consistat res ut deus, sive causarientia: & etiam in quo consistat ens rationis? Videlicet an cognitionis, quæ dicitur attingere ens rationis, debeat cognoscere aliquid obiectum distinctum ab omni possibili, vel sufficiat attingere obiectum, vel obiecta realia, & possibilia disierto modo, & aliter, ac sunt in se tenente se ly aliter ex parte modi cognoscendi, & non ex parte obiecti cogniti. Non vacat modo has questiones purè philosophicas pro dignitate tractare: breuiter tamen quid sentiam sine contentione exponam.

46 Docui in Philosophia nullam esse à parte rei rerum defectum entitatum, seu formale exclusuum, sed verificatum propositionis negatiæ v. g. Petrus non existit esse ipsum Petru negatiæ ex parte actus acceptum: qua propter iuxta meam sententiam cognoscitur res deficere, non per cognitionem alicuius non esse obiectui; sed per negationem mentalem, seu per actum negatiuo modo tendentem, circa esse positium Petri. Hac sententia supposita, dico Deum cognoscere defectus rerum non per cognitionem alicuius defectus obiectual; sed per actum negantem ipsum esse positium rei, quæ dicitur deficere.

47 Cæterum circa ens rationis, & chimeras etiam sentio nihil cognoscibile esse, quod ens reale entitatem non sit: de nominari vero ens rationis quatenus aliter, ac sunt in se entitates reales cognoscuntur, vel negando aliquid de se ipso, vel affirmando de distinto ab ipso. Vel saltem apprehensiæ ita referendo, ut coniungantur separata, vel saparentur distincta. At vero Deus ne hac quidem ratione chimeras, vel ens rationis potest cognoscere: quia Deus non fallitur in suis cognitionibus: imo neque apprehendit res aliter, ac sunt in se; sed id ipsum quod creatura attingit modo imperfecto, licet verum enunciando, Deus cognoscit per actum omnino ex parte obiecti, & ex parte modi attingentem rem sicuti est in se. Id circa, licet creatura neget identitatem inter hominem, & lapidem per actum aliqua ratione representantem hominem, & lapidem ad modum unius, negantemque prædictam identitatem. Deus id ipsum cognoscit per actum hominem, & lapidem omnino ut sunt in se representantem, quin illa ratione res aliter, ac est in se Diuinæ intellectui obiectiatur. Sed de his plura, si faxit Deus, dabimus in Philosophia.

QVÆST. IV.

De obiecto formalī physicē motiuo, & intentionaliter determinatiuo Diuinæ intellecctionis.

Quod sit obiectum formale Diuinæ intellecctionis grauis-sima in hoc tractatu controversia est. Verum cū eius difficultas ex diuersa terminorum acceptione, incon-sistente vñ huius vocis *motio*, & *motiuum* plerumque oriatur, sensum quæsitionis, qua maxima potuero perspi-citurate

cuitate aperiā, ut facilius quid in hac questione teneādum sit,
decernere valeam.

SECT. I.

Nonnulla præmittuntur.

1 Obiectum formale cognitionis est quod, dum est obiectum, mouet ad eam cognitionem. Obiectum autem materiale, prout à formalis distinguitur, est quod pure terminat cognitionē, quin moueat ad illam. Ex quo deducitur ad rationem obiecti formalis requiri, & quod obiectiatur intellectui, & quod, dum ita obiectetur, intellectum moueat ad cognitionem habendam, cuius dicitur obiectum formale. Tota igitur difficultas sita est in explicacione motionis, ratione cuius obiectum i.e. est obiecti formalis constituitur. Ad cuius explicacionem.

2 Duplex obiectum motuum distinguendum est: aliud physicē motuum, aliud intentionaliter motuum. Obiectum physicē motuum est illud, à quo in genere phisico cognitione habet suum esse, v. g. quando quis cognoscit obiectum, quod vel per se; vel per speciem sui concurrit physicē ad cognitionem. In hoc casu illud obiectum non solum termineat eam cognitionem, verum etiam physicē mouet ad illam: quia ea cognitione physicē, & realiter, habet suum esse ab obiecto.

3 Cum autem cognitione dupliciter possit intelligi habere suum esse physicē ab obiecto, vel originaliter, ut cognitione albedinis habita per proprias species immisias ab obiecto: vel identicē, ut cognitione representans se ipsam: ideo duplex obiectum physicē motuum potest distinguiri: aliud motuum physicē originaliter; aliud motuum physicē identicē: tametsi identitas (ut verum factum) impropriè solum motionis nomen sortitur.

4 Obiectum motuum intentionaliter respectu alicuius assensus dicitur illud, quod attingitur ab assensu ut ratio assentendi obiecto, ad cuius assensum mouet: id est: illud obiectum, propter quod præstatut assensus. Verum quid sit esse rationem obiectum assentiendi, seu propter quam præstatut assensus, haud facile potest explicari.

5 Ratio huius difficultatis forsitan inde oritur quod Autores nō sat, distinxerint duplē modum mouendi obiectū ad intel-

intell^lectionem: quos quidem in pr^{es}entia fum distinguere ad
qua^{si}onis plenam intelligentiam semper necessarium duxi.

6. Igitur duplicitate potest aliquod obiectū mouere ad sui
intell^lectionem, & assensum. Primo terminatiuē. Secundo non so-
lum terminatiuē, verum etiam determinatiuē: Tunc obiectum
monet terminatiuē quando obiectum, cui pr^{est}tatur assensus, ter-
minat assensum innitentem ex modo tendendi ipsius obiecti ve-
ritati, quiescendo in illa ad instar assensus pr^{es}ertim primis prin-
cipijs, v. g. quando quis assentitur huic principio. *Quodlibet est,*
vel non est: assensus respondeus his terminis ita quiescit in ea ve-
ritate, ut ex modo tendendi in ea sufficientem reperiatur certitudi-
nem, quin aliunde eruat sufficientiam ad assentiendum: quod
quidem non contingit in hoc assensu. *Anti-Christus existet,* si-
quidem Deus ita reuelauit: in quo iudicio ex modo tendendi
ipsius actus assensus conclusionis non innititur ipsius conclusionis
veritati; sed alijs veritatibus, unde haurit totam suam firmitatem,
& securitatem in assentiendo.

7. Motio hac ratione explicata, & accepta, nullum influ-
xum, ne obiectuum quidem significat, sed dumtaxat modum ten-
dendi, quo intellectus quiescit in obiecti veritate. Quia propter
dum, iuxta hanc acceptancem, dicitur assensus tendere in obiectū
propter se ipsum. Ly propter non solum non significat influxum
realem obiecti in cognitionem; verum ne influxum quidem obie-
ctuum. Solum enim significatur per ly propter modus peculiaris
tendendi in aliquam veritatem in ea omnino quiescendo: in opia
tamen vocum, & terminorum: qualaboramus, cogit nos vti voce
motionis intentionalis; tametsi motio aliquem influxum significa-
re videatur. Quam obrem motio huius generis solum secundum
quid motio debet appellari.

8. Alio modo dicitur aliquod obiectum mouere ad sui as-
sensum: nimirum, quando verē, & realiter aliqua ratione cog-
nitio sit quia datur obiectum, potius quam obiectum quia exi-
git cognitio. Hac ratione in sententia Societatis Deus videt rem
quia existit, potius quam existit quia videtur. Etenim Deus non
solum videt rem, & assentitur ipsi propter ipsam, quatenus assenti-
tur ipsi propter ipsam ly propter significantem modum tendendi in-
nitentem ipsi rei, verum significante ly propter influxum obie-
ctuum rei in Diuinam cognitionem in genere determinativi. Est
enim verū Deus videt rem quia existit, potius quam èconue-
to.

9 Cum ergo plures ex authoribus huius distinctionis motionis intentionalis non meminerint: hinc forsitan ortum duxit, cum sententiarum diuersitas, tum in explicacione obscuritas. Nam plures, qui absolutè afferunt Deum plusquam intentionaliter mouere, rite aliquibus obiectis ad eorum cognitionem, non id dicunt, quia afferere audeant obiectum physicè mouere Deū ad sui cognitionem; sed quia in assensu Diuino præter modum assentiendi sistendo in ipsa veritate, viterius reperiunt aliquem influxū obiectum ab obiecto presitum. Plures vero, qui nullam veram motionem concedant obiecto, ideo id faciunt, quia sub nomine motionis solum physicam agnoscunt, motionem vero obiectivam per modum obiectui influxus non satis à modo assentiendi distinguunt, vel si distinguunt, solum sub nomine motionis intentionalis motionem determinatiam agnoscunt, eamque negant cuiusbet obiecto respectu Diuina cognitionis.

10 Inter has duas motiones hoc notatu dignum versatur discrimen: quod in motione per modum influxus obiectui, v.g. in motione, qua Deus ab existentia Petri mouetur, & determinatur, ut illum existere videat, est verum dicere *Deus videt Petrum existere, quia existit.* & non econverso, ut existentia Petri secundum se accepta sit id, quod est ratio obiectui determinas Deum ad visionem, ideoque visio est obiectus à visione, daturque vera prioritas obiectiva existentiae Petri respectu visionis diuinæ.

11 Ceterum quando non datur motio per modum influxus obiectui, sed solum ex parte modi tendendi assensus iudicantis unum propter aliud, tum ly propter, cum non significat influxum; sed modum tendendi, non sufficit ad prioritatem obiectivam conficiendam, quia assentire existentia Petri terminatiè propter ipsam; & non esse existentiam Petri terminatiè propter assensum, solum significat assensum terminari intentionaliter tali modo ad existentiam Petri, & existentiam Petri non terminari intentionaliter ea ratione ad assensum: quod independenter à prioritate obiectiva verissimum est, eo solum quod existentia Petri non sit assensus, aut representatio sive cognitionis.

12 Viterius animaduertendum est id ipsum, quod apud nos vocatur obiectum formale physicè motuum vocari à Thomistis obiectum primarium motuum: quia sub nomine motionis intelligunt aliquam efficientiam, saltem virtualem; licet, si sensus illius termini virtuale penitus exprimatur, ferè numquam ultra nos concipiendi modum aliquid reperiemus. Id autem, quod

nos vocamus: Obiectum intentionaliter motuum appellatur à Thomis obiectum primarium terminatum, seu obiectum formale terminatum quia ubi nulla efficientia physica, vel virtutis, datur, motionem adhuc intentionalem non agnoscunt.

13 Denique, cum supra statuerimus Deum cognoscere, tu se, tum creaturas omnes: & dum se cognoscit, cognoscere essentiam, attributa, & relationes de cognitione Diuina terminata ad omnia hæc obiecta inquirimus modo: quodnam habeat obiectum formale motuum, tam physicè motuum, quam intentionaliter determinatiæ, siue intentionaliter pure terminatiæ motiu?

14 Plures sunt circa hanc controversiam Authorem sensu temi, verum, ut supra præmonui, cum plures Autores parum distinctè procedant, non satis liquido eorum patet iudicium. Etenim plurimi solum inquirunt quod sit obiectum formale Diuini intellectus, & licet conclusionem vniuersalem statuant, nihil omnino in questionis decursu aliter, & aliter se explicant. Quo difficiillimum est eorum mentem dilucide proponere.

15 Primo P. Herice tract. 1. disp. 4. cap. 1. negat cognitioni Diuinæ prout essentiam Diuinam cognoscenti habere propriè loquendo obiectum, licet re vera essentiam cognoscat: quia putat de ratione obiecti non solum esse quod cognoscatur, sed quod aliqua ratione distinguitur à cognitione: & inter scientiæ, & essentiam ne virtualem quidem distinctionem agnoscit.

16 Parum distant ab hac sententia Salmanticenses: qui apud Illustrissimum Godoy in 1. p. tract. 3. disp. 25. §. 6. num. 92. asserunt essentiam Diuinam non esse obiectum formale Diuinæ intellectonis formaliter, sed solum eminenter: & in hoc fundant Diuinam intellectuonem nulla prorsus ratione, aut formaliter, aut virtualiter, aut per rationem distingui ab essentia Diuinæ.

17 P. Gaspar de Ribadeneira tract. de Scientia. disp. 3. cap. 2. & 3. docet intellectuonem Diuinam habere pro obiecto physicè motiu Diuinam essentiam, quatenus est à Diuina essentia constitutiæ, & identice realiter formaliter: quod existimat sufficere ad rationem obiecti physicè motiu. Verum loquens de obiecto formalis motiu intentionaliter censet quodlibet cognitionem à Deo esse obiectum formale talis cognitionis: quia cui libet veritati assentitur Deus innitendo ipsi. An vero creature, sint obiectum motiu intentionaliter non solum terminatiæ, verū, & determinatiæ, quatenus obiectuæ præcedat in genere determinatiuæ ad Diuinam intellectuonem, non decernit. Ceterum ut

colligitur ex alijs suis tractatibus manuscriptis absolutē negat quālibet creaturam secundum suum propriū esse obiectū determinare Diuinam intellectionem.

18 Thomistæ omnes, & etiam plures ex nostris excludunt ab obiecto formalī motiuo Diuinæ scientiæ ens creatum, a sterū que solumens Diuinum esse obiectū formale motiuum Diuinæ intellectionis. Verum hi Authores inter se diuisi sunt: nam aliqui volunt obiectū formale motiuum solum esse Diuinam essentiam prout ab attributis, & relationibus virtualiter distinctam. Aliqui censem̄ etiam attributa ingredi obiectū formale; non autem relationes. Alij vero omne quod verē, & realiter Deus est, siue sit essentiale, siue notionale, siue absolutum, siue relatiuum, ad obiectū formale motiuum Diuinæ intellectionis volunt spectare. Authores harum sententiātum vide, si placet, apud Illustrissimum Godoy, & P. Ribadeneira locis citatis.

19 Ultima sententia tenet obiectū formale motiuum intellectionis Diuinæ esse omne verum: consequenterque *ens* prout ad Deum, & ad creaturas extenditur. Pro hac sententia citantur O. Kamus, Gabriel, & Durandus ex antiquis. Ex nouioribus auctōe Molina, & Rada, refragante tamen Illustrissimo Godoy disp. 25. §. 3. Eadem sententiam tenet Albiz, & plures ex nostris RR. Porrō, qua ratione, quantumuis yniuersaliter loquuntur, de obiecto formalī motiuo intelligi debent plures ex his Authori- bus, & in quo sensu aliqui negent, aliqui vero concedant ratio- nem obiecti formalis tum Deo, tum creaturis, in decursu questionis magis patefiet,

SECT. II:

De obiecto formalī physicē motiuo Diuinæ scientiæ.

20 **S**it nostra conclusio. Intellectio Diuina nullū habet obiectū physicē motiuum aliter quā identicē. Explicatur, & pro- batur simul hæc conclusio. Physicē mouere obiectū ad intellectio- nem Diuinam aliter quā identicē, est obiectū aliquam efficien- tiā physicā exercere, vel realiter, vel virtualiter, circa intellectio- nē. Sed nullā efficientiam ex his exercet aliquod obiectū circa in- tellectiōnē Diuinam. Ergo intellectio Diuina nullū habet obie- ctiū physicē motiuū aliter quam idēticē. Consequentia est bona, &

& maior constat ex supra dictis. Minor autem probatur per partes. In primis nullum obiectum proprie loquendo vere physice infinit in cognitionem Divinam. Deinde nullum obiectum infinit virtualiter physice in Divinam intellectionem. Ergo nullum obiectum exercet, vel physicam, vel virtualem efficientiam in Divinam intellectionem, prout opus est ad motionem physicam.

21 Minor, ad quam reuocatur tota difficultas, probatur. Efficientia virtualis requisita ad motionem physicam debet esse aliqua equivalentia ad efficientiam physicam in ordine ad munus illud, ratione cuius illi conuenit physicè mouere. Sed talis equivalentia non datur. Ergo neque datur virtualis efficientia prout opus est ad physicam motionem. Minor probatur. Eatenus dicitur unum mouere physicè ad aliud, quatenus id, quod mouet, vere & physicè, & loquendo in sensu reali, est ratio, cùm ex istis aliud, ad quod mouet, potius quam ē conuerso. Sed nullum obiectum ita se habet respectu intellectionis divina, ut in sensu reali intelletio divina sit quia datur obiectum (sumpto quia in genere physico) potius quam vice versa. Ergo inter obiectum, & intellectionem divinam non datur equivalentia ad physicam efficientiam in ordine ad munus, ratione cuius quod physicè efficit dicitur physicè mouere.

22 Explicatur hic discursus iterum, atque iterum tradendo doctrinam, ex cuius, vel inadvertentia, vel neglegētū ubi virtualitas, vel equivalentia occurrit, sāpē numero, & in discriminatinge termini accipiuntur, & sine scopo argumenta iaculantur. Hic terminus virtualitas, vel equivalentia denotat id, quod est virtus liter aliud, illi equivalentem. Cum autem equivalentia possit esse in ordine ad hoc, vel illud munus, in ordine ad hoc, vel illud praedicatum: non possumus ex equivalentia, vel virtualitate aliquid certe deducere, nisi liquido constet in ordine ad quod munus, vel praedicatum unum alteri dicatur equivalentem. Etenim, licet unum equivalentem alteri in ordine ad unum munus determinatum, male ex inde deduceremus unum esse equivalentem aliud in ordine ad aliud munus diuersum, vel in ordine ad omnia.

23 Hinc infertur, ut possimus certo explorare an Essentia Divina identificata realiter cum sui intellectione moueat physicè Deum ad sui intellectionem ex eo quod Essentia Divina virtus iter, vel equivalenter efficiat intellectionem; prius examinari debere: an hæc identitas realis Essentiaz, & intellectionis Divinæ, equivalent efficientia in ordine ad munus, siue prædicta-

tum, ratione cuius id, quod efficit, dicitur physicē mouere. Si enim æquivalat in ordine ad hoc munus, proculdubio mouebit physicē. Si vero in ordine ad hoc munus non æquivaleat, quemadmodum in ordine ad alia munera æquivalens sit, minimē motio physica poterit illi iure aliquo tribui. Quemadmodum, licet Angelus sit eminenter homo in ordine ad munus intelligendi: quia tamen non æquivalat homini in ordine ad munus sentiendi, vel in ordine ad prædicatum sensitui, in quo consistit esse animal, ideo Angelus est intellectius, non autem, aut sensitius, aut animal. Ergo ut essentia Diuina identificata realiter cum Diuina intellectione moueat physicē ad intellectionem ratione efficientiæ virtualis, opus est hanc identitatem æquivalere efficientiæ in ordine ad illud munus, seu prædicatum, ob quod id, quod efficit, dicitur physicē mouere.

24 Iam vero quod identitas inter intellectionem, & essentiam non æquivalat efficientiæ in ordine ad munus, siue prædicatum, ratione cuius vnum dicitur physicē mouere ad aliud: probatur. Æquivalere hac ratione est verè, & realiter, & non solum æquivalenter, id, ad quod est motio, existere, quia physicē datur id, quod mouet, potius quam è conuerso, sumpto quia in genere physico. Sed intellectio Diuina non existit physicē quia existit essentia, potius quam è conuerso. Ergo identitas inter intellectionem, & essentiam non æquivalat efficientiæ in ordine ad munus, siue prædicatum, ratione cuius vnum dicitur physicē mouere ad aliud. Consequentia est bona, & minor videretur certa: siquidem ut vnum existat physicē quia existit aliud, potius quam è conuerso, opus est vnum esse physicē, & realiter rationem physicam existendi alterum, potius quam è conuerso: quod quidem inuoluit prioritatem in genere physico respectu alterius. At physicē, & realiter essentia non præcedit intellectionem secum identificata, nec essentia est ratio physica existendi intellectionem, potius, quam è conuerso: cum solum sit ratio identicē, & constitutivè existendi intellectionem. Ergo intellectio Diuina non existit quia existit essentia potius, quam è conuerso, sumpto quia in genere physico.

25 Probo iam maiorem illam, videlicet hoc, quod est identitatem æquivalere efficientiæ in ordine ad munus mouend. , exigere quod id, ad quod est motio, realiter, & physicē sit quia datur id quod mouet, potius quam è conuerso, sumpto quia in genere physico. Hoc in quam probatur. Mouere physicē A, ad B, potius quam

quam ē conuerso B ad A. est quod B sit physicē motiuē ab A; potius quam ē contra. Ergo æquivalere identitatem efficientiæ sufficienti modo, ut dicitur vera motio, erit, ita æquivalere identitatem efficientiæ, ut vere, &c realiter, vnum sit ab alio physicē, potius quam ē conuerso.

26 Hinc inferes recte dixisse Ribadeneira Essentiam Diuinam eatenus mouere physicē ad sui intellec̄tionem, quatenus intellectio habet esse ab essentia constitutiū, & identicē, & non aliter. Hoc inquam verum est, quatenus verum est intellec̄tionem habere esse identicē ab essentia: & similiter verum est intellec̄tionem Diuinam non habere esse physicē ab essentia aliter, quam identicē. Ceterum an habere esse intellec̄tionem ab essentia identicē, recte appelletur motio, nec nō? quæstio est de nomine. Circa quā existimo impropiè dumtaxat identitatem appellari motionem physicam. Tum, quia motio physica vnius respectu alterius dicit illud alterum non se habere respectu primi, sicuti primum respectu secundi: quod quidem non evenit, dum omnimoda identitas reperitur, etiam virtualis intrinseca. Tum etiam, quia motio physica ex ipsis terminis aliquem influxum, vel physicam principiacionem significare videtur, quæ inter extrema penitus identificata minimè reperitur.

SECT. III.

Solutio argumentorum.

27 **O**b. 1. Ratio obiecti formalis, quam Deo Theologi conce-
dunt, sumitur ex ratione obiecti motiui, quæ in creatu-
ris reperitur, & per analogiam ad illam explicatur. Sed in crea-
turis datur ratio obiecti formalis physicē motiui respectu cuiuslibet
intellec̄tionis. Ergo etiam intellectio diuina Diuinæ Essentiæ
habet obiectum formale physicē motiuē.

28 In primis, transmissa maiori, potest minor absolutē ne-
gari. Nam non est necessarium omnem creatam cognitionem ha-
bere obiectum physicē motiuē: siquidem potest Deus infun-
dere cognitionem alicuius obiecti, quin obiectum cognitum,
& cui præstatur assensus, vllatenus physicē moueat ad suę cgni-
tionem, aut per se, aut per speciem à se immisam. In eo enī
casu Deus posset supplere munus, & speciei, & obiecti in ordine.

ad influxum cognitionis. Non ergo est de ratione intellectionis creature habere obiectum physicæ motuum.

29 Deinde respondeo distinguendo maiorem. Obiectum formale, quod Theologi concedunt cognitioni Divinæ, sumitur per analogiam, & similitudinem ad obiectum creatum: per similitudinem in omnibus, nego: per similitudinem in ratione terminandi quiescendo in ipso: concedo maiorem. Et concessa minori, nego consequentiam.

30 Ob. 2. Licet essentia diuina non efficiat realiter diuinam intellectionem, efficit tamen virtualiter, & eminenter. Sed ad motionem physicam sufficit efficientia virtualis, & per eminentiam. Ergo essentia Diuina mouet physicè ad Diuinam intellectionem. Minor probatur. Quod per inde se habet, ac si efficeret, adeo sufficit ad motionem, ac si realiter efficeret: alioquin non per inde se habebit. Ergo ad motionem physicam sufficit efficientia virtualis.

31 Respondeo ex supra dictis distinguendo maiorem. Essentia Diuina efficit virtualiter Diuinam intellectionem: ita ut hæc virtualitas, seu æquivalentia, sit in ordine ad munus, ratione cuius id, quod efficit, mouet physicè: nego: in ordine ad munus præcisè essendi intellectionem ab essentia, prout esse ab essentia præscindit ab esse ab essentia per identitatem, vel per influxum, concedo maiorem. Et deinde distinguo minorem. Ad motionem physicam sufficit efficientia virtualis: per virtualitatem, & æquivalentiam in ordine ad munus præcisè essendi intellectionem ab essentia ut cumque: nego: per æquivalentiam in ordine ad omnia munera efficientiæ, concedo minorem. Et nego consequentiam. Ad minoris probationem, distinguo antecedens. Quod per inde se habet in omnibus, ac si efficeret, adeo sufficit ad motionem physicam, ac efficientia realis: concedo; quod per inde se habet solum in munere assignato: nego antecedens.

32 Ob. 3. Obiectum formale physicæ motuum intellectionis est, quod vel per se ipsum gerit munus speciei, vel medianente specie sui intellectum ad intelligendum fecundat. Sed Diuina essentia, ut distincta virtualiter ab attributis, & relationibus, est species, qua intellectus Divinus fecundatur ad intellectionem, & cum ipso, ex parte principij ad intellectionem concurrit. Ergo essentia Diuina sic sumpta, est obiectum formale intellectionis Diuina. Major est ipsa definitio obiecti formalis physice

Sicē motiuū. Minor autem videtur à Theologis , vt certa supponi.

33 Concessa maiore , nego minorem nam, vt supra quest. 2. sect. 5. late probauit, nullatenus ia Deo datur species , neque propriè loquendo essentia Diuina fungitur munere speciei: siquidem munus speciei est concurrere effectivè cū intellectu loco obiectu, vel supplendo concursum illius, & adiuuando intellectum. Sed essentia Diuina neque concurreat effectivè, aut realiter, aut virtualliter, propriè loquendo, ad intellectiōnem: nec adiuuat insufficiētiā intellectus Diuini, cum se ipso sufficientissimus sit. Ergo non est species. Recole superius dicta. quæstion. 2. sect. 5.

34 Ex dictis, tum hac, tum præcedentibus sectionibus, nō difficultē constat parum, vel nihil quoad rem ipsam, tametsi quoad speciem plurimum opponantur, Authores quoad hanc partem inter se dissidere, nam Thomistæ, qui tanto studio rationem obiecti physice motiuū Diuinæ essentiæ adscribunt: ideo id faciunt: quia putant essentiam Diuinam obtinere rationem speciei impressæ respectu Diuinæ intellectiōnis: & hoc quidem eo dicunt, quia tamen essentia Diuinam virtualiter efficere Diuinam intellectiōnem. Cum autem, si rursus discutiamus in quo consistat hic insinus virtualis, solum concedant Diuinæ essentiæ realem identitatē cum intellectione: consequenterque intellectiōnem esse à Diuinæ essentiæ constitutiūe supplendo concursum speciei, seu, vt melius loquamur, absque indigentia specierum: insuperque à nobis conspicie sentiam ad modum influentis in cognitionem: quæ omnia etiam, & nos, qui motionem physicam negamus, plane concedimus: hinc deducitur utramque sententiam in re conuenire; solumque in modo loquendi dissidere.

35 Viterius animaduertendum est D. Thomam, & alios, qui rationem obiecti formalis soli essentiæ videntur ad scribere, reliquisque alijs denegare: ideo hoc defendere, quia ad rationem obiecti formalis, ultra hoc quod est absentiri obiecto propter se, viterius requirunt cognitionem habere esse realiter ab obiecto: & cum cognitione Diuina, & attingat essentiam propter se, & habeat esse ab essentiæ constitutiūe realiter: ideo essentiam iudicant formale obiectū appellari debere: quod placitum solū opponetur nostræ sententiæ quatenus asserat ad rationem obiecti formalis vt sic, requiri cognitionem habere esse physicę ab obiecto: quod quidem magis de modo loquendi, quam de re ipsa dissentio est.

36 Cæterum si D. Thomas, & alij Authores intelligantur, dum de obiecto formalis loquuntur, non loqui de obiecto formalis in tota sua latitudine accepto; sed de obiecto formalis physicè motu, non renuam concedere essentiam Diuinam esse obiectum formale omnium, quæ cognoscuntur in essentia: quia ea cognitio habet esse ab essentia: quod sufficit ad physicam motionem non omnino strictè acceptam. At vero, si toto cum rigore loquendum sit, absolute debet negari intelle^ctioni Diuinæ obiectum formale physicè motiuum.

SECT. IV.

De obiecto formalis intentionaliter determinatiuo.

37 TRIA diximus cognosci à Deo. Primum est essentia Diuina: sub cuius nomine intelligimus omne, quod realiter, & virtualiter, cum Diuina essentia identificatur, sive distinguatur, siue non distinguatur ex nostro præcisè modo concipiendi. Secundum est ea omnia, quæ virtualiter intrinsecè à Diuina essentia distinguuntur; quales sunt personalitates, & in plurim sententia attributa Diuina, vel saltem aliquod eorum. Tertio denique sunt creaturæ; tam ut possibiles, quam ut aliquando existentes. De cognitione ergo Diuina prout ad hæc omnia terminatur, dubitatur modo, quod non habeat obiectum formale, non physicè motiuum, neque duntaxat intentionaliter terminatiuè motiuum, quatenus videlicet intellectus cognoscat illud in eo quiescendo, eiusque innitendo intrinsecæ veritati; verum etiam quod determinatiuè obiectiuè præcedat ad eam cognitionem, eam determinando, in eamque obiectuè influendo.

38 Sit ergo prima nostra conc'isiō. Essentia Diuina non solum non est obiectum formale physico motiuum respectu intelle^ctionis essentiæ; verum neque obiectum formale intentionaliter motiuum determinatiue. Probatur conclusio. Essentiam Diuinam mouere determinatiue ad sui intelle^ctionem, dicit intelle^ctionem esse obiectuè, quia datur essentia, potius quam essentia, quia datur eius intelle^ctio. At hoc est falsum. Ergo, & quod essentia moueat intentionaliter determinatiuè ad sui intelle^ctionem. Consequentia est bona, & maior certa iuxta explicacionem terminorum initio questionis propositam. Etenim obiectum determinare obiectiuè cognitionem exigit prioritatem obiecti-

quam obiecti ad cognitionem: quod nihil aliud est, quam cognitionem dari, quia datur obiectum; potius quam é conuerso, sumpto quia in genere obiectivo.

39 Iam vero quod hoc non possit verificari inter essentiam Diuinam, & eius intellectionem, probatur. Inter essentiam Diuinam, & eius cognitionem, nulla datur distinctio virtualis intrinseca; sed potius omnimoda identitas realis, & intrinsecè virtualis. Sed inter extrema penitus realiter, & virtualiter identificata, nequit verificari unum dari, quia datur aliud, potius quam ē conuerso. Ergo nequit verum esse dari intellectionem, quia datur essentia, potius quam dari essentiam, quia datur intellection. Consequentia est bona. Et maior mihi constat ex tract. de Essentiâ, & attributis. Præter quam quod etiam à pluribus Thomistis negatur inter essentiâ, & intelligere distinctio per rationem cū fundamento in re: quodque fundamentum consistit solum in eo quod intellectus humanus ductus ex eo quod in humanis esse, & intelligere realiter semper distinguuntur, ansam arripit ad concipiendam essentiam Diuinam, ut distinctam à sua intellectione.

40 Quod autem inter prædicata realiter, & virtualiter intrinsece identificata nequeat reperiri unum esse, quia datur aliud, potius quam ē conuerso, facile probatur. Dari intellectionem, quia datur essentia, & non ē conuerso, est conuenire essentiæ, & intellectioni prædicatae contradictoria. Sed ubi datur omnimoda identitas, etiam virtualis intrinseca, non datur susceptio duplicitis prædicati contradictioni. Ergo neque quod unum sit, quia datur aliud, & non vicissim. Consequentia est bona. Maiorem probbo, postea minorem probaturus. Si B. non sit ratio existendi A. eo modo quo A. est ratio existendi B. rursus rogo: An A sit ratio existendi A., eo modo, quo A. est ratio existendi B. vel non est ratio ea ipsa ratione. Si sit ratio. Ergo A. est ratio existendi A. & B. non est ratio existendi A. Ergo A. & B. conueniunt esse rationem, & non esse rationem existendi A. quæ sunt prædicata contradictoria. Si autem A. non sit ratio existendi A., eo modo quo A. est ratio existendi B. Ergo B. conuenit habere pro ratione A. & A. conuenit non habere pro ratione A. Ergo conueniunt illis opposita. Probo iam maiorem superioris syllogismi, videlicet rebus realiter, & virtualiter identificatis non posse conuenire prædicta contradictionia. Nam nihil aliud intelligimus nomine distinctorum virtualis intrinseca, nisi in prædicatis realiter identificatis capacitatem suscipiendo prædicata contradictionia. Sed identitas

virtualis est exclusio distinctionis virtualis. Ergo est exclusio ea pacitatis suscipiendi prædicata contradictionis.

41 Obiecties aduersus hanc conclusionem. Intellectus determinatus ad cognoscendum omne, quod est, ea ratione, qua est; ex eo cognoscit rem, quia res ita est: ita ut *ly quia*, non solum significet modum assentiendi; verum etiam rationem ultimo determinantem prædictum intellectum. At qui Deus est ex se determinatus ad cognoscendum omne, quod est, ea ratione, qua fuerit. Ergo ex eo cognoscit Deus se esse Deum; quia est Deus: sumpto *quia in genere determinatio*.

42 Reliqua constant præter maiorem, quam sic probo. Ea est ratio determinans obiectum ad cognoscendum aliquid, quæ debet prudenter reddi, si interrogetur, cur cognoscatur illud. Sed si interrogaemur: cur Deus ex se determinatus ad cognoscendum omne obiectum ea ratione, qua fuerit, cognoscit. hoc obiectum determinatum, nulla alia melior redditur responsio, quam *quia ita est*. Ergo intellectus determinatus ad cognoscendum omne obiectum ea ratione, qua fuerit, ex eo cognoscit rem, quia ita est, sumpto *quia in genere determinatio*.

43 Respondeo negando maiorem uniuersaliter sumptam; quia licet intellectus sit determinatus ex se ad cognoscendum omne verum ea ratione, qua fuerit verum, potest etiam ipse intellectus esse determinatio formalis ad cognitionem: qui se ipso sit intelligens in a du secundo, in prædicto autem casu obiectum non determinat influendo obiectum. Sed determinabit formaliter, quia intellectus, intellectio, & obiectum, idem realiter, & virtualiter sunt.

44 Hinc ad probationem maioris distinguo maiorem. Ea est ratio determinans obiectum ad cognitionem, quæ debet prudenter reddi, si interrogetur cur cognoscatur illud obiectum: accepta particula *cur* in interrogatione in genere determinatio obiectus concedo: si accipiat particula *cur* in alio sensu: nego maiorem. Et deinde distinguo minorem. Sed, si interrogar emur Deus, &c. responderemus *quia ita est*. Si particula *cur* in interrogatione acciperetur in genere determinatio obiectum: nego minorem uniuersaliter sumptam: quia casu quo intellectus sit intelligens se ipsum, non datur *cur* in genere determinatio obiectum. Qua propter in illo casu negandum esset suppositum prædicta interrogationis.

45 Ceterum hoc non tollit, quod si mihi interrogetur *cur Deus cognoscit se esse trinam, & unum apte respondam: quia ita*

Ita est. Verum in illa interrogazione non accipitur *cum* in genere determinatio, sed solum in genere rationis reddendæ à me: id est solum quærit, qui ita interrogat. Quia ratione ostendere possim illi Deum se ita cognoscere: seu qua ratione, procedendo à notioribus ad minus nota, possim probare Deum se cognoscere, ut trinū. Vnde neque ex interrogatione, neque ex responsione, argui potest yis determinatiua in genere obiectuo.

46 Sit secunda Conclusio. Intellectio Diuina prout terminata ad relationes, videlicet Paternitatem, Filiationem, & sp̄ rationem; necnon prout terminatur ad attributa, si supponantur virtualiter intrinsecè distincta ab essentia, habet obiectum motiuum intentionaliter: non autem physicè motiuum. Pars negativa huius conclusionis facile probatur. Nam, vt iam ostendimus, ad motionem physicam requiritur aliquis physicus influxus. At relationes, & attributa, non physicè influunt via ratione in Diuinam intellectionem. Ergo neque physicè mouent ad illam. Hoc intelligendum est de obiecto formalí propriè physicè motiuo. Loquendo autem de motione physica minus propria, videlicet per identitatem, certum est cognitionem relationum identificati realiter cum relationibus: non vero virtualiter intrinsece. Quam obrem relationes erunt, minus strictè loquendo, obiectum formale physicè realiter motiuum: non autem physicè motiuum realiter virtualiter.

47 Difficilior est prima pars conclusionis: nimis relationes esse obiectum motiuum intentionaliter determinatiuum. Eam tamen sic ostendo. Semel statuta distinctione virtuali inter essentiam, & relationes, necnon attributa, nihil probat relationes, & attributa non determinare obiectivè ad sui intellectionem. Ex alio capite congruentius est, quod determinant. Ergo de facto determinant. Prima pars antecedentis probatur. Si aliquid obstat, maxime quod intellectio horum obiectorum, ut pote virtualiter identificata cù essentia, supponeretur saltem virtualiter ad relationes, & attributa. Sed hoc non impedit, quominus Personalitates, & attributa determinent obiectivè intellectionē Diuinā. Ergo nihil probat personalitates, & attributa nō determinante intellectionē Diuinā. Cōsequētia est bona, & maior videtur certa: quia nō appetit alia ratio, quare personalitates, & attributa nō determinant intellectionē, nisi quia iā præintelligatur intellectio. Minus ergo prob. Intellectio non in genere obiectuo, sed solū in genere physico potest præsupponi ad personalitates, vel quatenq; absolutū

præcedit ad relatiuum, vel quatenus intellectio proprietas originis debeat intelligi ante personalitates. Sed unum præsupponi ad aliud in genere physico, non tollit quod subsequatur in genere obiectiuo. Ergo intellectionem præsupponi ad relationes, & attributa, non tollit attributa, & relationes determinare obiectiuem ad hanc obiectorum intellectionem. Hæc ultima minor constat in nostris principijs, iuxta quæ non repugnat mutua prioritas, quarum una sit in genere physico, & altera in genere obiectivo, modo quo Scientia Media in genere directiuo, & prædefinitione regulata per Scientiam Medium, præcedunt in genere effectiuo ad consensum: & nihilominus consensus in casu auxiliij, tum ad Scientiam Medium, tum ad prædefinitionem, quæ per eam regulatur, in genere obiectiuo præedit.

48 Quod vero congruentius sit relationes, & attributa, in intellectione eorum obiectiuem determinare, probatur. Hoc quod est obiectiuem determinare Deum ad cognitionem alicuius obiecti, nihil aliud videtur requirere, nisi quod Deus sit determinatus ad cognoscendum omne cognoscibile: quod illud obiectum sit cognoscibile, & quod non sit illud obiectum in signo incapaci determinandi: præsertim cum de ratione cuiuslibet veritatis obiectiuem sit determinare posse suam cognitionem, nisi oppositum positive conuincatur. Sed Deus est determinatus ad cognoscendum omne cognoscibile. Deinde Personalitates, & Attributa, & cognoscibilia sunt, & non sunt in signo inepto ad determinandum obiectiuem eorum intellectionem, quia signum posterioritatis in genere physico potest esse signum prioritatis in genere obiectiuo. Ergo congruentius est personalitates, & relationes determinare obiectiuem sui intellectionem. Aduersus hanc conclusionem.

49 Ob. 1. In Trinitate non intelliguntur personalitates antequam intelligatur essentia, cum potius essentia sit prius, quod intelligitur in diuini. Sed per nos essentia est omnino virtualiter intellectio Diuina. Ergo personalitates non intelliguntur ante intellectionem. At qui, si personalitates determinarent intellectio, intelligerentur ante intellectionem Diuinam. Ergo personalitates non determinant obiectiuem Diuinam intellectionem. Minor subsumpta facile probatur. Nam obiectum determinans sui cognitionem est ratio in genere obiectiuo, quare cognoscatur potius, quam est conuerso. Sed hoc est intelligi aliqua ratione prius quam intellectio. Ergo si personalitates determinarent obiectiuem Diuinam intellectionem, intelligerentur ante intellectionem Diuinam.

50 Hanc

50 Hanc obiectionem præoccupauit ipsa conclusionis probatione. Respondeo ergo iuxta doctrinam datam distinguendo maiorem: in diuinis non intelliguntur personalitates prius, quam essentia: prioritate vera; seu prioritate originis, concedo: prioritate pure obiectiva, nego maiorem. Et concessa minori: distinguo consequens. Ergo personalitates non intelliguntur ante intellectionem originatiue, & propriè, concedo: pure obiectiuem, nego consequentiam.

51 Hac ipsa doctrina fit satis alij argumento; quo utitur Illustrissimus Godoy: videlicet intellectionem Diuinam non posse determinari ab attributo volitionis necessaria: quia præsupponeretur volitio ad intellectionem: cum potius intellectio voluntatem præcedere debeat. Respondetur igitur (admissa præcedentia directiva intellectionis respectu volitionis) intellectionem Diuinam præcedentem ad volitionem in genere directivo, posse subsequi ad volitionem in genere obiectivo propter rationem iam traditam.

52 Nec obstat quod opponit aduersus hanc solutionem Illustrissimus hic Author: videlicet obiectum motium debere causare efficienter cognitionem per formalem, aut virtualem influxum; qua propter deberent personalitates, & attributa efficiēter (saltem virtualiter) causare Diuinam intellectionem: quod quidem nemo concedet. Hæc igitur instantia non urget. Primo, quia hic non loquimur de obiecto formalis motiuo physicè; sed de motino intentionaliter determinatiue. Obiectum autem motiuum intentionaliter determinatiue nullum influxum physicum, aut reale, aut intrinsecè virtualem exposcit.

53 Secundo: quia, ut iam diximus, influxus virtualis, potest maxima cum latitudine explicari. Etenim cum dari influxum virtualem sit dari æquivalenter, & hac æquivalentis possit esse in ordine ad aliud, & aliud, facile potest responderi dari virtualem influxum in ordine ad prædicatum essendi obiectum rationem quare existat intellectio, præscindendo ab eo quod sit ratio physica, vel obiectiva: ex qua æquivalentia minime infertur quod non possit determinare purè obiectiuem, quin determinet in genere phisico.

54 Ob. 2. Essentia Diniña per modum obiecti sufficienter determinat Deum ad cognoscendas personalitates. Ergo non est necesse Personalitates determinare obiectiuem ad sui cognitionem: Consequentia videtur bona. Nam, semel supposito, quod essentia

Sit sufficiens obiectum determinatum, superfluum erit aliud obiectum determinatum. Ergo non debet admitti. Antecedens autem facile videtur probari. Nam essentia Diuina, utpote identificata realiter cum personalitatibus, nequit perfecte cognosci, quin ut ita identificata cognoscatur. Non potest autem cognoscita identificata incognitis personalitatibus. Ergo essentia Diuina per modum obiecti sufficienter determinat Deum ad cognoscendas personalitates.

55 Respondeo per eandem in diuīsib[ilem] cognitionē cognosci personalitates ex determinatione obiectiva essentiā, & ex obiectiva determinatione ipsarum personalitatum: ita tamen, ut determinatio obiectiva essentiā numquam possit esse sufficiens se sola: quia licet ipsa se sola inferat perfecte debere personalitates cognosci; non tamen debere cognosci ex ea duntaxat determinatione: quia essentia infert personalitates habere veritatem obiectivam secū virtualiter identificatam, existente in signo nō posteriori in genere obiectivo: cumque in his prædicatis constat vis determinativa in genere obiectivo, ipsa essentia, ut virtualiter distincta à personalitatibus, habet ex se personalitates determinare obiectivā ad sui cognitionē, cōsequenterque habet essentiam nō se sola determinare obiectivā ad cognitionē personalitatum.

56 Respondeo secundo proprie, & in rigore loquendo, essentiā Diuinam respectu cognitionis necessariā nullā determinatiō nem obiectivā exercere: quia essentia Diuina, ut supponimus ex tract. de essentia, & Attributis, ne virtualiter quidē distinguitur ab intellectione necessaria. Vbi autē omnimoda identitas etiā virtualis reperitur, determinatio aliter, quā purē idētice interuenire nō potest ob rationē in præcedentibus traditā. Quā obre determinatio in genere obiectivo releganda est ab essentia respectu intellectiōis necessariā, adhuc prout extenditur ad personalitates.

57 Hinc ad superiorius argumentum in forma respondendum est negando primum antecedens: vel, quia, licet demus essentiam determinare obiectivā ad cognitionem personalitatum; non tamen determinat sufficienter se sola, ut constat ex doctrina primæ solutionis, vel quia essentia Diuina nulla ratione determinat obiectivā sui cognitionem, adhuc prout ad personalitates extenditur, propter omnino nō identitatem adhuc virtualem, ut oceducitur ex secunda solutionis doctrina. Nec obstat quod opponitur: videlicet non posse cognosci essentiam incognitis personalitatibus. Hoc enim non probat essentiam determinare obiectivā.

Et inē ad cognitionem personalitatum; sed Deum se ipso formaliter esse determinatum ad totum Deum cognoscendam ad modū, quo determinatus est, ut sit Deus.

58 Ob. 3. cum Illustrissimo Godoy. D. Tho. q. 2. de veritate art. 3. ad 7. hoc habet: *Dicendum quod ex parte cognoscentis omnino eadem cognitione cognoscit Deus se esse Deum, & esse Patrem; sed non est idem quo cognoscit ex parte cogniti: cognoscit enim se esse Deum aitatem, & se esse Patrem Paternitatem, quæ secundum modum intelligendi non idem est quod Deitas. Ex quibus verbis predictus Author hoc conficit argumentum. Si Paternitas, ut distincta ab essentia, esset Deo ratio cognoscendi Paternitatem ex parte principij, non esset maior identitas in ratione cognoscendi ex parte cognoscentis, quam ex parte cogniti. Sed iuxta D. Thomā ex parte cognoscentis est omnimoda identitas; non autem ex parte cogniti, prout cognoscit se esse Deum, & se esse Patrem. Ergo ratio cognoscendi Paternitatem ex parte cognoscentis non est Paternitas; sed essentia, ut distincta à Paternitate.*

59 Agrē admodum vim huius argumenti percipio: nec facile capio, qua ratione, vel quoad levissimam apparentiam possit major propositio suaderi in sensu quo D. Thom. negat eandem identitatem ex parte cogniti, ac est ex parte cognitionis. Etenim dum D. Thomas predictis verbis asserit Deum cognoscere se esse Deum Deitatem, & Patrem Paternitatem: vel ita intelligendum est ut ly *Deitatem*, & *Paternitatem* appellat *supra esse Deum*, & *Patrem*, vel supra cognoscit. Si hoc secundo modo. Ergo Deitas, & Paternitas sunt rationes habendi cognitionem, quæ est eadē omnino iuxta D. Thomam circa *esse Deum*, & *esse Patrem*: & consequenter Paternitas erit obiectum motuum. Si vero ly *essentia*, & *Paternitatem* appellant (prout appellare debent) supra *esse Deum*, & *esse Patrem*, tunc sensus ecit: Deum cognoscere se constituit essentia in esse Dei, & se constituit Paternitate in esse Paternitatis. Ex quo fieri S. Doctorem solum docere predictis verbis cognitionem repräsentantem Deum, ut Deum, & ut Patrem, esse eandem terminari vero ad duo obiecta: quia cognoscit Deum esse Deum per Deitatem, & Patrem per Paternitatem distinctam virtualiter à Deitate. Ceterum, ut cognitio sit eadē, & obiectum duplex, qua ratione obstat Personalitatem Patris esse rationem mouentem ad hanc cognitionem? Alij viderint. Unde arguimento proposito respondeo negando
majorem.

SECT. V.

An craturæ sunt obiectum, vel physicé, vel intentionaliter determinatiuum intellectio[n]is Diuinæ ad eas terminatæ?

60 **S**ic nostra conclusio; Creaturæ non sunt via ratione obiectum formale physicé motiu[m] Diuinæ intellectio[n]is, obiectum nihilominus sunt formale motiu[m] intentionaliter determinatiue. Explicatur, & probatur h[ec] conclusio. In primis creaturæ nullum infuxum, vel realem, vel propriæ virtualē, prout ad rem præsentem opus est, exercere valent circa Diuinam intellectio[n]em: & ideo non suat obiectum physicè motiu[m]. Deinde exercent determinationem obiectiu[m]. Ergo determinant obiectivè; non autem physicè, intellectio[n]em Diuinam, quæ circa illas versatur.

61 Quod autem creaturæ determinant obiectiu[m] earum Diuinam cognitionem, probatur eadem ratione, qua relationes determinare probauimus. Habere rem veritatem obiectiu[m] in signo diuerso à cognitione, & non posteriori obiectiu[m] ad Diuinā cognitionem, est habere vim determinandi obiectiu[m] Deum ad rei cognitionem. Sed creaturæ, prout distinctæ realiter à Deo, habent veritatem obiectiu[m] in diuerso signo, & non posteriori obiectiu[m] ad signum Diuinæ cognitionis. Ergo creaturæ habent vim determinandi Deum obiectiu[m] ad earum cognitionem. Consequētia est bona. Minor exigebat pleniorum probationem: quam infra per otium, Deo faveente, dabimus. Modo eam breuiter probabo, postea maiorem probaturus. Habere veritatem obiectiu[m] est posse terminare actum verum, seu posse esse obiectum actus veri, rem affirmantis, seu esse ea ratione, qua per actum potest affirmari. At qualibet res, sive existens, sive pure possibilis, & potest terminare actum verum affirmantem esse possibilem, & se ipsa, & ex prædicatis intrinsecis, est possibilis, quatenus se ipsa habet non involuere duo contradictoria, seu esse id, quod est. Ergo qualibet creatura possibilis, neddum existens, habet veritatem obiectiu[m]. Deinde h[ec] veritas obiectiva est in diuerso signo, ac cognitio Diuina, cum ab ea realiter distinguatur. Et denique non præredit ad illam cogitio Diuina in genere obiectuo. Ergo qualibet creatura pro signo distinguo, & non posteriori obiectiu[m] ad Diui-

Divinam cognitionem, habet veritatem obiectuam. Non ulti-
rius immoror in huius propositionis probatione, cum alterius lo-
ci sit ostendere quamlibet creaturam habere intrinsecam verita-
tem obiectuam, & in hac quæstione, non tam hæc veritas ostendi
debet, quam ea supposita, ultius probare non dedecere Diuinæ
cognitionis perfectionem, à creatura obiectuē determinari.

62 Probo iam maiorem nostræ probationis. Ut intellectus
ex se necessitatus ad cognoscendum omne cognoscibile, determi-
netur ad aliquid defacto cognoscendum, sufficit prædictum obie-
ctum esse cognoscibile, eamque cognoscibilitatem habere signo
non impedito ad exercendam eam determinationem. Sed signum
non impeditum ad eam determinationem exercendam est signum
distinctum à signo cognitionis, & non posterius illa in genere obie-
ctivo. Ergo, ut res possit determinare Deum ad sui cognitionem,
sufficit habere veritatem obiectuam pro signo distincto à signo
cognitionis, & nos posteriori ad prædictæ cognitionis signum.

63 Aduersus hanc conclusionem posset primo argui con-
tendendo res creatas antequam existant nullam habere in se veri-
tatem obiectuam: quia vel sunt purè possibles, vel futuræ. Si pos-
sibiles solum ab omnipotencia videntur habere possibilitatem:
Si vero futuræ, à decreto, & non à se ipsis, censentur à pluribus in
esse futurarum constitui. Qua propter omnia argumenta, quibus
contenditur res non à se ipsis formaliter, aut possibles, aut futu-
ras constitui, pariter aduersus nostram militant conclusionem. Ve-
rum id generis argumenta infra soluemus, dum ostendamus terū
futuritionem, tam absolutam, quam conditionatam, cum ipsis re-
bus futuris identificari: consequenterque cuiuslibet rei creatæ
possibilitatem ab ipsa re penitus esse indistinctam.

64 Secundo posset obijci aduersus hanc conclusionem nō
posse creaturam præcedere Diuinam essentiam. Cum autem cog-
nitio possibilium sit cognitio necessaria, & aliunde, iuxta nos,
scientia Deo necessaria ab eius essentia, ne virtualiter quidem, dis-
tinguitur: deducitur plane creaturas possibles secundum veri-
tatem ipsis intrinsecam, à Deoque distinctam, præcedere essentiam
Dei, quod ex terminis videtur absurdum.

65 Pro responsione huius argumenti, duplex distinguen-
da est sententia circa creaturarum possibilitatem à Deo distin-
ctam. Alia est, quæ Deum cum ea creaturarum possibilitate in-
trinsecè, & essentialiter connectit. Alia, quæ Deum ab eiusmodi
connexione absoluunt. Iuxta hanc secundam sententiam cognitionis

Diuina de creaturarum possibilitate non est Deo necessaria, sed contingens: cum Deo, quatenus est ex te, contingens sit, iuxta hanc sententiam, creaturā esse possibilē. Qua propter in hac sententia cognitio de possibilitate creaturarum, non identificatur virtualiter cum essentia; ideoque præcedere possibilitatem in hac sententia ad hanc cognitionem, non est præcedere ad essentiam Diuinam; sed ad aliquam terminationem Deo contingentem: in quo exigua est difficultas.

66 In sententia vero, quæ Deum cōnexum cum rerum possibilitate constituit, vrgit præsens argumentum: cum in ea sententia cognitionis, qua Deus se cognoscit, cognoscere quoque debeat cuiuslibet rei possibilitatem: consequenterque cognitionis possibilis tatis rerum, vtpote Deo necessaria ab eius essentia debet esse virtualiter indistincta. Respondeo ergo ut supra, dum de cognitione attributorum, & personalitatum sermo esset, optimè posse creaturam vt possibilem esse priorem prioritate pure obiectiuam: in hoc enim nulla reperitur implicatio, vt supra dictum est.

67 Ob. 3. Nequit creatura esse obiectum motuum intentionaliter actus Diuini. Ergo non poterit creatura determinare obiectiuam cognitionem Diuinam. Antecedens probatur. Ego obiectum motuum intentionale non est pure terminare intellectiōne. n: alias non esset distinctio inter obiectum motuum, & pure omnino terminatiūm. Ergo obiectum motuum intentionale aliquid exercet in intellectiōne præter illam terminare. Sed impossibile est creaturam exercere aliquid in cognitionem Diuinā ultra hoc quod est terminare. Ergo creatura nequit esse obiectum motuum intentionaliter Diuinę cognitionis. Probatur minor subsumpta, in qua est difficultas. Exercere creaturam aliquid in Diuinā cognitionem; ultra hoc, quod est pure terminare, est exercere aliquā veram causalitatem in Diuinam cognitionem, sed creatura nequit veram causalitatem exercere in Diuinā cognitionem. Ergo neque exercere aliquid ultra hoc, quod est pure terminare. Consequētia est legitima, & minor videtur certa: siquidem creatura nulla vera ratione potest causare Deum. Maior igitur probatur, omne exercitium obiecti in cognitionem, quod exercitium non sit causa cognitionem, includitur in hoc, quod est terminare cognitionem. Ergo omne exercitium ultra pure terminare, erit causare. Hoc argumento vtitur Illustrissimus Godoy.

68 Confirmat vterius argumentum. Aut motio intentionalis exercetur à veritate creata ieterminationem actinam cognitionis;

nitionis Diuinæ, aut solum in terminationem passiuam. Neutrū dici potest. Ergo neque quod creatura sit obiectum primarium terminatiū, aut motū intentionale intellectiōnis Diuinæ. Minor pro secunda parte videtur certò constare. Nam obiectum motū debet aliqua ratione mouere. Sed terminatio passiuā intellectiōnis Diuinæ non est ipsa intellectio, sed ex parte obiecti se tenet. Ergo mouere ad terminationēm passiuām non sufficit ad suadū obiectum motū. Prima pars minoris videlicet motionē obiecti creati non posse exerceri in terminationē actiūam cognitionis. Probatur. Terminatio intellectiōnis Diuinæ actiūe considerata, est aliquid in creatum. Ergo taliter à se, ut repugnet esse dependenter ab entitate creata. Sed moueri à veritate creata est ab illa dependere vera, & reali dependentia. Ergo repugnat intellectiōni Diuinæ secundum terminationē actiūam moueri intentionaliter à veritate creata.

69 Respondeo ex doctrina iam saepius tradita, negando primum antecedens, quod quidem continet intentum argumenti. Ad huius probationem, transmissio toto entimemate: nego minorē subsumptam. Ad huius minoris probationem, negatur maior; siquidem obiectum ultra terminare, exercet in obiectum determinare obiectiū, sine influere obiectiū. Determinare autem, sive influere cum addito diminuente obiectiū, non est verē causare; sed impropriē. Ad probationem huius maioris nego etiam maiorem: nam hoc, quod est determinare obiectiū, neque est proprie causare, neque includitur in hoc, quod est præcise terminare.

70 Ad confirmationem fateor, vellem quod hic author magis explicaret qua ratione distinguit terminationem actiūam à passiuā. Evidē ego terminationem actiūam voco terminatiōnem, qua cognoscens cognoscit obiectum, terminationem vero passiuā, qua obiectum est cognitum à cognoscente. Cum autem ego semper indicauerim idem esse cognoscens cognoscere obiectum, ac obiectum cognosci à cognoscēte: sicuti idem significat. Ego amo Deum, ac Deus amatur à me: ideo existimo nullatenus distingui inter se terminationē actiūā, & passiuā. Dicere autem quod, sicut in Trinitate distinguntur inter se productio actiūa, & passiuā, ita pariter in scientia Diuina distingui debent terminatio actiūa, & passiuā, absque fundamento dicitur: siquidem obiectum distinctum realiter à Deo cognoscente, non constituitur intrinsecus per cognoset, sicuti Filius in Diuina disting-

distinguitus realiter à Patre constituitur per generari, quemadmodū Pater per activè generare. Cum autem nihil simile accidat in sciētia, non est cur distinguamus terminationem actiūam, & passiūam: nisi forsitan ipsum obiectum vocetur ab hoc Authore terminatio passiua.

71 Sed quidquid sit de hoc, dico motionem intentionalem exerceri ab obiecto in terminationem actiūam identificatam cum Deo: hocque minime repugnare. Ad probationem in oppositum, respondeo Deū, quantumvis à te physicè, & realiter, posse esse obiectum à creatura: quia esse à creatura obiectum, non est propria dependentia; sed valde improppria, quæ minime repugnat Deo: sicuti in sententia communissima Deus connectitur cū possibilitate creaturarum: quæ connexio est aliqua dependentia improppria: quia tamen in propria est, non patatur Deum illa ratio ne dedecere.

QVÆST. V.

De obiecto intentionaliter motu terminatiū Diuinæ intellectus: siue de obiecto, in quo Deus se, & creaturas cognoscit.

E Gimis hucusque de obiecto mouente diuinam intellectum, siue physicè, siue intentionaliter determinatiū. Restat modo inuestigare obiectum mouens purè terminatiū: quatenus videlicet sit ratio assentiendi, praescindendo ab eo quod, siue physicè, siue obiectum præstet influxū in diuinam intellectus. Hoc idem cōtinetur sub alijs terminis, sub quibus hæc eadem questio tractari solet. Videlicet. In quo Deus cognoscat quod per suam cognitionem attingit. Ideo placuit sub yngroque titulo præsentem examine difficultatem.

SECT. I.

Præmittuntur aliqua.

NOrandum est primo: esse obiectum motuum terminatiū nihil aliud esse, ut supra monimus q. 3. initio, nisi esse rationem,

nem, cui nititur assensus: quod quidem non petit obiectum præcedere, siue physicè, siue int̄entionaliter ad assensum; sed solum hæc motio consistit in modo tendendi atque assentientis obiecto innitendo ipsi ex parte modi affirmandi, siue innittendo ipsi, assentiendo alteri obiecto v. g. quando assentitur aliquis huic principio.
Quodlibet est, vel non est; in hoc casu independenter ab eo quod obiectum iudicatum influat physicè, vel obiectiuè in assensum, ipse assensus ex modo tendendi, ita quiescit in illa veritate, ut innittatur ipsi, ipsique propter ipsam assentiatur. Quando autem habeo actum respondentem his terminis. *Anti Christus veniet, siquidem Deus ita reuelauit:* ex modo etiam tendendi præstatutur assensus existentia futura Anti-Christi, non innittendo ipsi; sed innittendo Diuinæ reuelationi, propter quam præstatutus assensus.

2. Notandum est secundo: hos terminos *cognosci in se*, & *cognosci in alio* duplice explicari à Theologis. Primo ut *cognosci in se*, solum sit cognosci obiectum ut est in se, & non admodum, seu per speciem alterius v. g. quando cognoscitur albedo in se ipsa. *Cognosci in alio* erit, iuxta hanc acceptiōem, cognosci obiectum, non ut est in se; sed ad modum, & per speciem alterius, cum quo ali quam similitudinem, licet exiguum habeat. V. g. quando cognoscitur Angelus ad modum iuueris. Hanc acceptiōem horum terminorum *cognosci in se*, & *cognosci in alio* explicuit D. Thom. i. p. quæst. 14. art. 5. dñm dixit tunc cognosci aliquid in se, quando cognoscitur per speciem propriam, & immediatam sui: tunc vero cognosci in alio, quando cognoscitur per speciem propriā, & immediatam alterius.

3. Secundo accipitur hoc, quod est *cognosci in se*, & *cognosci in alio* ita, ut tunc dicatur cognosci obiectum in se, quando ita direcē, & immediate attingitur obiectum sicuti est in se, ut non præcisē cognoscatur ex vi cognoscibilitatis alterius, seu quantum intellectus ducatur præcisē ex alterius cognoscibilitate. Tunc autem in hac acceptiōe dicitur terminus cognosci in alio: quando cognoscitur ex manuductione alterius: seu quando non attingitur ex vi propriæ cognoscibilitatis, ut distingueat à cognoscibilitate alterius, in quo cognoscitur. V. g. quando ego assentior existentia futura Anti-Christi ex vi Diuinæ reuelationis. In hoc in quam casu non cognosco Anti-Christi existentiam ex vi sue veritatis obiectum, sed ex vi reuelationis, ita, ut tota ratio cognoscendi Anti-Christum futurum, ut Deum ita reuelasse. Hac eadem ratione: qui dicunt res

futuras non habere futuritionem intrinsecam adhuc inadæquate; sed totam, & adæquatam rei futuritionem in aliquo Divino consistere: pariter tenentur dicere Deum cognoscere res ut futuras, non in se ipsis, sed in ipsa futuritione: nam cum totum esse res futuras sit actus Diuinus: & Deus cognoscat res futuras esse properter ipsum res esse futuras: hinc deducitur Deum cognoscere res futuras ut tales, non in se ipsis, sed in actu Diuino, qui est earum futuratio.

4. Ceterum, licet hanc duplicem explicacionem hsiuster: mini cognosci in se, & cognosci in aliis apud plures legerim, & bene percipiā cognosci in alio, prout significat cognosci admodum alterius distinctum esse a cognosci in alio, prout cognosci in alio significat assentire innittendo alteri veritati: siquidem potest quis cognoscere rem, ut est in se, v. g. A. innittendo alteri veritati connexa cum veritate A. licet simul innitatut ipsi veritati A. in quo casu cognoscetur A. in alio, iuxta secundam acceptione m; non autem iuxta primam. Licet, inquam, hoc ita sit, non tamen facile capio, qua ratione cognosci in se prout significat cognosci sicuti est, & non admodum alterius, non sit cognosci in se, prout cognosci in se significat assentiri veritati propter se, & ipsi innittendo. Et enim tam præstatur assensus veritati propter se, & innittendo ipsi, quando veritas, vel ex terminis est evidens, ut quodlibet est, vel non est, vel quando cognoscitur per speciem propriam. Rursus speciem esse propriam non requirit esse immissam ab obiecto, vt patet in Angelis, qui dicuntur cognoscere res in se ipsis, & per species proprias, licet species habeant infusas à Deo.

5. Appellatur ergo species propria, quæ est causatiua cognitionis adeo clara, & perfecta, & penetrativa obiecti, sicut est cognitio, quæ causatur per speciem immissam ab obiecto. Ergo hoc, quod est cognosci in se, & propter se, tandem reuocatur ad cognitionem, quæ sit tam clara, & distincta, ac est cognitio proueniens ab specie immissa ab obiecto, vt patet in cognitione Angelica habita vi speciei infusa à solo Deo. At qui cognitio attingens rem omnino sicuti est, & non admodum alterius, est cognitio adeo clara, ac est cognitio per species proprias. Ergo omnis cognitio attingens rem sicuti est, & non admodum alterius, est cognitio rei in se, & propter se, & habens eam rem pro objecto formaliter minatiuo.

6. Confirmatur. Cognosci rem, & non per species alienas, est cognosci in se, & propter se, & equivalenter ad cognitionem per species proprias in ordine ad claritatem. At quotiescumque cognoscitur res, sicuti est, cognoscitur non per species alienas. Ergo in ordine ad claritatem cognoscitur & equivalenter per species proprias. Ergo cognoscitur in se, & propter se.

7. Hinc infero: i) a re, & quoad veritatem loquendo, idem est (quidquid Thomista reclamat) inquirere: an Deus cognoscat creaturem in se ipsis, & propter se; ac inuestigare: an Deus vere, & proprie attingat creaturem, ut sunt in se clares, & distincte secundum esse proprium illarum.

8. Obid forsitan Gonetus, vbi supra, afferuit cognosci rem in alio, modo quo videtur paries in albedine, quæ quidem visio propriæ non attingit substantialiæ parietis, sed duntaxat colorem: paries enim solum videtur impropriæ, & moraliter: pari ergo ratione Thomistæ negantes cognitioni Diuinæ attingere creaturem in se ipsis, vel idem, quod Gonetus, affirmant, vel sibi ipsis, recte explicatis terminis, contradicunt.

9. Noto 3. idem esse cognoscere obiectum in se ipso, ac ipsum obiectum esse motuum intentionale terminatum sua cognitionis. Probatur. Mouere obiectum terminatum, est obiecto præstari assensum innittendo eius veritati intrinsecæ. At cognoscere obiectum in se ipso, est illud cognoscere etiam vi suæ intrinsecæ cognoscibilitatis. Ergo obiectum mouere terminatum, est cognosci obiectum in se ipso.

10. Confirmatur. Cognosci obiectum in se ipso non est præcisus quod obiectum secundum esse proprium terminet cognitionem: nam hactenue omne, quod vere, & realiter cognoscitur, cognoscetur in se ipso. Sed ulterius additum quod ita cognoscatur, ut intellectus assentiendo ipsi, non præcisus alteri veritati obiectum ostendenti secundâ innittatur; sed potius innittatur ipsis obiecti intrinsecæ veritati, ut realiter distinctæ à veritate obiectuum aliorum obiectorum. At hoc est mouere terminatum, siquidem mouere terminatum est quod ex modo terminandi præcise reddit securum cognoscentem. Ergo obiectum cognosci in se idem est, ac mouere terminatum ad sui cognitionem.

11. Noto 4. Cognoscibilitatem intrinsecam rei, seu eius obiectuum intrinsecam veritatem eandem esse cum eius intentione: quia res eatenus potest terminare cognitionem veram de eo, quod sic, vel aliter est, quia ita est: præsentim respectu Dei se ipso

determinati ad cognoscendum omne verum ea ratione, qua verum est. Quam obrem, cum idem sit querere: an Deus cognoscatur in se ipsis? quam inquirere: an habeant intrinsecam veritatem obiectuum? Idem erit disputare, an res cognoscatur in se ipsa? ac discutere an res prout distincta ab alijs, habeat aliquid esse intrinsecum, & proprium distinctum realiter ab omni, quod ipsi extrinsecum est? His ergo suppositis, variae sunt Authorum sententiae.

12. Et primum circa modum, quo Deus se cognoscit: aliqui tenent Deum, tum quo ad essentiam, & attributa, tum quoad relationes, se cognoscere in essentia: ita, ut essentia sola sit obiectum motuum terminatiuum respectu cognitionis respicientis Diuina praedicata. Alij censem prædicata absoluta esse obiectum formale terminatiuum: non autem relationes. Alij denique omnem prædicatum Diuinum obiectum motuum terminatiuum appellant. Itaque Authores supra citati circa obiectum physicè modo Diuinæ cognitionis terminatæ ad Deum, eodem forme modo de obiecto motiuo physicè, ac de obiecto terminatiue motiuè opinantur. Præterea circa obiectum motuum terminatiue Diuinæ cognitionis prout terminatæ ad creaturas, triplex est sententia.

13. Prima tenet Deum cognoscere creaturas in se ipso; non autem immediate in se ipsis: consequenterque creaturas non esse obiectum motuum terminatiue suæ intellectus: sed Deum duntaxat talis obiecti motui terminatiue rationem sortiri. Haec est sententia Thomistarum, pro eaque citant aliquos ex nostris, ut sunt Suarez, Molina, Valentia, Granados, & Abertinus. Verum existimo hanc conclusionem univeraliter acceperam non esse alicuius ex nostris Authoribus. Etenim nostri Authores generali consensu existimant Deum non in decreto aliquo; sed in se ipsis futura libera, tam absoluta, quam conditionata, cognoscere. Ergo creaturæ, saltem ut futuræ, in se ipsis cognosci à Deo, nostrorum Authorum consentiens assertio est. Dum ergo affirmant creaturas non cognosci à Deo in se ipsis, solum loquuntur de cognitione creaturarum ut possibilium.

14. Secunda sententia est regione opposita tenet Deum non cognoscere creaturas in se ipso, nisi cum limitatione postea adhibenda, sed in se ipsis. Hanc defendit Vazq. in t.p. disp. 60. cap. 3. Bec. cap. 10. quæst. 14. & Alarcon tract. de Scientia Dei disp. 2. cap. 3. Namque communiter defendunt quotquot afferunt Deum cum creaturarum possibilitate in connexum esse. Hic enim Authores cum

Etum sentiant Deum ex se indifferentem esse , tam ad possibilitem , quam ad impossibilitatem cuiuslibet creaturæ , restè utique ex hac suppositione inferunt Deum non esse medium potius possibilitem , quam impossibilitatem creaturæ suadens : nec in Deo , potius ut possibilem , quam ut impossibilem , & repugnantem creaturam apparere . Nihilominus non desant aliqui A.R. qui indicent Deum in se ipso , quantumvis à creaturis , ut possibilibus absolutum , creaturas , ut possibles cognoscere . quando defacto possibles sunt : quod quidem difficillimum est , nisi voces ad impro prium sensum deflestant .

15 Tertia sententia docet creaturas (intellige , ut possibles) cognoscitum in Deo , tum in se ipsis . Ita Albiz disp . 5 . sect . 6 . num . 18 . & sect . 12 . num . 3 . Herice disp . 5 . cap . 4 . & Pater Franciscus de Lugo lib . 1 . de Deo vno disp . 28 . cap . 4 . & est communior hodie inter R.R. Societatis . In quo vero Deus cognoscat futura tam absoluta , quam conditionata , infra ex professo discutetur .

SECT. II.

Proponitur conclusio vniuersalis ; & deinde ad obiectum motuum terminatiue cognitionis Diuinæ , prout terminatæ ad Deum , contrahitur .

16 Sit Nostra vniuersalis Conclusio : omne omnino obiectum per Diuinum intellectum attactum est eius obiectum formale motiuum intentionaliter terminatiue . Probatur . Quilibet obiecto assentitur Deus propter ipsum , & innitendo eius veritati obiectuæ . Ergo quodlibet obiectum est motuum terminatiue . Consequentia est bona iuxta præmissam explicationem . Antecedens probatur . Quodlibet obiectum cognoscit Deus in sua obiectuæ veritate . Sed obiecto cognito in sua veritate obiectuæ præstatur assensus propter ipsum , & illi innitendo . Ergo cuiilibet obiecto per Diuinum intellectum attacto assentitur Deus propter ipsum , & eius obiectuæ veritati innitendo . Consequentia est bona , & minor certa . Siquidem , dum obiectum videtur in sua obiectuæ intrinseca veritate , videtur in se ipso , apparet sicuti in se est , & assensus tendit ad ipsum , assentien-

do ipsi, in ipso. Hoc autem est formalissime assentiri ipsi propter se, & ei innittendo. Maior autem, videlicet Deum quodlibet obiectum in sua veritate obiectiva cognoscere, probatur. Quodlibet obiectum est cognoscibile in sua vera cognoscibilitate. Sed quodlibet obiectum habet veritatem intrinsecam, & haec intrinseca veritas est vera cognoscibilitas eius obiecti. Ergo quodlibet obiectum est cognoscibile in sua intrinseca veritate. Consequenter est bona, & maior ex terminis vera. Minor autem per partes probatur. Porro duplē partē continet minor: & quod omne omnino ens habeat intrinsecam veritatem obiectivam, & quod veritas obiectiva intrinseca, sit vera illius cognoscibilitas.

17 Prima ergo minoris pars: nempe quodlibet obiectum habere intrinsecam veritatem obiectivam, probatur. Quodlibet obiectum habet intrinsecam essentiam. Sed intrinseca essentia cuiuslibet rei est sua intrinseca veritas. Ergo quodlibet obiectum habet intrinsecam veritatem. Consequentia est bona, & minor certa: siquidem veritas intrinseca rei est verum esse intrinsecum, & intrinsece constitutuum rei: si ergo quodlibet obiectum habet intrinsecum, & verum esse, & essentiam, habebit etiam intrinsecam veritatem. Quod autem habeat quodlibet ens intrinsecam essentiam, infra per otium ostendetur. Modo autem sic breviter probo. Quodlibet ens non pure extrinsece est quod est, nec pure extrinsece distinguitur ab eo, quod non est. Sed esse quod est, & distingui ab eo, quod non est, est habere essentiam. Ergo quodlibet ens non pure extrinsece, sed intrinsece habet essentiam. Minor est certa, & consequentia bona. Minor probatur. Si pure extrinsece ens esset quod est, ens esse quod est v. g. Petrum (quem suppono pure possibilem) esse Petrum esset aliquid adæquate realiter distinctum à Petro. At hoc est falsum. Ergo. Probo. Id est Petrum esse Petrum, quod cognoscit Deus, quando cognoscit Petrum esse Petrum. Sed quando Deus id cognoscit, non affirmat, neque cognoscit præcisè aliquid distinctum à Petro, alioquin Deus nō cognosceret creaturas secundum proprium esse, sed secundum esse extrinsecum. Ergo Petrum esse Petrum non est præcisè aliquid distinctum adæquate à Petro, & ipsi extrinsecum. Hanc rationem alibi fusi susequemur.

18 Secunda pars illius minoris, videlicet veritatem intrinsecam rei esse intrinsecam illius cognoscibilitatem: probatur: Verum, & cognoscibile verè, idem omnino sunt. Ergo veritas,

Cognoscibilitas idem etiam debent esse inter se. Nam, vbi constituta idem omnino sunt, ratio constituens eadem debet esse. Sed esse verum, & esse cognoscibile verè, idem omnino sunt. Ergo veritas, quæ est ratio constituens verum, & cognoscibilitas, quæ est ratio constituens cognoscibile, idem penitus debent esse.

19 Haic probationi refragatur, tum Illustrissimus Godoy, tum noster Ribad. iste quatenus docet res pure possibles nihil esse intrinsece; sed solum extrinsece in omnipotentia, aut in scientia Divina. Etenim, iuxta ipsum, Deus constituit formaliter possibile in esse possibilis, & distinctum ab omni eo, quod non est ipsum. Quam obrem extrinsece duntaxat est, quod est, & etiam extrinsece præcise distinguitur ab eo, quod non est. Quamvis autem Deus sit ratio constituens Petrum possibilem in esse talis, & distincti ab alijs, & ideo sit ipsum *esse Petrum, ut quo*, ipse nihilominus Petrus distinctus extrinsecè ab alijs, est id, quod & est Petrus, & distinguitur ab alijs. Quando autem Deus iudicat Petrum esse possibilem, non solum cognoscit Petrum esse possibilem, sumpsum, *ut quo*, verum etiam Petrum esse possibilem acceptum, *ut quod*. id est cognoscit Deus, & rationem constituentem Petrum in esse possibilis, & ipsum Petrum, qui in esse possibilis constituitur. Hanc solutionem latè rei scienda est infra, dum rerum faturitatem accurate examinemus.

20 Illustrissimus Godoy aliter huic probationi respondere tentat, *vt colligitur ex eius doctrina*: a serendo nimurum veritatem intrinsecam rei possibilis esse cognoscibilitatem illius respectu intellectus creati; non autem respectu intellectus increati, & Divini; quia licet creatura possit intentionaliter moueri ex veritate intrinseca obiecti creati v. g. ex hac veritate *quodlibet est, vel non est*. Ideo est, quia cognitione creata non debet esse summe perfecta. At, cum cognitione increata infinitè perfecta debeat esse, inde fit debere moueri etiam terminativè ex obiecto infinite perfecto: alioquin summe perfecta non erit: id circa veritas obiectua creata est cognoscibilitas intrinseca obiecti respectivae ad intellectum creatum, secus vero ad intellectum summe, & infinitè perfectum.

21 Hæc solutio non aliter melius impugnatur, quam ostendendo falso nisi fundamento: videlicet cognitionem infinitam arguere infinitatem in obiecto motivo intentionale terminativè. Sic igitur fundamenti falsitatem ostendit. Si ob aliquam rationem repugnaret cognitioni perfectissima:

motiuum pùre terminatiuè, quod esset finitum: maxime quia motiuum huiusmodi specificaret actum, vel intrinsecè constituendo illum, vel propriè illum causando, vel solum extrinsecè, & ut pùre terminus. At nullo ex his capitibus. Ergo absolute ex nullo capite repugnat actu infinito motiuum intentionale finitum. Consequentia est bona, & maior continet doctrinam aduersariorum: qui, ut excludant omne obiectum formale pùre creatum, ad specificationem actus ex obiecto formalis semper recurrent.

22 Minor igitur per partes seorsim probatur. In primis opus non est actum specificari ab obiecto formalis constitutive, & intrinsecè, ut ex se patet: siquidem opus non est quod obiectum sit ipse actus. Deinde neque necesse est quod obiectum pùre terminatiuum causet verè, & propriè actum, cuius obiectum formale terminatiuum est. Nam obiectum terminatiuum, ut dicitur ab obiecto physicè motiuo, non dat esse actu physicè, & realiter: imò neque intentionaliter determinatiuè, sed solum habet terminare actum tendentem in obiectum, & quiescendo in eo, quatenus eius innittitur veritati. Ergo obiectum formale pure terminatiuè non opus est specificare actum illum verè causando; seu habendo esse physicè ab illo.

23 Denique non argui infinitatem in obiecto motiuo terminatiue ex eo quod specificet extrinsecè actum infinite perfectum: probatur à priori, & à posteriori. A priori quidem: quia specificare extrinsecè solum est esse terminum connexionis. At prædicatum Diuinum potest connecti cum aliquo finito, & limitato. Ergo ad specificandum extrinsecè non requiritur infinitas, aut summa perfectio in specificatio. Consequentia est bona, & maior communiter apud Theologos recepta. Minor autem erit certa, vel apud ipsos Thomistas, siquidem Deus connectitur cum possibiliitate creaturarum, & qualibet voluntas efficax, quæ libetque scientia visionis connectuntur cum existentia creata, decreta, & visa. Deinde etiam probatur à posteriori: quia scientia Diuina, licet non intrinsecè, aut causatiuè: attamen pùre extrinsecè etiam specificatur ab obiecto pùre omnino materiali: quod quidem potest esse quid creatum. Ergo specificatiuum extrinsecum actus Diuini, non petit infinitatem, aut summam perfectionem.

24 Probatur 2. eadem conclusio ratione deducta ex explicatione supra tradita huius termini cognosci in se, & propter se. Cognoscere in se, & propter se est cognoscere cognitione adeo clara, & distinctiva rei, ac est cognitio, quæ habetur per proprias spez

species. Sed Deus omnia cognoscibilia cognoscit secundum prout p̄sum eorum esse, omnino clare, & distincte, & sicuti sunt in se. Ergo Deus omnes cognoscibile cognoscit in se, & propter se. Consequentia est legitima. Minorem contra Aureolum omnes iam Catholici supponunt. Maior autem constat ex supra dictis, dum terminos cognosci in se, & cognosci in alto explicimus.

25 Ceterum præter rationes, quæ vniuersaliter probant omne obiectum attractum à Diuina cognitione attingi in se, & esse obiectum motuum terminatiū, sunt peculiares probationes ad ostendendum Deum habere prædicto motiu terminatiū prædicata Diuina virtualiter distincta ab essentia.

SECT. III.

Probatur peculiariter omne prædicatum Diuinum esse obiectum formale terminatiū Diuinæ cognitionis.

26 Robatur ergo hoc intentum. Primo: quia quodlibet prædicatum Diuinum, adhuc prout virtualiter distinctum ab essentia, & secundum id, quod virtualiter addit supra essentiam, est adeo perfectum, ac est essentia. Ergo, adhuc, prout ita virtualiter distinctum, potest esse obiectum motuum terminatiū. Antecedens, præter quamquod ad presentem questionem supponitur, probatur. Nam Paternitas, adhuc prout virtualiter distincta ab essentia, exigit identitatem cum essentia, & est constitutiva Diuinæ personæ. Sed hæc prædicata involunt Diuinam, & infinitam perfectionem. Ergo Paternitas, adhuc prout virtualiter distincta ab essentia, habet infinitam perfectionem.

27 Probo iam consequentiam, nempe ex inde deduci esse obiectum motuum terminatiū Diuinæ cognitionis. Obiectum in se summè, & infinite perfectum, est per se ipsum, & ut ita perfectum, proportionatum obiectum potentiarum infinite cognoscitur. Sed obiectum ea ratione, qua est proportionatum potentiarum cognoscitur, est cognoscibile à tali potentia cognoscitur. Ergo relatio Diuina, quæ, prout distincta virtualiter ab essentia, est infinite perfecta, prout ita virtualiter distincta, per se ipsam est cognoscibilis à Diuina scientia. At obiectum, quod secundum se acceptum, & per se, est infinite, & perfecte cognoscibile, est cognoscibile in se, & per se attingibile. Ergo personalitas prout vir-

tualiter distincta ab essentia, est in se, & per se cognoscibilis à Deo: quodquidē, ut supra diximus, est esse obiectū motiuū terminatiū.

28 Secundo probatur eadem conclusio ratione, quam sibi obiicit Illustrissimus Godoy. Personalitates possunt esse obiectū formale terminatiū Diuinæ voluntatis. Ergo & Diuinæ cognitionis. Consequentia est bona apud hunc Authorem. Antecedens probatur. Deus non solum se amat, quia Deus est; sed etiā quia Trinus, & quia Omnipotens. Ergo amor D'uius non solum mouetur ab essentia, verum etiam à personalitatibus, omnipotētia, & reliquis attributis. Ergo personalitas, & attributa, sunt obiectū formale Diuinæ voluntatis.

29 Hunc argumento respondet hic Author disp. 25. §. vii⁴ timo à num. 142. concedendo personalitates, & attributa esse rationem formalem terminandi Diuinam voluntatem comparatiū ad peculiarem affectū: negando vero exinde inferri esse rationem amandi comparatiū ad ipsam potentiam, seu voluntatem, prout est facultas amandi: plura nāque (ait) obiecta, quæ formaliter comparantur ad actus, quos specificant, & ad inicem distingunt, materialiter se habent respectu potentie. Vnde ex eo quod Deus posuit se amare, quia sapiens, sapientia formaliter obiectū se habente, solum sequitur sapientiam secundum bonitatem, quam superaddit essentia, esse rationem formalem terminandi illum peculialem actum amoris; non autem quod sit ratio formalis terminatiū voluntatis Diuinæ: sicut homo distinctus ab equo, est ratio formalis terminandi cognitionem sui. Et tamen veritas peculiaris hominis, prout ab equo distinguit, non formaliter se habet comparatione intellectus, sed materialiter: nam intellectus respicit hominem, & equum sub ratione entis.

30 Hec solutio, & eius doctrina alio totius questionis sensum detorquere videntur. Agitur in praesenti de obiecto formalis intellectus Diuinæ: & de hoc obiecto formalis agimus realiter accepto; non autem de conceptu communi, in quo conueniunt omnia formalia obiecta: nam hæc ratio communis, prout sic communis, non appellatur obiectum formale, sed ratio formalis sub qua continentur omnia obiecta formalia. Paret hoc in exemplo adducto ab hoc Authore. Nam, licet voluntas humana nihil possit amare, nisi sub ratione boni, siue hoc bonum sit creatum, siue increatum, & ob hanc rationem. Bonum, ut sic sit ratio formalis sub qua continentur omnia obiecta formalia: nihilominus nemo negat bonitatem Diuinam, & etiam bonitatem creatam, esse obiectum formale volun-

voluntatis creatæ, quia voluntas creata, & potest amare Deum proprius se, & etiam in creaturam propter se ipsam, & id, quod potest attinere ut obiectum formale per actus alicuius potentiarum, dicitur esse obiectum formale alicuius potentiarum, licet non respectuè ad omnes; respectuè tamen ad aliquos actus illius potentiarum: quia tamen sufficit, ut humana voluntas moueatur, quodlibet bonum, ut tale a parentis; ideo ratio Boni ut sic, dicitur. Ratio formalis sub qua id est ratio illa communis, in qua conueniunt, & sub qua continentur omnia obiecta formalia.

31 Si ergo predicto discurrendi modo standū sit, qui quidem apud Theologos, & Philosophos est communis, iam nobis quicquid petimus conceditur. Nos enim in hac questione non contendimus aut essentiā, aut relationes Diuinæ, aut hanc, vel illam creaturam, esse rationem communem, in qua conueniunt omnia obiecta formalia Diuinæ intellectus, sed solum intendimus quodlibet ens, & præsertim Diuinum, esse obiectum formale alicuius Diuinæ intellectus. Dux ergo hoc nobis concedat Illustrissimus hic Author, cessat disputatio.

32 Verum ex hac ipsa doctrina infero male assignari ab hoc Authore pro obiecto formalis (ad huc accepto obiecto formalis proportionate formalis sub qua intellectus Diuinus) essentiā Dei; sed cetero assignari ens Diuinum; prout logicè communè omnibus Diuinis prædicatis. Probo hanc illustrationem. Illa est ratio formalis sub qua obiectiva intellectus Diuinus, in qua conueniunt omnia obiecta formalia actu intellectus Diuinus, ut obiecta formalia sunt talium actuum. Sed sola ratio entis Diuinus logicè communis omnibus prædicatis Diuinis, est ratio, in qua conueniunt omnia prædicta Dei. Ergo sola ratio entis Diuinus logicè communis omnibus prædicatis Diuinis, est ratio formalis objectiva sub qua intellectus Diuinus. Consequentia est bona. Probo maiorem, postea minorem probaturus. Ex eo ratio veri est ratio formalis obiectiva sub qua intellectus humani, quia omnia obiecta formalia intellectus humani conueniunt in ratione veri, & ratio veri sufficit ad obiectum formale; & ideo bonum est ratio formalis obiectiva, sub qua humana voluntatis; quia est ratio, in qua conueniunt omnia obiecta formalia voluntatis humanae; & ratio boni sufficit ad mouendam humanam voluntatem; & id est, de qualibet alia ratione formalis sub qua, ut ex pendentib; cōstat. Ergo sub nomine rationis formalis obiectivæ sub qua non aliud intelligimus, nisi rationem, in qua conueniunt obiecta formalia.

33 Probo iam minorem illam, videlicet solam rationem entis Diuinus logicè communem, esse in qua conueniunt obiecta for-

malia Diuini intellectus, prout terminati ad Deum ipsum. Obiectum formale actus peculiaris Diuini amantis Deum praecesse quantum est omnipotens, est sola omnipotentia, quam modo supponimus distingui virtualiter ab essentia, ita ut essentia non sit properquam amatur Deus per illum actum. Ergo omnipotentia, prout terminat formaliter illum actum, non claudit essentiam. Ergo nihil claudit communem omnibus praedicatis. Ergo solum prout sic attracta, conuenit cum reliquis praedicatis logice in ratione entis Diuini. Ergo sola ratio entis Diuini logicè communis, est in qua conueniunt obiecta formalia Diuini intellectus, prout terminati ad Deum. Et denique, licet afferatur essentiam esse rationem formalem sub qua propter transcendentiam realem, qua in omnibus praedicatis Diuini realiter invenitur: negari tamen non poterit ens Diuinum logicè commune, ex quo iure posse vocari rationem formalem sub qua intellectus Diuini, sicut ratio entis, & veri, ut sic, est ratio formalis sub qua intellectus humani. Aduersus hoc assertum.

34. Ob. 1. *Attributa, & relationes non ratione sui, sed ratione essentiae attinguntur à Diuino intellectu.* Ergo sunt obiectum pure materiale, & consequenter non attinguntur, aut in se, aut propter se: ideoque non erunt obiectum motivum, adhuc terminatiue. Consequentia est bona. Antecedens probant aduersarij. Primo: quia essentia Diuina est species respectu Diuini intellectus in ordine ad cognitionem totius Dei. Sed quod cognoscitur per essentiam, tanquam per speciem, non cognoscitur in se, nec propter se, sed in essentia, & propter essentiam. Ergo quidquid est in Deo, solum cognoscitur in essentia, & propter essentiam. Consequentia est bona, & maiorem aliunde probatam supponunt. Minor igitur sic probatur. Species, qua non est per se primo ordinata ad representandum, sed ad essendum, primo representat se, alia autem ratione sui, vel quia illa eminenter, aut radicaliter continet, vel quia in illis intime includitur, vel quia cum eis identificatur. Sed Diuina essentia, ut distincta ab attributis, & relationibus (qua sola est species, qua Diuinus intellectus intelligit) non est per se primo ordinata ad representandum alia: hæc enim ordinatio est imperfectio soli enti intentionali conueniens. Ergo primo representat se ipsam: alia autem ratione sui. Ergo non representat attributa, & relationes in se ipsis, sed in essentia.

35. Nego assumptum argumenti. Ad eius probationem: nemo magis maiorem: quia, ut saepe dixi, essentia Diuina minime gerit mutu-

nus speciei: quia Deus se ipso est plenissime sufficiens ad cognos-
cendum, & speciei munus proprium est adiuuare principij insuf-
ficientiar. Recole quæ supra diximus quæst. 2. sect. vltima.

36 Respondeo secundo permittingo essentiam Diuinam
esse speciem, & obinde concedendo maiorem. Deinde nego mi-
norem. Ad huius probationem respondeo etiam dupliciter. Pri-
mo negando maiorem, videlicet speciem, quæ non est per se pri-
mo ordinata ad representandum; sed ad essendum, primo repre-
sentare se, & secundario alia: hoc in quam nescio quo firmo fun-
damento nitatur. Nam ea species, quæ primo per se ordinatur ad
essendum, prout esse distinguitur à representare, tametsi ordo en-
titatius prior sit ordine representatiuò, potest nihilominus ordo
representatiuò equaliter respicere tum se, tum alia virtualiter à
se distincta: nescio enim quare prius unum, quam aliud respicere
debeat. Alter etiam, & verius, respondeo transmissa maiori, ne-
gando minorem, videlicet Diuinam essentiam (casu quod sit spe-
cies) prius per se ordinari ad essendum, quam ad representan-
dum innam cum inter essentiam, ut habentem esse, & ipsam, ut ha-
bentem representare, nulla sit, ne virtualis quidem distinctio; sed
per nostrum concipiendi modum. Non est unde prouenire possit
ordinari per se primo ad essendum, & non ad representandum, &
secundario ad representandum; non autem ad essendum.

37 Ob. 2. Si attributa, & personalitates essent primarium
objection terminatiuè, essent etiam objection formale motiuum.
At qui sola essentia est objection formale motiuum. Ergo attribu-
ta, & personalitates, non sunt objection formale terminatiuum.
Maiorem probant: quia ad objection motiuum non requiritur
quod species mittratur ab objecto: siquidem Angelus cognoscens
alium per speciem non causatam ab alio; tamen dicunt habere
alterum Angelum pro objecto motiuo ex eo præcisæ, quod spe-
cies immissa à Deo, haber per se representare illum Angelum.
Respondeo hoc argumentum non militare contra me, qui asserto-

omne objectum formale esse motiuum intentionaliter ter-
minatiuè, ut supra explicui.

sect. 2.

SECT. III.

Soluuntur argumenta, quæ contendunt non posse creaturas esse obiectum formale terminatum Diuinae cognitionis: prius fit satis argumentis ab autoritate de sumptis.

38 **O**B.R. D. Dionisium de Diuinis nominibus cap. 7. Vbi ait: *Non secundum visionem singulis se immittit, sed secundum causam continentiam scit omnia. Et infra. Diuina sapientia se ipsam cognoscens scit alia. Et rursus. Deus, ea quæ sunt, nescit, non rerum notitia sed sui. Ex quibus verbis hoc conficitur argumentum à Thomis Illustrissimo Godoy, & Goneto. Iuxta D. Dionisium Deus non cognoscit creaturas i.e illis immittendo, sed secundum causam continentiam. Sed cognoscere creaturas se illis immitten- do, est cognoscere creaturas in se ipsis, & cognoscere creaturas secundum causam continentiam, est cognoscere illas in sua causa, nempe omnipotencia. Ergo Deus iuxta D. Dionisium non cognoscit creaturas in se ipsis, sed in se ipso. Minor probatur. Imprimis cer- tum videtur cognoscere rem secundum causam continentiam esse cog- noscere rem in causa. Tunc sic. D. Dionisius negat Deum per visio- nem se immittere creaturis, & hoc negat per oppositionem ad hoc quod est Deum cognoscere rem secundum causam continentiam. Sed cognoscere rem secundum causam continentiam est cognoscere rem in causa. Ergo D. Dionisius negat Deum cognoscere crea- turas se illis immittendo, prout immittere se illis, dicit oppositione ad cognoscere in causa. Ergo prout immittere se creaturis dicit cognoscere creaturas in se ipsis. Ergo D. Dionisius solum conce- dit Deum cognoscere creaturas in Deo, & negat cognoscere crea- turas in se.*

39 Respondeo D. Dionisium in his verbis principaliter co- tendere Deum non accipere scientiam à rebus ipsis, nec ex rerum existentia discere, nec successiue scientiam comparare. Ut hoc pro- het, afferit Deum in se ipso, & à se ipso, habere scientiam omnium rerum: id est à nullo alio distinto à se accipit scientiam, sed potius in se ipso per identitatem habet scientiam omnium rerum, & hoc confirmat: quia Deus ex se est causa omnium rerum. Ut autem sit rerum causa, debet præcognoscere omnia, quæ causare potest, & hæc cognitio debet non esse causata à rebus ipsis. Fatoe in hu- ius

ius intenti probationem videri D. Dionisium dicere Deum in se ipso omnia cognoscere, & quidem hoc assertum esse de mente Dio nisij mihi probabilius est. Sed non obinde censeo Dionisium negare Deum cognoscere res in se ipsis; sed solum inficiari Deum cognoscere res discendo ex creaturis, & successivè scientiam comparando, quasi egeat iuuamine creaturarum. Dum igitur negat Deum singulis creaturis se immittere, non negat Deo omnem cognitionem, quæ non sit formaliter cognitionis in Deo; sed ex eo quod Deus omnia cognoscet in se ipso unico intuitu, infert Deum non habere cognitionem successivè comparatam à creaturis; nec indigere iuuamine creaturarum ad cognoscendum.

40 Itaque non ita oppoait inter se Dionisius cognitionē, quam Deo negat, & cognitionem, qua Deus cognoscit omnia in se, ut solum hanc admittat, & omnē aliam, quæ non sit formaliter hæc, reiçiat, sed ex eo quod habeat cognitionem omnium rerum in se, infert nunquam rem aliquam ignorare, aut successivè scientiam comparare. Patet hoc ex verbis ipsius Dionisij, qui ita ait: *Ipsa enim se ipsum omnium causa cognoscens collocatio, ubi eorum quæ ab ipsis sunt, & quorum est causa ignorantia; quæ verba iuxta collocationem Græcam in Latinum ab Scoto conuersa, sic Dionisius Carthusianus, clarius, & ad Latinum idioma conformius coordinat, & interpretatur: id est: Cum canja prima, seu sapientia eius se ipsam sciat esse omnium causam, tibi, vel quomodo poterit in ea collocari, aut eff. ignorantia suorum effectuum.*

41 Gonetus ut à Deo omnem cognitionem creaturarum in se ipsis excludat, tria ponderat. Primum est, iuxta Dionisium Deum secundum visionem non se immittere singulis creaturis, sed immittere se creaturis non est accipere scientiam à creaturis: cum potius hac ratione creature se immitterent Deo, sed eis Deum non attингere creature in se ipsis. Ergo Dionisius negat Deum cognoscere creature in se ipsis. Secundum est, Dionisium negare Deum cognoscere ea, quæ sunt, rerum notitia, & solum admittere ea cognoscere notitia sui. Cum igitur cognitionis rei in se ipsa, sit immediate notitia rei, videtur Dionisius prædictam cognitionem Deo denegare. Tertio denique ponderat non posse Deo concedi cognitionem rei in se, & in Deo: quia iam non est etiam illa exclusiva, non notitia rei, sed sui.

42 Respondeo ad primum: sensum illorum verborum non se immittit longe diuersum esse ab eo, quem Gonetus specie delitus contendit, nam loco illius termini, non secundum visionem legit Joan.

Ioannes Scotus, non secundum speciem, & Dionisius Carthusianus hanc versionem explicans, sic ait, non secundum speciem singula contempens: id est unumquodque cognoscens non secundum similitudinem à rebus acceptam, & subdit. Vnde alia habet translatio: non ex his quae sunt ea percepta nouit; alia vero: non secundum visionem singularis se immittens. Ex quibus verbis colligitur loco illius termini visionem posuisse Dionisium in originali Græco terminum aliquam significantem cognitionem à rebus acceptam. Non ergo negavit Dionisius (si his versionibus standum sit) Deum se immittere creaturis, sed se immittere per speciem, vel cognitionem acceptam à creaturis, que cognitione sub nomine visionis intelligi debet, cuius non leue fundamentum est in hoc capite nunquam vsum fuisse Dionisiu[m] nomine visionis ad significandam scientiam Diuinā.

43 Ad 2. & 3. respondet illa verba, quæ adducit Gonetus Deus ea quae sunt noscere non rerum notitia; sed sibi paulo aliter me ea innescere: nempe: dixerat D. Dionisius non esse in Deo duplē scientiam, aliam, qua se necessario cognoscet; & aliam, quam successivè adquirat ex rerum existentia, nam si hoc esset, aliqua Deo inesset ignorantia. Statuit ergo Dionisius unicam reæliter in Deo esse scientiam eternam, & invariabilem. Loquens igitur de hac scientia, ait Dionisius. Hac igitur Deus existentia cognoscit: non scientia existentium, sed ipsa sua. Vide quo modo Dionisius solum negat Deo scientiam successivè adquisitam ex ipsa rerum temporanea existentia. Audi Dionisium Dionisium interpretantem. Hac ergo Deus existentia cognoscit, &c. Id est Deus cognoscit ea, quæ sunt, scientia eternali, non scientia existentium: id est, non scientia à rebus accepta; sed ipsa sua: id est sua scientia seu cognitione increata, quæ est sua substantia.

44 Ob. 2. D. Augustinum lib. 83. qq. quest. 46. ubi ait. Sacrilegum esse afferere quod Deus exeat extra se ad aliquid cognoscendum. Respondeo D. Augustinum intelligi debere de scientia, quæ sit extra Deum, vel quæ non sit ipse Deus, seu accipiatur physicè à creaturis, & in hoc sensu intelligenduni esse, Deum non cognoscere res, nisi in se: id est, scientia, quæ sit in ipso Deo per identitatem. Eadem ratione intelligo D. Ambrosium, dum tract. in Symbol. ita ait. Licet omnia cœlestia, & terrestria, ac minima quæque prospiciat Deus, nihil tamen extra intelligere; sed singula in se intueri dicitur. Singula ergo Deus debet intueri in se, & non aliter potest cognoscere: quia singula intuetur per scientiam secum identificatam, & non aliunde acceptam.

45 Sed instat Gonetus, & alij Thomiste. Si sufficeret ad asserendum Deum non cognoscere creaturas cognitione propria creaturarum, cognitionem, quam Deus habet circa creaturas, non esse per species à creaturis immisas: etiam Angeli dicentur non cognoscere creaturas cognitione propria creaturarum, siquidem cognoscunt creaturas per species non immisas ab obiecto; sed à Deo insellas: & nihilominus Angelii dicuntur cognoscere obiecta per cognitionem propriam eorum. Ergo ad saluandas loquutiones Patrum negantium Deo cognitionem propriam creaturarum, non sufficit cognitionem non fieri per species immisas ab obiecto.

46 Respondeo Patres non ut cumque negasse Deo cognitionem, quæ sit propria creaturarum, sed cognitionem, quæ non sit in ipso Deo per identitatem, sed aliunde prouenientem. Cum autem Angelus habeat cognitionem, quæ non sit in ipso Angelo per identitatem: sed aliunde proueniat. Hinc sit cognitioni Angelii non posse negari esse propriam obiecti cognitionis sensu, quo Patres id negant cognitioni Diuinæ.

47 Hic non dissimulabo Gonetum plus contendere suis argumentis, quam par erat. Nam hac disputatione 2. de Scientia Dei art. 2. §. 2. n. 59. postquam ad rei ciendam cognitionem Divinam creaturarum in se ipsis, usus est authoritate D. Thomæ, ita explicat Deum in se ipso, ut obiecto primario, & immediato, cognoscere creaturas. Illud censetur esse obiectum formale, & primarium alienius potentie, vel operationis, quod primario, & immediatè ab illa attingitur, & independenter ab alio prius attracto, ut constat in potentia visiva, cuius obiectum formale, & primarium est color, quem per se primario attingit, secundarium vero, & materiale, partes, vel aliud subiectum colore affectum.

48 Ex hac explicatione colligitur non aliter, iuxta Gonetum, Deum cognoscere creaturas in se, nisi modo, quo videtur patres ratione coloris. Sed propriè, & rigorose loquendo, dum dicitur partes videri, nihil videtur physicè, & realiter, nisi color: quia obiectum hac ratione remotum: propriè, & rigorose loquendo non attingitur. Ergo Deus non cognoscit creaturas, sed solum, si in rigore loquendum sit, cognoscit se ipsum: quod est incidere in sententiam Aureoli. Si ergo id probare contendunt rationes Goneti, ut videtur ex ipsis verbis patere, multum probant: & quod nimium probat, nihil probat iuxta vulgare Scholasticum pro: verbium.

49 Ob. 3. plures authoritates D. Thomæ; quibus aperit
asserit Deum duntaxat esse primum intellectum & unitem respe-
ctum ad cognitionem Diuinam. Ergo creaturæ non per se primo, sed secunda-
rio, & in Deo, cognoscuntur duntaxat. Verum haec authoritates
non suadent quod aduersarij contendunt. Nam in ph. ali. D. Tho-
ma res intellecta, & primum intellectum accipiuntur sicut semper,
non pro intellecto, ut quod, sed pro intellectu, ut quo, seu pro
specie, qua res intelligitur. Constat haec acceptio ex ipso Ange-
lico Praeceptore i. sentent. dist. 35. q. 1. art. 2. in corp. ibi haec ha-
bet. Similiter intellectum primum est ipsa rei similitudo, quæ est
in intellectu, & est intellectum, secundum quod est ita res, qua
persimili udinem illam intelligitur. Si ergo consideretur intellectum
primum, nibil aliud intelligit Deus, nisi se: quia non resi-
pit species rerum, per quas cognoscatur, sed per essentiam suam. Ecce
quomodo D. Thomas, dum dicit Deum esse primum intellectum,
solum docet non indigere speciebus; sed suam essentiam munus type-
cierum supplere: non quia propriè efficiat, sed quia non indiget
efficiencia.

SECT. V.

Argumentis à ratione petitis solutio adhibetur.

50 O B. 1. In cognitionibus diuinis debet vitari in ordinatio-
& superfluitas. Sed, si creaturæ essent obiectum formale
terminatum, esset in cognitionibus diuinis, & superfluitas, & in
ordinatio. Ergo creaturæ nequeunt esse obiectum formale termi-
natum. Minor probatur: quia superfluitas est, quod creatura
moueat ad id, ad quod Deus sufficientissime mouet. & in ordina-
tio est creaturam mouere cognitionem Diuinam, cum Deus à se
ipso sufficienter moueatur. Ergo creaturam mouere ad cognitio-
nem Diuinam, adhuc terminatiæ, superfluitas, & in ordinatio
est.

51 Respondeo concedendo maiorem, & negando mino-
rem. Ad huius probationem: in primis potest negari antecedens:
quia licet Deus a se ipso, ut pote connexo (iuxta nostram senten-
tiam) cum creaturarum possibilitate, admittatur sufficienter de-
terminatus ad cognoscenda possibilia, determinari etiam alium
de, non est superfluitas, sed perfectio, & infinitas, in vi cognoscitiz.

ut quæ se extendit ad cognoscenda omnia obiecta, quia tenuis cognoscibilia sunt, præsertim, quia de ratione perfectionis vis cognoscitur est necessario cognoscere: & ideo eo ipso, quod obiectum sit in se, præscindendo ab alijs, cognoscibile sine imperfectione: non solum non erit imperfectio illud cognoscere ea ratione; etiam in consortio cognitionis via alterius metij; verum etiam esset imperfectio in sufficiencia non illud ita cognoscere. Ex quo deducitur Deum cognoscere creaturem in se ipsis, neque superficiatem, neque in ordinationem continere.

52 Respondeo secundo: negando id, quod supponitur in antecedenti, videlicet Deum se ipso sufficienter moueri obiectuè ad cognitionem creature: quia, cum cognitionem Divinam moueri terminatiue ex veritate obiectiva intrinseca creature, sic modus tendendi actus, implicat dari hunc modum tendendi, quin mouatur ex veritate obiectiva intrinseca creature. Quia propter implicat Deum sufficienter mouere adhunc actum: siquidem implicat hunc actum moueri obiectuè terminatiue ex solo Deo. Deinde hunc actum tendere tali modo quiescendo in veritate obiectiva, & illi innittendo, licet etiam innitur Deo, est perfectio, & claritas in actu, qua careret, si solum innitteretur Deo, ut obiecto aliquantatione prius cognitus cum autem repugnet Deo actus cognoscens obiectum, & non cognoscens omnino perfectè: hinc deducitur Deum non solum non sufficienter mouere adhunc actum, qui defacto existit, verum, neque posse se solo mouere ad aliquem actum cognoscentem creaturam: quia actus, qui ex solo Deo mouetur, & non ex ipsa veritate obiectiva creature, esset actus imperfectus, subindeque repugnans Deo. Recole, que diximus hac ipsa quæst. i. sect. 2. Vbi ostendimus Deum cognoscere quodlibet obiectum in se ipso, perfectionem esse in ipso actu, qui ex veritate obiectiva mouetur.

53 Ob. 2. Si Dens cognosceret creaturam in se ipsa, hæc cognitio esset ex pluribus capitibus imperfecta. Ergo Deus non ita cognoscit creaturam. Probatur antecedens. Nec cognitio erit absolute finita. Siquidem cognitio finita tam ex parte obiecti materialis, quam formalis, absolute, & simpliciter est finita. Deinde haberet imperfectionem assentiendi propter viam mortuum, nempe propter ipsam creaturam. Denique: quia quod mouetur ex alio, habet esse ab alio. Sed actus Divinus non potest habere esse ab aliquo finito, & creato. Ergo neque mouetur ex veritate obiectiva creatura.

54. Histribus obiectiunculis, quæ vel unicam iustam obiectiuncionem non implent, respondeo negando assumptum: ad eius primam probationem: respondeo hanc cognitionem, non finitam; sed infinitam esse: quia, licet, prout præcisus attingens creaturam propter se, neque habeat obiectum materiale, neque formale infinitum: non obiectus deficit infinitas, quæ prouenit, tum ex infinitate cognoscendi identificari cum hac intellectione, tum ex claritate infinita, qua luum obiectum attingit. Tum denique ex eo quod hæc eadem cognitione identificatur realiter, & virtualiter cum cognitione eiusdem creaturae in Deo perfectissime cognito, ut infra dicimus: quod sufficit, ut hæc cognitione infinita sit. Ut enim hac infinitate gaudeat, non requiritur, quod omne suum obiectum, vel materiale, vel formale infinitum sit: sufficiunt eam quæ supra enumerauimus: immo in sententia, quæ Deum existimat inconvenientem cum possibilitate creaturarum, cognitione eiusmodi possibilis tatis non illam attingit in Deo, licet etiam ea cognitione attingat Deum in se ipso. Addo insuper quod eo solum quod hæc cognitione habeat identitatem realem cum Deo; habet sufficientem infinitatem.

55. Ad secundam probationem: respondeo non esse imperfectionem assentire propter motuum vile in esse entitatiuo, dummodo habeat, non vilem, seu laxam; sed perfectam, & strictam con nexione cum obiecto, cui præstatur assensus, qualem habet res secum ipsa: hoc enim motuum in ratione motui suadentis, non vile, sed perfectissimum est.

56. Ad 3. probationem: respondeo: id, quod mouetur ab alio pure terminatiue, non habere esse ab alio propriè, vel, si maius, dico habere esse ab alio terminatiue: habere autem esse ab alio terminatiue, imperfectione non est: quia solum per hæc verba significatur, non utique obiectum dare aliquod esse assensui: sed solum terminare assensum tali modo tendentem, ut ei obiectio infinitatur, in eoque perfectissime quiescat intellectus.

57. Ob. 4. Cognitione specificatur ab obiecto formalis. At cognitione infinita Dei non potest specificari ab obiecto finito, & limitato. Ergo neque habere pro obiecto formalis aliquid finitum, & limitatum. Consequentia est bona, & maior videtur certa apud Scholasticos, cum agus ab obiecto formalis diuersificantur. Minor probatur. Specificari est accipere speciem, & essentiam: sed nihil finitum, & limitatum potest tribuere speciem, aut essentiam entis infinitæ perfectionis, quale est actus.

Diuine

Diuinus. Ergo nihil finitum, & limitatum, potest specificare actum
Diuinum.

58 Respondeo cum communis nostrorum authorum: obiectum formale non specificare causatiue, siquidem obiectum pure terminatiue formale non causat phisice actum; neque specificare formaliter, quando quidem obiectum non constituit per identitatem actum: ad quarum specificationum genus requiritur tanta perfectio in specificante, ac est in specificato. Solum ergo obiectum formale specificat extrinsecè, & illatiue: quatenus hoc esse obiectum huius actus, & non aliud, arguit tendentiam in hoc obiectum esse diuersam à tendentia ià aliud obiectum, & quatenus pertinere hunc actum ad hanc virtutem potius quam ad aliam, sumitur ex obiecto formaliter reduplicatiue, ut attacto. Ad specificandum autem hac ratione non requiritur tanta perfectio in specificante, ac est in specificato: quia optime potest actus, vel à principio, vel à claritate, vel ab intensione, maxime perfectus, habere obiectum formale minus perfectum. Quia propter ad argumentum in forma distinguenda est maior. Cognitio specificatur, vel causatiue, vel formaliter ab obiecto formaliter: nego. Specificatur pure extrinsecè, & illatiue modo explicato: concedo maiorem. Et, in hoc sensu negata minori, negatur consequentia.

59 Vel, si mauis, poteris respondere aliter distinguendo maiorem. Cognitio specificatur ab obiecto formaliter secundum se: nego. reduplicatiue ut attacto: concedo maiorem, & distinguo minorem. Cognitio Diuina non potest specificari ab obiecto finito: specificatiue accepto: concedo: reduplicatiue, ut attacto, nego minorem: & nego consequentiam. Vbi ad praecauendum aquino: cationem aduerendum ei nos non dicere cognitionem Diuinam specificari ab obiecto, quod sit finitum, adhuc reduplicatiue, ut attactum: sed obiectum, quod in se est finitum, posse, reduplicatiue ut attactum specificare: quia reduplicatiue ut attactum, dicit formaliter ipsam Diuinam cognitionem.

60 Ob. 4. Cognitio creaturarum in ipsis creaturis non est summe perfecta. Ergo imperfecta. Probatur antecedens. Perfectior est cognitio creaturarum in Deo. Ergo cognitio creaturarum in se ipsis non est summe perfecta. Antecedens probatur. Cognitio creaturarum in Deo aquat in obiecto materiali, & excedit in formaliter. Ergo est perfectior.

61 Respondeo hos actus idem realiter, & virtualiter esset qua propter, ut recte notat P. Ribadeneira, si arguens loquatur

In sensu reali, vel virtuali intrinsecè, negandum est suppositum viii.
delicet dari vnum, & alium actum plusquam pure ratione nostra
distinctos. Si vero loquatur arguens in sensu formalis per nostros
actus praescindentes vnum actum ab alio, tunc dicendum est vnum
actum esse magis perfectum; quia alius praescindit: quia unus actus
habens creaturam pro obiecto formalis, praescindit ab alio, praescin-
dit etiam à perfectione alterius. Quod autem unus actus praescindat
nistro modo concipiendi ab alterius perfectione, inconne-
niens non est; nam etiam omnipotentia praescindit nistro modo
concipiendi à perfectione iustitia, & nihilominus, non est magis
perfectus Deus Omnipotens, quam Deus Omnipotens, & Iesus,
quia realiter idem sunt.

62. Ob. 5. Bonum, ut praescindit à bono created, & increated;
non potest esse obiectum formale voluntatis Diuinæ. Ergo verum
prout praescindit à vero created, & increated, non potest esse obiectum
formale intellectus Diuini. Illationem esse rectam supponitur ab
aliquibus Thomistis, & antecedens probat, tum multis D. Thomæ
testimonij, tum etiam aliquibus argumentis, à quibus modo abs-
sineo, quia hæc difficultas de obiecto formalis Diuinæ voluntatis
tractatum de voluntate Dei, ut propriam sedem exposcit.

63. Respondeo ergo omisso antecedente negando conse-
quentiam. Deus enim non tenetur amare bonum finitum, praeser-
vit enim valde exiguum, tenetur tamen cognoscere omne verum quæ
rumvis vilissimum, & despiciatissimum; etiamque peccatum, quod
omnium malorum maximum est. Hoc autem plane conuincit non
recte ab una ad alteram potentiam paritatem desumis: hinc potest
dici Deum non posse moueri ad amandum ex bonitate finita: quia
ratio postulat infinitam maiestatem non moueri ad amandum ex
motivo, quod potest non amari; & quod amare perfectio simpliciter
citer simplex non est: & etiam quia Deus non potest capere gaudium
ex bono created. At vero cum cognoscere sit perfectio simpliciter
simplex, & cognoscere rem creatam in se ipsa, sit etiam perfectior
quia est peculiaris claritas, & hoc non sit capere gaudium, aut vo-
luptatem de creatura, non est ratio quare Deus non possit cognos-
cere creaturam in se ipa. Licet eam propter se amare non valeat.

64. Alia argumenta opponuntur contra hanc conclusionem, quæ
solù militant adversus assertiones totam creaturarum possibilitatē
desumi, non ab ipsis creaturis, sed à Deo, ita ut Deus, & creaturas
in esse possibiliū constituant, & actus affirmantes earū possibilitatē
formaliter verisificet. Verum cù nos constanter teneamus possibili-
tatem

Fatē rerum ab ipsis rebus possibilibus indistinctā esse, & consequēter, ipsas creaturas habere in se ipsis veritatem obiectuam, non te memur his argumentis facere satis: imo censeo ea argumenta effica cia esse. Verum eorum vis non mihi suadet quod contendunt: nimur Deum non cognoscere creaturem in se ipsis; sed potius falsitas huius consequentis me inter alia conuincit ad negandū antecedens, ex quo deducuntur: videlicet creaturem, nec à se ipsis possibiles, neque intrinsecam obiectuam veritatem habere.

QUÆST. VI.

De cognitione Divina unius in alio.

TRIA quaeruntur in hac controvērsia. Primum: An Deus cognoscat unum prædicatum Diuum in alio? Secundum: An cognoscat creaturem in se ipso? Tertium: An cognoscat se in creaturis? De his igitur in hac quæstione nobis agendum est.

SECT. I.

Vtrum Deus cognoscat unum prædicatum in alio?

Drum in sua essentia cognoscere quidquid cum ea realiter identificatur, videtur communiter leponi. Fateor ita authores afferere, dum sub his terminis proponitur quæstio. Verum in tractatu de Trinitate inquiritur ex quoru[m] cognitione procedat Verbum, aliter, & aliter authores circa hanc quæstionem sentire videntur. Cū enim alij dicant Verbum procedere ex sola cognitione essentiæ, vt Scotus. Alij ex cognitione essentiæ, solius primæ personæ, vt Puteanus, & alij, quos refert Arrubal. Alij ex cognitione primæ, & secundæ Personæ, non autē tertiae vt P. Vazquez. Alij denique ex cognitione omniū, quæ realiter sunt in Deo, cū inquit, hoc sit sententiæ varietas, videtur etiā hos authores distinguere virtualiter intrinsece diversas cognitiones in Deo: v.g. loquamur de sententia Scotti afferentis Verbum solum procedere per se ex cognitione essentiæ. In hac, inquit, sententia videtur dicitur Pater intelligatur producens Filium, esse in Deo scientiam, & cognitionem essentiæ;

non autem esse in eo signo scientiam personarum; quia non dum personæ intelliguntur. Ergo iuxta hanc sententiam Scientia personarum non est virtualiter scientia essentiæ, quæ datur in primo signo: nam, si esset virtualiter eadem, ex ea procederet Verbum, Verbumque procederet ex cognitione personarum. Ergo Deus non cognoscit personas usque ad signum, in quo existunt. Ergo quia solum cognoscit eas in se ipsis: non autem in essentia: si enim eas cognosceret in essentia, cognosceret in primo signo, in quo cognoscitur essentia.

2. Non deerunt fonsan, qui conciliare tentent Deum in essentia Personalitates cognoscere, ita, ut nulla sit in Deo scientia essentiæ, quæ non sit etiam cognitio Personarum in essentia: & etiam Verbum non procedere per se ex scientia personarum: quia existit Verbum Divinum dici procedere per se ex cognitione eorum obiectorum, quæ ipsum loquitur; & ex alio capite teneant Verbum non loqui omnes personas: & ideo dici non procedere per se ex cognitione omnium personarum: quia ly per se solum denotat Verbum non loqui, nisi essentiam. Cæterum, quidquid sit de hac difficultate processionis Verbi, placuit hoc notare, cum quia omnia fere argumenta, quæ contendunt Verbum non procedere ex cognitione huius, vel illius obiecti; pariter probant Deum pro primo signo non cognoscere personas in essentia. Tum etiam ut appareat non omnino certum esse Deum in sua essentia personali- tates cognoscere. Hoc magis consilabit solutione argumentorum.

3. Sitergo nostra conclusio. Deus cognoscit in sua essentia omnia sua prædicata. Probatur. Omnia prædicata Divina, quantumvis virtualiter intrinsecè, imò si velis, formaliter ex natura rei distincta ab essentia, realiter tamen, & verè, cum essentia identificantur. At in essentia cognoscuntur omnia cum ipsa realiter necessario identificata. Ergo omnia prædicata necessaria Dei cognoscuntur in eius essentia. Maior est de fide, & consequentia legitima. Minor etiam facile ostenditur. Id cognoscitur in essentia, quod essentia demonstrat, & ostendit. Sed essentia obiective demontrat quidquid cum ea realiter necessario identificatur. Ergo in essentia cognoscuntur omnia, quæ cum ipsa identificantur. Probatur minor. Identitas, ut talis, ostendit extrema realiter identificata. Sed essentia se ipsa est identitas cum omni prædicato, cum quo identificatur. Ergo essentia ostendit omne prædicatum, cum quo realiter identificatur. Licet hæc conclusio videatur omnino certa; nihilominus adversus illam...

4 Ob. Pro signo, pro quo intelligitur essentia in Patre, seu pro primo signo essentia, non datur identitas essentia cum Filiatione, neque determinatio essentia ad identitatem cum Filiatione. Ergo, licet cognoscatur essentia secundum omne, quod habet in signo essentia, non demonstrat Filium: siquidem etenus posset demonstrare Filium, quatenus demonstraret aliquam identitatem cum Filio, vel saltem determinationem ad eam identitatem. Antecedens probatur. Pro signo essentia non intelligitur Filius, cum prius intelligatur Pater constitutus per essentiam, & Parernitatem, quam existat Filius. Ergo non intelligitur identitas. Probo hanc consequentiam. Pro signo, pro quo intelligitur unum esse aliud, intelligitur unum, & aliud identificari inter se. Ergo pro signo, pro quo non intelligitur utrumque extreum, non intelligitur unum esse aliud, & consequenter non intelligitur identitas. Si ergo pro signo essentia, nondum intelligitur Filius, neque intelligetur identitas essentia cum Filio.

5 Deinde neque intelligitur in essentia secundum se determinatio ad identitatem cum Filio. Nam haec determinatio sub alio nomine est ipsa identitas; nam identitas nihil aliud est, quam determinatio formalis, ut unum sit aliud. Ea ergo ratione, qua non intelligitur in signo essentia identitas cum filio, neque intelligi potest determinatio formalis, ut essentia sit Filius. Alia autem determinatio in essentia ad identitatem, praeter determinationem formalem, non videtur excogitabilis. Si ergo non intelligitur in signo essentia determinatio formalis, qua sola potest reperiri, nulla prorsus determinatio ad identitatem cum Filio erit in essentia secundum se considerata.

6 Respondeo essentiam Diuinam secundum se consideratam esse identitatem sui cum Filio, non identitatem pro omni signo, sed identitatem pro signo Filii; sicuti in sententia multorum decretum Diuinum ab aeterno existens, est creatio rei in tempore: ita, ut Deus ab aeterno sit per illud decretum creans Angelum, non pro aeternitate, sed pro tempore determinato. Hac ipsis ratione essentia est identitas sui cum Filio: non utique identitas, qua identificet pro omni signo. Sed qua identificet pro signo congruentia.

7 Aliter etiam, & forsitan melius responderi potest. Essentiam se ipsa esse identitatem sui cum Filio, esseque identitatem pro signo essentia; nos tamen identitatem pro uno signo exigere extreum identificatum esse pro illo signo. Quem admodum cuius

incommuniori sententia actio existit in signo priori ad terminum productum, & tamen in signo actionis, & actio producit terminum, & terminus pro illo signo habet denominationem producti, non tamen denominationem existentis: ita pariter identitas essentiae cum Filio consistens in ipsa essentia, ut virtualiter distincta à Filiatione, in suo signo identificat essentiam cum Filio existente pro signo sequente: quia identitas realis, quæ non est etiam identitas virtualis, non petit extrema identificata esse simul naturam, sed solum esse simul durationem.

8. Sed instabis: identitas extremitorum est idem, non solum realiter, verum etiam formaliter, cum extremis, quæ per ipsam identificatur. Sed cum identitate formalis non sit diversitas signorum. Ergo nequit identitas essentiae cum Filio esse in signo, in quo Filius non sit. Respondeo negando minorem: nam quodlibet extrellum distinctum virtualiter ab alio, adhuc, ut ita distinctum virtualiter, habet identificari realiter cum illo, qua propter, ut ita distinctus, habet in se ipso, formaliter identitatem cum alio extremo, à quo virtualiter distinguitur. Etenim sicut datur duplex identitas realis: alia pure realis, alia etiam virtualis, videlicet, quæ excludit oppositionem prædicatorum, ita similiter est duplex identitas formalis, seu mentalis: alia vi cuius unum sub tali conceptu apparet necessario identificatum realiter cum alio; alia que sub tali conceptu apparet, ut idem realiter, & virtualiter, seu ut excludens omnem oppositionem prædicatorum. Hæc secunda est simpliciter loquendo identitas formalis; illa vero prima, solum est identitas realis. Secundum quid. Igitur identitas realis, ut talis non apparet necessario, ut identificata realiter, & virtualiter, cum extremis cum ipsa identificatis, obique non omnis identitas realis sub conceptu identitatis realis, identificatur similem formulariter cum extremis.

9. Sic secunda conclusio. Deus non solum in essentia cognoscet alia prædicata, verum in quodlibet eorum, cum essentiam, cum quilibet alia prædicata cognoscit v. g. Deus non solum in sua essentia cognoscit attributa, & relationes, verum in omnipotencia (adhuc data suppositione, quod virtualiter ab essentia distinguatur) cognoscit essentiam, alia attributa, & relationes: & in Paternitate alias relationes, attributa, & essentiam, Ita ut in quolibet prædicato Diuino reliqua omnia Deus necessario cognoscatur. Probatur hæc conclusio eadem ratione, qua superior probata est. Id cognoscit Deus in aliquo obiecto, quod prædi-

Num obiectum exhibendo se intellectui manifestat. Sed quodlibet prædicatum Diuinum, dum se exhibet intellectui Diuino cognoscendum in se ipso perfectissime, ut iam probatum est, ostendit eidem intellectui Diuino veritatem, & existentiam aliorum prædicatorum Dei. Ergo in quolibet prædicato Diuino cognoscuntur reliqua alia prædicta. Maior est iam probata, & consequentia est legitima. Minor probatur facile. Quodlibet obiectum, dum ostendit identitatem sui cum aliquo, ostendit illud aliquid: cum identitas, ut talis cognosci nequeat sine illo, cuius identitas est. Sed quolibet prædicatum Diuinum, dum obiectum Diuino intellectui perfectissime illud cognoscendi, ostendit intellectui Diuino identitatem sui cum reliquis prædicatis diuinis, siquidem cum illo se ipso necessario identificatur. Ergo quodlibet prædicatum Diuinum, dum se exhibet intellectui Diuino cognoscendum perfectissime, ostendit alia prædicta Dei.

10 Duplex argumentum huic secunda conclusioni opponi potest. Primum non posse unum, & idem obiectum per eandem virtualiter cognitionem attingi in se, & in alio. Secundum non posse absque infinita reflexione actuam cognosci relationes in essentiis, & existentiam in relationibus. Vtrumque argumentum examinabimus, & soluemus, dum cognitionem Dei in creaturis tradidimus: ibi enim distinctius, & argumenti vis proponitur, & argumento solutio adhibetur.

SECT. II.

Vtrum Deus cognoscat creaturas in se ipso: Pro cuius dubij resolutione aliqua premituntur.

11 **C**reare hanc difficultatem diversas inuenio sententias. Prima absolute negat Deum in se ipso creaturas possibiles cognoscere tanquam in medio demonstrationis, nimirum tanquam in obiecto, quod demonstrat Deo possibilitatem creaturarum: quia nullum prædicatum Diuinum cum creaturarum possibilitate connectitur. Ita fere omnes, qui Deo, negant conexioneum cum possibiliitate creaturarum: quos citatos reperies apud Ribadeneira tract. de Scientia disp. 7. cap. 1. n. 3. secunda absolute docet: Deum in se ipso, ut pote conexo cum creaturis, ut possibilibus, cognoscere creaturas possibiles, ut in medio caru demost-

trantem possibilitem. Ita tenent omnes, qui hanc connexionem defendunt, quos apud eundem Ribadeneira ibidem reperies.

12 Ex authoribus negantibus Deo cognitionem creaturarum in se ipso, ut in medio demonstratio, fere nullus est, qui in aliquo sensu non concedat Deum creaturas in se ipso cognoscere: quæ conclusio aliter, & aliter explicatur à suis authoribus. In hoc tamen omnes conuenire videntur: videlicet Deum ex cognitione sui præcise determinatum esse ad cognoscendas creaturas; noui quidem determinatione omnino absoluta, sed determinatio quasi conditionata, pro casu, quo creaturæ possibiles sint: ita, ut data creaturarum possibilitate: iam pro tali casu, non solum inferatur cognitione creaturarum ex repugnantia in Deo aliquid ignorandi. Sed ex eo quod Deus cognoscat se ipsum: quia Deum se ipsum cognoscere necessitat ipsum, ut creaturas cognoscat eo ipso quod possibiles sint, ita, ut, data possibilitate creaturarum, ipse Deus ut cognitus, titulus sit ad creaturarum possibilitatem cognoscendam.

13 Hac determinatio varie explicatur; nam aliqui volunt Deum in casu possibilis creaturarum eas cognoscere in sua essentia. Ita Scotus: qui quidem diversimode à varijs explicatur. Alij volunt Deum cognoscere creaturas in se ipso, ut speculo, & specie expressa: quodquidem nequit congrue explicari, nisi a serendo Deum cognoscere creaturas in se ipso, ut in formaliter presentatione. Alij tenent Deum cognoscere creaturas in se ipso, tanquam in specie. Nam omnipotens, ut coniuncta cum intellectu, gerit munus speciei impressæ in ordine ad cognitionem creaturarum. Alij censem omnipotentiam ad eam cognitionem determinare, quia, possita possibilitate creaturarum, iam creaturæ, ut possibiles, pertinent ad omnipotentiam, ut illius obiectum, & omnipotens nequit omnino perfecte penetrari, quin cognoscatur quidquid ad illam qualibet ratione spectat: siquidem omnipotencia debet determinare Deum ad cognitionem omnino perfectam, & omnipotentiæ penetratiuum: cognitione autem perfecta, & penetrativa attingere debet quidquid pertinet ad suum obiectum. Deinde Ripalda, & Albiz expeditius, & clarius in hac difficultate opinantur; afferunt enim Deum esse indiferentem ex se ad possibilitem, & impossibilitem creaturarum: semel tamen data possibilitate, iam Deo inesse aliquam denominationem adæquate intrinsecam ipsi Deo, quæ est denominatio potentis absolute producere creaturam. Deus ergo, iuxta hos authores, dicitur cognos-

noscere creataras possibiles in se ipso: nō quidem in se, vt anteuerant
tente hanc intrinsecam denominationem; sed in se ipso, vt iam
adæquate intrinsecè denominato in esse absolute potentis produ-
cere creaturam. Licet enim Deus secundum se præcise, in conne-
xus sit cum possibilitate creaturarum; attamen reduplicative, vt
intrinsecè adæquate denominatus in esse potentis absolute pro-
ducere creaturas, connectitur intrinsecè, & essentialiter cum earū
possibilitate: consequenterque est medium demonstratiū illius.
Vide Ribad. loco citato, ubi accurate, & Authores refert, & eog-
rum sentiam examinat.

14. In primis aduertendum est genuinum, & proprium sensum
huius quæstionis esse: utrum creaturæ cognoscantur in Deo.
secundum prædicata necessaria ipsi considerato. Hoc notare pla-
cuit propter sententiam, quam supra retulimus ex Albiz, videlicet
data possibilitate creaturarum, aduenire Deo denominatio-
nem adæquate intrinsecam potentis absolute producere: in qua
denominatione Deus possilitatem creaturarum cognoscit: hæc
namque cogitatio ad rem præsentem nou est: non enim queri-
mus: an creaturæ cognoscantur in Deo, vt induente aliquam de-
nominationem intrinsecam Deo contingentem, & cum possibili-
tate connexam; sed an cognoscantur creaturæ in Deo secundum
se accepto, & secundum prædicata ipsi omnino necessaria consi-
derato.

15. Quid autem sentiendum sit de veritate huius sententia-
Magistri Albiz, breuiter dicam. In primis cens: o satis hac ratione
saluari authoritates Dionisi, & aliorum Patrum afferentium
creaturas cognosci in Deo: quia ipsi nō dicunt cognosci in Deo,
secundum prædicata ipsi omnino necessaria considerato. Quam-
obrem opus non est, vt Patrum authoritati consulatur, afferere
Deum, quatenus est ex se, & secundum sua prædicata necessaria,
connecti intrinsecè, & essentialiter cū creaturarum possibilitate.

16. Dico secundo. Si semel adstruatur, intellecta creatura-
rum possibilitate contingente Deo, intelligi in Deo, quandam de-
nominationem intrinsecam Deo adæquate virtualiter, ipsi de fe-
ctibilem. Si hoc, inquam, afferatur, consequenter etiam dicetur,
eam denominationem esse modū aptum ad demonstrandum crea-
turarum possilitatem, siquidem hæc denominatio, vt talis, in-
trinsecè, & essentialiter connectitur cum ea possibilitate: id autē,
quod cum possibilitate intrinsecè connectitur, non potest non
esse medium aptum ad eam possilitatem demonstrandum.

17. Dico

17 Dico tertio: falso mihi esse dari in Deo eam denomi-
nationem ipsi contingentem: tum quia ex ultimo Deum ex se, & ex
suis prædicatis intrinsecis, & necessarijs, esse virtutem absolutam;
non autem pure conditionatam, ad producendas creaturas: tum,
quia, secundum dato non esse ex se virtutem absolute productivam: ut,
adveniente possibilitate, virtus absoluta sit, opus non est aliqua
formalitate intrinseca virtualiter defectibili; sed sufficit ipsa rei
possibilitas; nam esse virtutem absolute productivam est deter-
minatio ab ipsa creaturarum possibilitate proueniens, verum de
hoc alibi.

SECT. III.

Nostra Sententia.

18 H Ac igitur reiecta sententia, sit prima nostra conclusio:
Si semel adstruatur Deus inconnexus cum creaturarum
possibilitate, creature nequeunt illa vera ratione cognosci in
Deo, ut in obiecto formali, secundum se, & secundum sua prædicata
necessaria considerato, adhuc data possibilitate creaturarum.
Probatur hæc conclusio. Cognoscere creature in Deo, ut in obie-
cto formalis in casu possibilis creaturarum, est quod in casu
possibilitatis creaturarum appareat in Deo aliqua ratio obiectiva
demonstrans possibilitem creaturarum. Sed, si Deus sit inconne-
xus cum possibilitate creaturarum, adhuc data creatura-
rum possibilitate, non apparet in Deo aliqua ratio obiectiva de-
monstrans possibilitem creaturarum. Ergo, si Deus sit inconne-
xus cum possibilitate creaturarum, nequeunt cognosci creature
in Deo, ut in obiecto formalis, adhuc data creaturarum possibili-
tate. Discursus legitimus est. Probo maiorem, postea minorem
probaturus.

19 Obiectum formale assensus certi, & omnino securi, de
quo modo loquimur, est id, quod mouet ad assentiendum, seu id,
quod exhibendo se intellectui, exhibet motuum, & rationem sua-
dentem certo, & secure ad assensum obiecti iudicati propter ip-
sum ita ut in obiecto formalis innatur securitas, certitudo, & sic
mitas assensus obiecti materialis. At qui hoc non aliter fit, nisi ap-
parente in obiecto formalis aliqua ratione obiectiva demonstran-
te veritatem obiecti materialis, cui præstatur assensus: siquidem
viximus non mouet obiectum ad assensum alterius, nisi ostendendo.

& demonstrando veritatem alterius. Ergo cognosci creaturas in Deo, ut in obiecto formalis in casu possibilitatis creaturarum, erit quod in casu talis possibilitatis appareat in Deo aliqua ratio obiectiua demonstrans possibilitatem creaturarum.

20. Iam vero minor superioris syllogismi, videlicet talem rationem non apparere in Deo, adhuc in casu possibilitatis, probatur. Adhuc data possibilitate, quidquid appetit in Deo secundum prædicata ipsi omnino necessaria, supposita inconnexione Dei cum possibilitate creaturarum, est indifferens ad possibilitatem, & repugnantiam creaturarum. Sed nihil indifferens ad possibilitatem, & non possibilitatem, demonstrat possibilitatem potius, quam impossibilitatem creaturarum. Ergo, si Deus sit inconnexus cum possibilitate creaturarum, adhuc data creaturarum possibilitate, non appetit in Deo aliqua ratio obiectiua demonstrans possibilitatem creaturarum.

21. Confirmatur hic discursus præcauendo elusionē. Quædo dicitur Deus demonstrare obiectiue possibilitatem creaturarum pro casu possibilitatis, siue calu, quo detur possibilitas, vel hæc demonstratio est conditionata ex parte obiecti, & absoluta ex parte actus, vel est conditionata ex parte actus, & absoluta ex parte obiecti: hoc est, vel absolute habet solum demonstrare hanc veritatem conditionatam. Si detur possibilitas dabitur possibilitas, vel ita se habet, ut, licet modo non demonstrari possibilitatem, si tamen detur possibilitas, demonstrabit absolute dari eam possibilitatem: non enim potest aliter intelligi demonstrare possibilitatem pro casu possibilitatis, nisi aliquo ex his modis. Sed nullo ex his modis potest componi difficultas præsens. Ergo iuxta hanc doctrinam nequit cōponi. Probo minore per partes.

22. In primis non componitur difficultas afferendo Deum solum demonstrare obiectiue possibilitatem, quatenus præcise habeat demonstrare absolute illam veritatem conditionatam. Nam præterquam quod difficile admodum est Deum inconnexum cum possibilitate creaturarum connectum hac veritate, eaque ostendere. Si detur possibilitas, dabitur possibilitas: etiam admissio hoc, non evanescat præsens difficultas. Nam, si solum hoc concedatur Deo etiam data possibilitate, hoc duntaxat demonstrabit Deus obiectiue. Si detur possibilitas, dabitur. At demonstrare hoc solum, non est demonstrare dari de facto possibilitatem. Ergo non sufficit prædicta explicatio ad saluandum, in casu possibilitatis in Deo cognosci possibilitatem creaturarum.

23 Deinde nequit dici Deum ita ostendere conditionate ex parte actus, & absolute ex parte obiecti possibilitem, ut si daretur possibilis, tunc ostenderet obiectiuem Deus absolute possibilitem. Nam, dato casu possibiliteatis, non apparet in Deo aliud praedicatum intrinsecum praeter ea, quae apparerent in casu non possibiliteatis, in quo videat possibiliteatem. Tum: quia hoc est sit incidere in sententiam Magistri Albiz, quam supra reiecamus. Tum quia hoc est extra rem presentem: cum iam Deus non cogi nosceret possibilitem in se ipso secundum necessaria consideratio, sed in se, ut contingenter denominato, in quo sensu non loquimur. Ergo nihil ostenderet Deus obiectiuem in casu possibiliteatis, quod non pariter ostenderet, & manifestaret in omni casu. Probo hanc consequentiam. Quando idem omnino obiectum, & eadem omnino claritate videtur; idem omnino ostendit, & demonstrat obiectiuem. Sed Deus idem omnino realiter, & virtualiter videtur a se ipso, & eadem omnino claritate in casu possibiliteatis, ac in casu impossibiliteatis: ergo idem omnino ostendit obiectiuem, & demonstrat Deus in uno casu, ac in alio. Cum igitur in omni casu appareat ut indifferens ad possibilitem, & impossibilitem, in nullo casu ostendet magis possibilitem, quam impossibilitatem.

24 Quod autem cognitio, quatenus cognitio Diuina, haec beat à Deitate, quod, si creaturae sint possibles, debeat se ad eas extendere: hoc solum probat scientiam Dei ex praedicto infinitatis id habere: non tamen Deum in se ipso inuenire rationem obiectiuam assentiendi possibilati, potius quam impossibilitati, cum semper Deus secundum sibi intrinseca appareat indifferens ad utrumlibet.

25 Nec satis faciunt alii, qui dicunt non requiri, ut unum cognoscatur in alio, quod id, in quo aliud cognoscitur, connectatur intrinsece, & essentialiter, cum eo, quod cognoscitur in illo; sed sufficere unum ad aliud referri, ut terminus relationis cognoscatur in eo, quod se ipso refertur ad talern terminum. Hac ratione censem in cognitione representante Petrum v. g. posse cognosci Petrum, quia, licet representatione non connectatur physique, & realiter cum Petro representato; refertur tamen cognitio se ipsa ad Petrum: & hoc sufficit, ut nequeat perfectè cognosci representatione incognito Petro, & consequenter sufficit, ut Petrus cognoscatur in praedicta representatione.

26 Hac solutio non satisfacit. Nam, dum dicitur representa-

sen-

sentatio se ipsa relata ad Petrum non connecti intrinsece, & essentialiter cum Petri prædicatis, vel id dicitur in sensu, quo Ribade-neita dicit Deum non connecti cum creaturis possibilibus, licet connectatur cum eo quod creaturæ non repugnent, & consequen-ter quod creaturæ sint indistinctæ a se ipsis, vel in sensu, in quo cō-munitet alij dicunt Deum non connecti cum creaturis, quatenus videlicet assertunt Deum non connecti cum eo, quod creaturæ potius possibles, quam repugnantes sint, ita ut Deus neque connectatur cum creaturis possibilibus secundum esse proprium, nec cū creaturarum vera aliqua possibilitate.

27 Si negatio connexionis intelligatur primo modo, non est ad rem præsentem: quia modo solum assertimus, ut creaturæ cognoscantur in Deo, requiri Deum connecti cum eo, quod crea-turæ possibles sint, & quelibet sit id, quod est, & non aliud, siue hæc possibilitas creaturæ, & indistinctio cuiuslibet creaturæ a se ipso, sit ab ipsa creatura indistincta, siue potius distincta realiter. Quod vero repugnet Deum se ipso constituere creaturas possibi-les, & tamen non connecti cum ipsis creaturis possibilibus secun-dum esse proprium, infra videbimus, dum rerum futuritionem, quam accuratissime explicuerimus.

28 Siautem negatio connexionis intelligatur secundo mo-do, quatenus videlicet assertur id, quod refertur ad aliud, non cōnecti cum illo, adhuc reduplicative ut determinato ad suæ prædi-cata; ita ut id, quod refertur ad Petrum indifferens sit, quatenus est ex se, ut Petrus repugnet, vel non repugnet, habeat hæc, vel illa prædicata: si, inquam, hac ratione intelligatur inconnexio, ex du-pli capite mihi displicet prædicta solutio.

29 Primo: quia difficultate non caret cognitionem v. g.^o referri ad Petrum, & non ad equum: & non connecti intrinsece, & essentialiter cum distinctione Petri ab equo; siue hæc distinctio sit ipse Petrus, siue aliquid aliud à Petro distinctum. Ergo difficile supponitur, dum dicitur sufficere relationem, & non requiri connexionem ad cognoscendum unum in alio supponendo pos-se reperiri relationem absque via proflua contexione. Ante-cedens probatur. Cognitio Petri se ipsa verificat has duas pro-positiones. Petrus cognositur per cognitionem A. Equus non cog-nosetur per cognitionem A. Sed hæc duas veritates inferunt hanc tertiam. Petrus non est equus. Ergo hæc cognitio se ipsa infert Pe-trum non esse equum. Consequentia est bona. Et maior certa. Si qui-dem cognitio respondens huic termino Petrus se ipsa est repræse-

tatio Petri, & consequenter se ipsa constituit Petrum in esse repræsentati, & cogniti. Deinde, cum cognitio nihil posse repræsentare, nisi quod se ipsa repræsentat, & se ipsa non repræsentet equum, si se ipsa habere non repræsentare equum, consequenter que verisificare hanc propositionem. *Equus non cognoscitur per cognitionem A.*

30 Quod vero ex his propositionibus inferatur Petrum non esse equum, ostenditur hoc syllogismo in Festino. Nullus equus est cognitus per cognitionem A, Petrus est cognitus per cognitionem A. Ergo Petrus non est equus. Deinde, si non esset bonus prædictus syllogismus, posset esse falsum consequens, & verum eius contradictorium: nempe Petrus est equus, & etiam equus est Petrus. Ex quo iterum ostenderetur falsam esse illam propositionem: *Equus non est cognitus, & consequenter verum eius contradictorium; neque equus est cognitus.* Quod quidem probaretur eodem argumento, quo rejecimus præcisiones obiectivas. Videlicet, *Petrus est cognitus, equus est Petrus.* Ergo *equus est cognitus.* Hoc dixerim, tu, vt ostendam asserentes repugnare præcisiones obiectivas, non posse id affirmare, nisi simul defendant quanlibet cognitionem connecti cum eo, quod suum obiectum sit quod est, & distinguatur ab eo, quod non est, & vt inde constet sententiam adhuc tentem relationem transcendentalem sine connexione vila, eisdem patere in commodis, eisdem imperi argumentis, quibus pater, quibusque impeditur sententia de præcisionibus obiectivis. De quibus argumentis modo iudicium non fero: omilia igitur hac impugnatione memorata solutionis.

31 Secundo, & potissimum displicet prædicta solutio: quia, quantumvis unum extrellum referatur ad aliud, nihilominus, si eam illo non connectitur, quantumvis videatur clare, omninoque penetretur, non potest ostendere aliud, mouendo ad illius assensum: nam dari id, quod ex prædicatis intrinsecis referunt ad aliud, v. g. dari cognitionem respondentem haic termino *Petrus* relationem repræsentative ad Petrum, dum semel supponatur prædicata cognitionem indifferentem esse ad possibilitatem, & repugnantiam Petri, qui penetrat eam cognitionem, solum poterit duci ad simplicem apprehensionem Petri, non tamen ad assensum. Apprehendet quidem Petrum, quia relatio, ut talis non potest attinigi, penitus intacto termino, non tamen ex vi relationis iudicat an Petrus sit possibilis, vel potius repugnans; quia quod est a quo in differens ad utrumlibet, non potius persuadet unum, quam alterum.

rum. Pariter ergo in nostro casu. Si Deus afferatur relatus ad creaturas; non tamen cum earum possibilitate connexus, Deus, ut obiectum determinabit ad simplicem apprehensionem creaturarum; non tamen poterit persuadere esse potius possibles, quam chymaticas. Si tamen nomen simplicis apprehensionis fugere velis, dicito Deum te videndo, iudicare de creaturis esse terminum relationis. Divina: aliad vero ex vi illius cognitionis minimè iudicare: quia pro signo essentia Diuinæ nihil aliud de creaturis vere iudicabile est.

32 Sed dices: omnipotens Diuina determinat obiectum iūe Deum, ut eam perfectissime comprehendat. Sed perfecta comprehensio omnipotentis debet cognoscere id, quod eam constituit in esse absolute potentis: cumque in casu possibilis, possibilitas creaturarum constituat omnipotentiam in esse absolute potentis producere creaturas: hinc deducitur omnipotentiam in casu possibilis determinare obiectum Deum ad cognoscendam huiusmodi creaturarum possibilitem.

33 Huic argumento potest responderi dupliciter. Primo: comprehensionem non dicere in suo conceptu cognitionem eorum, quæ omnino extrinsece se habent ad obiectum comprehendendum: consequenterque negata Deo connexione cum creaturis ut possibilibus, negari debere, opus esse ad comprehensionem omnipotentis cognoscere denominationem ipsi omnipotentis extrinsecam potentis absolute producere creaturas. Secundo: respondeo: dato quod comprehensione dicat cognitionem, etiam eorum, quæ extrinsece se habent ad omnipotentiam; in hoc, inquam, eas falsum esse Deum obiectum determinare ad cognitionem comprehendendam, vel unde quaque perfectissimam: solum enim omnipotencia obiectum determinat ad cognitionem perfectissimam, prout tendentem ad omnia intrinseca omnipotentis: adhanc vero perfectionem extensuam, non determinat obiectum, cum non ostendat rationem assentiendi alijs veritatibus. Vnde sit determinacionem Diuinam ad se comprehendendum, prout comprehensione se extendit ad extrinseca; non esse à Deo in ratione obiecti, sed à Deo, ut infinitè perfecto in ratione cognoscitiui.

34 Sed teplacabis. Dens obiectum, & in ratione obiecti determinat ad cognitionem, quæ ipsi debetur titulo obiecti perfecti in ratione talis. Sed perfectissimo obiecto debetur perfectissima cognitione exprimens quidquid ad tale obiectum pertinet, siue intrinsecum, siue extrinsecum. Ergo Deus obiectum in ratione obiecti perfectissimi,

determinat ad cognitionē exprimētē quidquid spectat ad Deum, siue intrinsecē, siue extrinsecē. Ergo determinat ad cognoscendā possibilitatē creaturarū, ut pote spectantem ad Deum extrinsecē.

35 Respondeo concedendo maiorem, & negando minorem: nam obiecto perfectissimo, titulo obiecti solum debetur cognitionis illius veritatis, quam ipsum obiectum suadet, dum se secundum sua intrinsecā ostendit. Cum autem obiectum quodlibet, quantumvis perfectissimum, per ostensionem sui non suadeat id, ad cuius defectum est indifferens: hinc sit nulli obiecto deberi, titulus obiecti, cognitionem veritatis illius omnino contingentis. Fatorum Deum ex esse determinatum ad cognoscendum omnes obiectum cognoscibile, verum haec determinatio non est in genere obiecti cognoscibilis, sed in genere principij cognoscitivū.

36 Restat iam absolutē determinare an Deus cognoscat creaturas in se ipso? Deum cognoscere in se ipso creaturas, communiter probatur auctoritate Patrum Dionisi, Ambrosii, Augustini, & aliorum qui quidem dicunt Deum unico complexu primā causā creaturas omnes cognoscere. Ita loquitur Dionisius supra citatus: ita etiam videntur loqui alii Patres, quos allegant communiter authores. Verum, ut supra monui, haec auctoritates non probant conclusionem in sensu à nobis intento. Nos enim non querimus: utrum Deus cognoscat in se ipso, ut cumque creaturas? Sed an Deus cognoscat creaturas in se ipso secundum sua prædicata ipsi necessaria considerato? Quod vero, sine illa alia distinctione cognoscat Deus creaturas in se ipso, sufficienter salvatur, si, cum Albiz, & alijs, dicamus Deum, quatenus est ex se, & secundum sua prædicata, esse intrinsecē inconnexum cum creaturarum possibiliitate. Verum, posita, & intellecta creaturarum possibiliitate, advenire Deo contingenter virtualiter denominationem adæquate intrinsecam potentis absolutē producere creaturas, in hacque denominatione, siue in Deo, ut ita intrinsecē adæquate denominato, cognoscere creaturas possibles: quod quidem sufficit, ut dicatur Deus cognoscere creaturas in se ipso, & in sua essentia: non quidē in sua essentia præcisē considerata secundum necessariā, sed in sua essentia, ut in esse absolute potentis adæquate intrinsecē denominata.

37 Authoritas Dionisi, quæ ut magis efficax, & clarior allegatur, hanc subiit minime violentam interpretationem. Nam ait Deus cognoscere creaturas unico causa complexu. Si ergo Deus in esse causa absolutē potentis constituitur per eā denominationē;

cognosci creaturas in Deo unico causa complexu, facile potest dici esse cognosci creaturas in Deo ut causa absoluta constituta intrinsecè per eam denominationem. Nec est vnde probetur Dio-nisium loqui de causa conditionate causa, & non de causa ab solida-tate tali; & intrinsecè, licet contingenter virtualiter, in esse talis co-stituta: siquidem hac ratione verificatur cognosci creaturas in Deo, ut in motu formaliter adæquato.

38 Confirniatur hoc ex sententia Thomistarum: qui quidem, ut saluent etiam creaturas existentes cognosci in Deo, nulla que ratione creaturas, ut distinctas à Deo, cognosci in se ipsis, (ne dicatur aliquid finitum, & limitatum, esse obiectum formale, vel terminarium Diuinæ intellectio[n]is) recurrunt ad dictum Di-uinum contingenter adueniens Deo. Vt ergo existimant sufficien-titer saluari cognosci creaturas ut existentes in Deo, quia cognos-citur in Deo, ut intrinsecè adæquate denominato in esse decernē-tis. Car similiiter non saluabitur cognosci creaturas possibiles in Deo, eo præcisissime, quod cognoscantur in Deo, ut denominato in-trinsecè adæquate in esse potētis absolute producere creaturas?

39 Ob hanc rationem existimo non aliter posse probari creaturas cognosci in Deo secundum sua prædicata necessaria considerato, nisi efficaciter ostendendo Deum secundum se accep-tum cum creaturarum possibilitate intrinsecè, & essentialiter con-necti. Verum cum ab hac questione modo abstinentur existimē, sufficiat modo assertere Deum cognoscere in se, secundum sibi ne-cessaria considerato creaturas possibiles casu, quo cum iis con-nectatur essentialiter; secus vero si ab eorum possibilitate sit abso-lutus, utriusque partis huius conclusionis probationem dedimus supra.

SECT. IV.

Vtrum Deus cognoscatur in creaturis?

40 R Espondeo affirmatiuē; & probatur conclusio. Cognosce-re vnum in alio v. g. B. in A. est quod A exhibendo se in-tellectu, ostendat veritatem alterius extremi, nempe B. Sed crea-tura, dum se exhibet intellectui Diuino, ostendit veritatem essen-tiæ, & existentiæ Dei. Ergo Deus cognoscetur in creaturis. Con-sequentia est bona, & major certa, iuxta explicationem supra da-tam. Minor probatur. Omne extrellum conexum cum alto, dum



objicitur intellectui sicuti est, ostendit eidem intellectui aliud extreum, cum quo connectitur, ea ratione, qua est terminus illius connexionis. Sed creatura, & representatur intellectui Divino, scilicet, & connectitur essentialiter cum essentia, & existentia Dei ex predicto creatura. Ergo creatura, dum se exhibet intellectui Divino, ostendit veritatem essentiae, & existentiae Dei. Consequenter est legitima, & maior videtur certa: quia connexum, ut connexum cum alio, ostendit rationem assentiendi alteri; nempe suam intrinsecam connexionem: ostendere autem rationem assentiendi alteri, est ostendere veritatem alterius.

41 Respondebis negando Deum cognosci in creaturis: quia, licet creaturæ connectantur intrinsece, & essentialiter cum Deo; cum tamen per eandem virtualiter cognitionem cognoscatur Deus, & se, & creaturas in se ipso: si iterum Deus cognosceretur in creaturis, iam Deus iterum cognosceretur, & haec cognitio reflexeretur ad cognoscendum in creaturis Deum cognitum in se ipso: immo rursus in Deo reflexe cognito, attingerentur creaturæ, & iterum Deus: infinitaque, & in perceptibili reflexione unius obiecti ad alterum, praedictus actus implicaretur. Quam obrem autores huius solutionis respondent non sufficere, ut unum cognoscatur in alio v. g. Deum in creaturis, creaturas cognosci ut connectas cum Deo; sed ulterius requiri hanc ipsam cognitionem non esse cognitionem Dei in se ipso, ne a Deo ad creaturas, & à creaturis ad Deum, & iterum à Deo ad creaturas, & sic in infinitum, quasi reciprocante actu, retrogrado, & irrequieto motu reflectatur.

42 Hac edem doctrina tentant suadere aliqui Deum non cognoscere suam essentiam in attributis, & personalitatibus: quia, cum essentiam cognoscatur Deus in se ipso, & personalitates in essentia. Si iterum essentia cognosceretur in personalitatibus, rursus cognosceretur personalitas in essentia, ut in personalitatibus cognita. Et sic sequeretur infinitus processus reflexionum semper à Theologis, & Philosophis vitandus.

43 Verum haec solutio, & eius doctrina non rei veritati, sed sinistræ immititur apprehensioni. Dicimus ergo Deum per unam virtualiter cognitionem attingere se in se, creaturas in se. ipsius se in creaturis, & creaturas in se ipso: totumque hoc perfici cognitione, qua cognoscit perfectè se, & creaturas mutuam inter se connexionem habentes. Etenim minime opponuntur inter se cognosci in se, & cognosci in alio, nec, vel minime in componibilitate dicimus.

Hic est id ipsum; in quo cognoscitur aliquid, cognosci in ipso aliquo si dico circa omnia supra commemorata optime eidem pro multis virtualiter cognitioni valent competere, quia illa virtualis diuersitas cognitionum, vel infinita reflexio ex predicta doctrina deducatur: quod non multum operose declaratur.

44 Cognosciri in se, ut iam explicatum est, nihil aliud est, quam assentiri obiecto innitendo propriæ veritati, & cognosciri in alio innitendo veritati alterius. Ceterum habere duplex motuum adæquatum assentiendi impossibile non est: immo naturalissime contingere quotidiana demonstrat experientia: nam possumus assentiri alicui obiecto propter testimonium duorum, quorum quilibet seorsim nobis abunde facit fidem: & ideo possumus assentiri alicui obiecto, ita propter duo testimonia, ut ex parte modi assentiendi, in quolibet testimonio sufficientem assentiendi rationem inueniamus. Sub indeque probabitur assensus obiecto propter ea testimonia tanquam propter motu adæquata assentiendi. Ex hoc infertur nos posse assentiri Deo, & creaturis, & assentiendo cuilibet propter se, & etiam propter aliud, tanquam propter motu adæquata.

45 Nec ex inde infertur illa reflexionum infinitas: nam cognosciri Deum in creaturis, & creaturas in Deo, & tam Deum, quam creaturas in se ipsis cognosciri, non ita perficitur, ut cognitione, qua Deus se in se ipso cognoscit, sit virtualiter distincta à cognitione, qua cognoscitur in creaturis, aut cognitione, qua creaturas cognoscit Deus in se ipsis, diuina sit virtualiter à cognitione, qua cognoscuntur in Deo. Ulterius intellectus Diuinus non prius, aut realiter, aut virtualiter, cognoscit obiectum in se, & postea transit ad cognitionem alterius obiecti, quod in primo cognoscitur; sed, ut iam dictum est, quodlibet obiectum in se, & quodlibet in alio, unica perfectissima unitingit cognitione. Ex quo sit, quod, si nomine reflexionis nihil aliud intelligatur, quam cognitione unius obiecti in alio, cognitione Diuina, de qua loquimur, sit cognitione directa, & reflexa cuiuslibet ex his obiectis. Cum autem non per distinctionem virtualiter expressionem cognoscatur se Deus in creaturis ab expressione, qua cognoscit se in se ipso, ideo cum cognoscit se in creaturis cognitis in ipso, non datur alia noua reflexio, sed unico indivisiibili actu totus hic cognoscendi modus transigitur. Vbi autem multiplicitas non est, infinitas reflexionum esse non potest.

46 Fateor posse nostrum imperfectum modum cognoscere

di attingere hanc cognitionem Dixinam, ut cognoscentem creaturas in Deo cognito in se, & rursus eandem cognitionem attingere, ut cognoscentem Deum increaturis cognitis in Deo, & ut cognoscentem Deum increaturis cognitis in Deo cognito in creaturis cognitis in Deo, & sic, sine fine. Hoc tamen solum probat, tum nostrum imperfictissimum cognoscendi modum, tum in nostris expressionibus, magis & magis prae dictam reflexionem exprimentibus, dat infinitatem sine cathegorematicam: hoc est nullam esse cognitionem nostram, ultra quam non possit dari alia magis exprimens cognitionem Diuinam. At vero dari in ipsa cognitione Diuina aliquam reflexionem infinitatem, minime prae dicto, argumento valet conuincere.

47. Ob. primo. Implicat eadem cognitione attungi obiectum directe, & indirecte. Sed cognosci obiectum in se est cognosci directe: cognosci vero in alio est cognosci indirecte. Ergo implicat eadem cognitione attungi idem obiectum in se, & in alio.

48. Respondeo hunc terminum *indirecte* aliter, & aliter accipi posse. Nam potest accipi pro hoc, quod est *cognosci in alio*, seu, ut terminum connexionis alicuius obiecti cogniti in se, vel pro cognitione, qua absolute non cognoscatur obiectum in se, vel pro cognitione, qua ita cognoscatur pure in obliquo, ut nihil affinetur de illo. Vel denique pro cognitione, qua non perfecte, sicut est in se, cognoscatur. Cognosci obiectum indirecte, quatenus praecesse dicit cognosci in alio, seu ut terminum connexionis alicuius cogniti in se, nec dicit imperfectionem, nec excludit eandem cognitionem attingere idem obiectum directe, & in se. At vero cognosci indirecte, sumpto *indirecte* negatiuē per exclusionem positivam cognitionis obiecti in se, pugnat cum cognosci indirecte, similiter cognosci indirecte, prout cognoscit indirecte dicit cognosci, vel pure apprehensive, vel adinodum alterius, repugnat Deo. Cæterum Deus hac ratione, non se cognoscit indirecte.

49. Ob. secundo. Si Deus se cognosceret in creaturis, non se cognosceret in creaturis perfecte intuituē, sed abstractuē. Hoc repugnat. Ergo, & quod Deus se cognoscatur in creaturis. Major probatur. Deus in creaturis solum se cognosceret secundum illa Diuina prædicta, quibus cum connectuntur creaturæ. Sed creatura solum connectuntur cum Deo secundum prædicatum omnipotentiae, non vero secundum alia prædicta, saltem secundum quod renusest, quia creatura solum connectuntur cum Deo, & productuo illarum. Ergo in creaturis solum cognoscitur Deus.

ut omnipotens; nō vero ut trinus. Ergo Deus cognoscitur in creaturis abstractivè, præscindendo videlicet vñū prædicatum ab alio.

50. Respondeo primo omittendo vnum obiectum solum cognosci in alio secundum ea prædicata, quæ terminat connexionem. Negro tamen creaturas solum connecti realiter cum Deo, ut omnipotente, non vero ut trino, & ut constituto omnibus prædicatis sibi necessarijs. Nam creature connectuntur cum Deo vero, & reali, sicut est in se. Quam obrem connectuntur cum omnibus prædicatis Divinis à Deo realiter distinctis. Id vero, quod dicitur ab aliquibus, creatureas connecti cum Deo solum, ut omnipotente, vel falsum omnino est, vel intelligendum nolto modo concipiendi, quatenus nos rationis lumine instruci, ex cognitione creaturarum in cognitionem Trinitatis non possumus deueniri; secus in cognitionem Dei ut omnipotentis, & ut alijs per se & i oibnus sapientia, intellectus, &c. esentia litera constituti.

51. Respondeo secundo, dato quod creature non connectantur cum Deo, nisi ut omnipotente; adhuc Deus cognoscetur in creaturis cognitione exprimente reliqua prædicata, non quia creature ostenderent illa prædicata quibus cum creatura nō connecterentur, sed quia ipsum prædicatum omnipotenti de terminaret Deum ad Trinitatem cognoscendam, & etiam quia Deus à se ipso est determinatus ad quodlibet obiectum perfectissime, & nō abstractivè, cognoscendū. Id circa in prædicto casu cognitionis cognosceretur Deus in creaturis, perfectissima foret; non tamen estet perfectissima ex determinatione præcise obiectiva creaturarum, sed ex ea, & ex determinatione obiectiva ipsius cognoscantis.

52. Vnde ad argumentum in forma, vel nego absolute minorē, vel distinguo: Deus in creaturis, non se cognosceret perfecte ex vi præcise determinationis obiectiva creaturarum: concedo; non se cognosceret absolute perfecte, etiam ex determinatione subiectiva cognoscentis, & obiectiva omnipotenti: nego maiorem. Ad huius probationem: distinguo eodem modo, Deus in creaturis solum se cognoscit secundum prædicata terminantia connexionem creaturarum; attenta præcise determinatione obiectiva creaturarum; concedo: attentis etiam alijs determinationibus, nego maiorem. Et data minori: distinguendum est consequens iuxta distinctionem majoris.

SECT. V.

Vtrum Deus cognoscat unum ex aliis?

53 Cognosci unum ex alio est transire ex cognitione unius in cognitionem alterius, siue intellectum à cognitione unius determinari, ut ad alterius cognitionem progrederiatur. Hoc duplicit potest ex cogitari. Primo interueniente distinctione reales inter unam, & alteram cognitionem, ita se habentes inter se, ut ex unius ita praesentetur veritas alterius, ut intellectus, tametsi per solam primam cognitionem non assentiantur veritati cognitionis secundæ, determinetur tamen obiectum sufficenter per illam, ut per aliam cognitionem, illi veritatis assentiantur: quod quidem exequitur per secundam cognitionem. Hac ratione se habet intellectus in hoc discursu. *Existit unio. Ergo existens extrema.*

54 Secundo modo possemus ex cogitare hoc cvenire: neque cum sola distinctione virtuali intrinseca, inter unam, & alteram cognitionem v.g. Si alii quis dicere cognitionem unionis, & cognitionis extreborum realiter inter se identificari, non tamen virtualiter: quia nimis cognitionis assentiens unioni, non assentitur extremis, licet realiter cum extreborum assensu identificetur. In hoc casu intellectus ex cognitione unionis realiter identificata cum cognitione extreborum, non tamen extrema representante, procedet ad cognitionem extreborum identificatam cum cognitione unionis, licet ab ea cognitione virtualiter intrinsece distinctam. Hac terminorum explicatione premissa.

55 Sit nostra conclusio. Intellectus Divinus non cognoscit unum ex alio, neque procedendo ex determinatione unius cognitionis ad alteram realiter distinctam, neque ad aliam virtualiter distinctam. Prima pars huius conclusionis dubitari nequit: cum enim in Deo non detur duplex cognitio realiter distincta, neque transitus ab una ad alteram dari potest.

56 Secunda pars, videlicet Deum non determinari ab una cognitione ad aliam virtualiter distinctam, probatur. Cognitio secunda, ad quam determinaretur Deus ex vi prioris, vel representaret aliquid, quod non esset sufficenter ostensum Divino intellectui ab obiecto prioris cognitionis, vel obiectu, quod id esset suffi-

Sufficienter ostensum. Neutrū potest diei. Ergo non datur secundā cognitionis deducere ex prima. Minor probatur per partes. In primis veritas secundā cognitionis sufficienter ostenditur Diuino intellectui ex vi veritatis obiectuꝝ prioris cognitionis: nam et obiectum prioris cognitionis appareat ut connexum cum veritate posterioris, alioquin non determinaret ad secundum assentum, appareat veritas posterioris ut terminus connexionis veritatis prioris. At obiectum, quod appareat intellectui Diuino, ut connexum cum aliqua veritate, sufficienter ostendit Diuino intellectui veritatem, cum qua connectitur. Ergo veritas secundā cognitionis sufficienter ostenditur Diuino intellectui ab obiecto prioris cognitionis.

57 Confirmatur. Prima cognitionis non solum assentitur prima veritati conexa cum secunda; verum etiam assentitur secunda, cum qua prima connectitur. Ergo veritas secundā cognitionis sufficienter ostenditur Diuino intellectui à veritate primā cognitionis. Consequentia est bona. Probo antecedens. Si prima cognitionis non assentiret veritati secundā cognitionis, prima cognitionis non esset omnino perfecta. Tum quia aliquod obiectum causaret, tum etiam quia cognitionis connexionis cum aliquo termino, ut sit omnino perfecta, debet etiam cognoscere perfecte terminum connexionis: nǎ quo magis penetratur terminus, magis quoque penetratur relatio ad illum. Ut ergo omnino aliqua cognitionis penetrat terminum, debet eadem metus cognitionis perfecte cognoscere terminum talis connexionis. At hoc est assentiri eius veritati, ergo cognitionis Diuina perfecte omnino penetrans primam veritatem, ut connexam cum secunda titulo sua perfectionis, & penetratiua claritatis, tenetur assentiri veritati secundā, cum qua prima necessario connectitur.

58 Confirmatur secundo. De ratione Divinā cognitionis esse comprehensionem sui obiecti, ut omnes supponunt, & nos infra ostendemus. At comprehensio debet cognoscere iudicative, & per assensum, omnem veritatem, cum qua obiectum comprehendendum connectitur, ut omnes etiam videntur supponere, dum agunt de comprehensione. Ergo de ratione cognitionis Divinā circa aliquod obiectum, titulo comprehensionis eius obiecti debet cognoscere iudicative omnem veritatem, cum qua tale obiectum connexum fuerit. Ergo cognitionis Diuina cuiuslibet veritatis cum alia conexa cognoscit per assensum eam veritatem, cum qua connectitur prior.

59 Secunda pars illius prioris antecedentis, videlicet, non dari secundam cognitionem ex determinatione prius cognoscentem veritatem perfecte, atta tam per priorem cognitionem: etiam probatur. Tum quia otiosa, chynerica, & indigna Deo est cognitione, quae nulluna aliud munus habeat, quam representare idem omnino obiectum, ac prima succedendo illi. Tum quia, si cut admittitur hæc, posset admitti alia, & alia in infinitum. Ergo ex vi vnius cognitionis non determinatur Deus ad habendam aliam cognoscentem idem, & eodem modo, quod cognoscit pri-
ma.

60 Ob. primo. Si nostrum potissimum argumentum ad ne-
gandum Deo discursum, siue cognitionem vnius ex alio, efficax
esset, non solum probaret non esse discursum in Deo, verum pro-
baret etiam non esse discursum in nobis. Ergo nostrum argumen-
tum sophisticum est. Probatur antecedens. Quando nobis pro-
ponitur veritas antecedentis conuexa cum veritate consequen-
tis, vel ostendit nobis veritatem consequentis, vel non. Hoc vitio-
num. Ergo non habemus sufficientem determinationem obie-
ctum ad assentiendum veritati consequentis, adhuc per secundum
actum: quia non possumus determinari ad assentiendum alicui ve-
ritati ex insufficienti propositione illius. Si est sufficienter propo-
sita: cur differetur assensus ad posterius signum, & non potius præ-
stabilitur in primo? Et hoc praesertim in demonstrationibus, vbi ex
premissis euidentibus infertur conclusio. Ergo nostrum argumen-
tum etiam est contra discursum humanum.

61 Respondeo veritatem conclusionis nobis proponi ex
vi obiecti premissarum, minori claritate, quam premissarum obie-
ctum: quia, cum ex una parte nos non simus infinite intellectui, &
ex alia, apprehensi, siue species veritatis premissatum, sit magis
propria, & expresa veritatis premissarum, quam veritatis con-
clusionis: inde sit nos per veritatem premissatum, siue per illarum
speciem, manere solum determinatos immediate ad assentiendum
præmissis, non vero conclusioni: nos enim regulatiter loquendo
indigemus assensu vnius, vt per ipsum assensum plene determine-
mur ad assensum alterius in primo contenti: tum, quia non propo-
nuntur sufficienter ex vi propositionis prioris obiecti, tum quia no-
ster intellectus propter suam limitationem non facile potest uno
quasi amplexu pluribus veritatis assentiri: ideoque ab una ad
alteram progredi debet. Aliter res se habent in Deo, qui cum in-
finite, & summe cognoscitius sit, debet attingere obiectum si-
mul,

mul, ac cognoscibile fuerit, qm ad aliud signum posterius valeat cognitionem differre.

62 Ob. 2. Deus potest pr vno signo intendere finem, & pro alio decernere media ex vi intentionis finis. Ergo poterit similiter prius assentiri prmissis, & deinde conclusioni: quia sicut finis est obiectum formale respectu ad electionem mediorum ita veritas antecedentis est obiectum formale respectu ad assensum conclusionis. Deinde Deus ex cognitione obiecti, vt existente in primo signo, dirigitur, mouetur, & determinatur ad amorem ipsius obiecti pro sequenti signo. Ergo ex assensu antecedentis mouebitur, & determinabitur ad assensum conclusionis pro signo posteriori.

63 Transmissio antecedente (de quo late agemus tract. de voluntate Diuina) nego consequiam. Ratio disparitatis in intentione finis, & electione mediorum, desumitur ex capite libertatis. Cum enim Deus libere eligat finem, & etiam ex suppositione finis liberum sit Deo eligere hoc medium, potius quam aliud: ideo Deus potest eligere finem pr vno signo, & medium hoc pr altero eligere in signo posteriori: cum enim Deus libere velit ebie qua contingentia, potest ea amare, & eligere, qua ratione illi placuerit: præsertim quia, cum amor huius medij determinatio non includatur in amore finis, iam habet aliquam tendentiam, sive aliquem modum tendendi, qui non includitur necessario in intentione finis, secundum quod habere debet omnis intentio illius finis: subinde que iam est titulus, quare pr diuersis signis sint intentio finis, & electio mediorum. At vero cognitio, & assensus veritatis consequens nihil habet in modo tendendi, quod non reperiatur in assensu Diuino perfecto veritatis antecedentis ut connexæ cum veritate consequentis, vt supra manet probatum.

64 Ad secundam paritatem desumptam ex distinctione virtuali, & præcedentia cognitionis dirigentis ad amorem respectu ipsius amoris necessarij, præter quam quod ea distinctione à pluribus negatur, & forsitan negabatur à nobis tractatu de voluntate respectu deo reddendo disparitatem ex eo quod amor ex conceptu essentiiali amoris habeat dirigi per intellectum, & ferri in bonitatem, quia cognitam, potius quam cognoscere beatitudinem, quia amata; quod absque distinctione virtuali inter amorem, & intellectum percipi nequit. At vero de ratione assensus viuus veritatis in alia, non est quod veritas prima præcedat ut cognita ad assensum secundum; sed solum quod assensus ex modo tendendi innitatur prima veritati.

65 Ob. 3. Deus pro priori ad iudicium absolutum de existentia consensus Petri habet hos duos assensus. Si auxilium A, (cui Petrus consentit) confratur Petro, Petrus illi consentiet. Auxilium A confratur Petro. Ergo iudicium de veritate consensus Petri cognoscit absolute consensum Petri ex determinatione objectiva veritatis obiectu illorum duorum assensum. Ergo Deus cognoscit eum ex alio, siquidem ex cognitione veritatis illorum assensuum et conexae cum veritate absolute existentiæ cōsensus, determinatur Deus ad cognitionem absolutam existentiam consensus Petri. Primam consequentiam, ex qua aliæ legitimæ descendent, probo, postea antecedens probatur. Hæc duplex veritas. Si existat auxilium A, existit consensus, & existit auxilium A, constitutum cum hac tertia veritate. Existit consensus. Si ergo Deus ante cognitionem huius tertiae veritatis cognoscit alias pro priori, propteriori ad cognitionem tertiae veritatis habet cognitionem antecedentis legitimæ inferentis veritatem consensus. Ergo cognoscet Deus consensus ex determinatione illorum duorum assensuum praecedentium pro priori.

66 Iam vero antecedens, nimirum Deū pro priori ad iudicium absolutum de existentia consensus Petri habere hos duos assensus. Si existat auxilium, existit consensus: existit auxilium, probatur. In primis iudicium conditionatum de existentia cōsensus sub conditione auxiliij, certum debet esse præsupponi ad iudicium consensus: cum scientia media cōsensus præcedat ad scientiam absolutam illius. Deinde præcedere etiam scientiam auxiliij ad scientiam absolutam consensus, probatur. Hæc scientia existentia auxiliij identificatur virtualiter cum decreto auxiliij, quod præcedit ad cognitionem absolutam consensus, vel saltem, scienti auxilium præcedit in esse physico ad consensum, ita in esse intentionalí Diuino debet intelligi cognitum auxilium prius, quam consensus cognitus intelligatur. Ergo iudicium de existentia auxiliij existit pro priori ad iudicium absolutum consensus.

67 Prima solutio, qua huic argumento probabiliter posset adhiberi, afferit semel existente pro signo libertatis scientia conditionata consensus sub auxilio, decretum Diuinum debere esse intrinsece conexum cuius consensu ab soluto: quia prædictum decretum est intrinsece liberum libertate immediata, quam defacto habet, consequenterque habet connexionem cum scientiam media; & cum aliudo habeat connexionem cum purificatione conditionis, quam ponit, videlicet auxilium; ideo hoc decretum habebit conexio-

meritionem cum aliquo inferente consensum: sub indeque ipsum decretum cum consensu absoluto erit connexum. Hac doctrina supposita; posset dici scientiam auxilij non esse priorem scientia absoluta consensus: quia ipsa scientia auxilij est scientia consensus. Siquidem scientia auxilij est scientia decreti connexi cum consensu absoluto: & nequit Deus videre decretum, ut connexum cum consensu ab soluto, quin simul ipsum consensum ut absolute existentem cognoscat.

67 Hoc idem paulo aliter possit explicari, afferendo nimis: rum, decretum auxilij, tametsi propter rationem exercitij liberti Diuina voluntatis non deberet connecti cum scientia media, titu- lo tamen essendi cognitionem sui perfectam, debere cognoscere quidquid iam cognoscibile est, obique praedictum decretum non attingere affectuē nisi auxilium; affirmare tamen coexistentiam sui cum scientia media, quā iam est cognoscibilis, & simul cog- noscere consensum absolutum in eiusmodi coexistentia cum abso- luto consensu essentialiter connexa.

68 Hæc cogitatio tam primitio, quam secundo modo explicata ex eo mihi non placet, quia cogimur afferere omnes actus Diuinos esse essentialiter liberos libertate, quam de facto habent: quod est adstringere solutionē peculiari doctrinæ in philosophia.

69 Respondeo ergo cum P. Ribadeneira afferendo Deum, dum decernit auxilium presupposita Scientia Media, non differre ad ulterius signum cognitionem consensus absoluti: sed neque cognoscere consensum absolutum in signo dum taxat decreti; sed cognitionem Diuinam consensus absoluti quasi coalescente ex Scien- tia Media consensus, & scientia absoluta auxilij, ita, ut hæc dñi vir- tualiter scientiæ absque alia formalitate virtualiter ab illis distin- eta, sicut cognitione absoluta consensus. Non enim implicat afferma- tionem alicuius obiecti constare ex duplice formalitate. Quemad modum enim in plurimum sententia intellectio formalis creata, & dicit actionem, & dicit speciem expressam, ita, ut ex una, & altera entitate realiter distinctis, coalescat cognitione aut intellectio. Cum similiter non poterit dici cognitionem Diuinam consensus abso- lute includere duplarem formalitatem virtualiter inter se distin-etas?

70 Nec obstat in oppositum si obliquiatur. Cognoscere præcisæ veritatem conditionatam, & purificatiōem conditio- nis, non est formaliter cognoscere veritatem absolutam; sed est suf- ficiens determinatio ad cognoscendā pro signo sequenti veritatē
abso-

absolutam, ut patet ianobis, qui, quantumvis habeamus hanc duplicitem cognitionem. Si Deus renelat mysterium aliquod, existit tale mysterium, & renelat mysterium Incarnationis; quamvis inquam hos daos actus habeamus, non formaliter ex vi horum actuum affirmamus Incarnationem existere; sed his actibus manemus determinari, vel quoad speciem, vel quoad exercitium ad formaliter assertendum existentiae Incarnationis. Ergo pariter in Deo non eo ipsis formaliter, quod affirmet consensum conditionate, & purificationem conditionis, affirmabit consensum absolute.

71 Hæc inquam paritas non premit, quia potest facile res ponderi non quilibet affirmationes huiusmodi, videlicet conditionatae eventus, & absolutam conditionis, esse affirmationem absolutam eventus, sed eas, que sunt infinite perfectæ, & penetrantur cuiuslibet veritatis affirmabilis. Cum autem pro signo complexi ex Scientia Media, & decreto auxiliij, sit aliquid connexum cum consensu, & hoc sufficiat, ut consensus sit affirmabilis: ideo haec affirmationes sunt simul alia tertia affirmatio consensus absolutus secus vero contingit in creaturis ob suam limitationem in cognoscendo.

SECT. VI.

Vtrum Deus habeat scientiam strictè, & rigorose acceptam?

72 **D**upliciter accipitur scientia: primo laxè prout notitia evidenti obiecti, unde cumque proueniat evidentia, siue notitia: hoc est: siue hæc evidens notitia sit obiecti in se ipso, siue sit in alio, siue ex alio obiecto. Nam iuxta hanc acceptiorem scientiam dicitur per oppositionem ad cognitionem conjecturalem, siue probabilem. Alio modo dicitur Scientia strictè, & rigorose, prout est cognitio rei per causam ut præcontinentem effectum. Dari in Deo scientiam iuxta primam acceptiōnem extra controversiam est: cum Deus se ipsum, & ut supra ostendimus, & creaturas, certe, & evidentē cognoscat. Vnde solum manet questio circa scientiam strictissimè acceptam, vtrum videlicet Deus aliquod obiectum cognoscat per suam causam: & quænam sint obiecta, quæ Deus ita cognoscat?

73 Hæc questio, vel reuocanda est ad difficultates iam superdiscutas, vel nihil habet, quod de nomine non sit. Quod sic ostendō. Si cognoscere rem per causam significat solum cognoscere in

In sua causa, iam supra ostendimus Deum cognoscere creaturas possibiles in se ipso, ut in causa præcontingente absolute creaturas, ut effectum ab ipsa producibilem. Si vero cognoscere rem per causam significare debeat cognoscere effectum ex causa: cum præcedenti sectione ostenderimus cognitionem unius ex alio a Deo esse relegendam, pariter probauimus Deum non cognoscere rem per causam iuxta præsentem acceptiōnēm.

74 Id circore reliquum est dum taxat quærere: utrum cognoscere rem per causam significet cognoscere effectum in causa, vel potius ex causa, vel an, ut notitia aliqua euidens scientia strictè nūcupatur, requiratur esse cognitionem esse: quis in causa. Hoc autē quis non videat esse questionem, non utique de modo, quo Deus sua cognoscit obiecta, sed solum de significatione huius termini. Scientia: an cognitionem unius in alio, & unius ex alio, vel unam tantum significet ex illis. Quæstio quidem, utpote pure nominatilis, parum digna, quæ acī concertatione discutiatur. His præmissis.

75 Sit mea conclusio, si sub nomine scientiæ cognitionem ex causa significetur: nego cum P. Vazquez dari scientiam in Deo: quia, ut iam probauimus, in Deo non datur cognitio unius ex alio. Si vero nomen scientiæ cognitionem effectus in causa propriè significet: dico cum alijs Theologis dari in Deo scientiam: quoniam Deus cognoscit, tum creaturas in se ipso, tum quemlibet effectum in sua causa illum absolute præcontingenti, ut supra lare probavimus, utrum vero sub nomine scientiæ significetur cognitio effectus in causa, vel solum ex causa; dicit quod malueris: pro questionibus enim de nomine iam dudum in annūm indoxi numquam manus cum aduersarijs conserere.

76 Obeandem rationem non multum contendam cum Illustrissimo Godoy, Gonero, & alijs Thomistis afferentibus, semel supposito scientiam esse cognitionem rei per causam, Deum habere scientiam suorum attributorum, cognoscendo videlicet illa per essentiam, ut causam virtualem illorum. Non inquam multum de huius placiti discussione curabo: nam cum de hac re longissimam disputationem legisem apud Illustrissimum Godoi, nihil reperi, quod ultra questionem de nomine pedem efficeret: minimeque meo instituto breuitatem semper affectanti contentaneum duxi in questione pure de nomine multum destineri. Breuer ter tamen quæstio- nem esse de puro nomine sic ostendo.

77 Qui negant Deum habere scientiam strictè acceptam

suorum attributorum, non negant Deum cognoscere a tributa, & essentiam per cognitionem representantem essentiam ita a parte rei existere, ut fundamentum praebat intellectu humano, ut eam ad modum radicis respectu attributorum attingat. Qui vero assertant huic cognitioni Diuinæ rationem scientiæ competere, non ideo aliquæ n modum cognoscendi Deo tribuant, quod negantes scientiam insufficientur; sed solum afferunt non solum ad rationem scientiæ non requiri unam cognitionem ex alia deduci: verum, ne que requiri quod obiectum cognoscatur per causam, quæ vere sit causa, sed sufficere quod cognoscatur per cognitionem attingentem aliquid prædicatum cum eo obiecto identificatum cognoscendo, quod prædicatum prædictum fundamentum praebat intellectui nostro valde imperfecto ad illud prædicatum cognoscendum ad modum radicis respectu prædicatorum, quæ attributa nuncupantur. Ergo totius discrimen harum sententiarum non circa prædicata diuinæ notitiae; sed circa significationem huius nominis *scientia* versatur.

78 Siergo, adhuc circa hanc nominalem questionem, quid sentiam, interroges. Respondeo hoc nomen *scientia stricte accepta*, prout significat cognitionem rei per causam, non nisi maximopere impropriè cognitioni Diuinæ attributorum aptari posse: quia aliud est meam imperfectissimam cognitionem essentiam per modum radicis apprehendere, Deumque cognoscere de se ipso in ordine ad meam cognitionem per inde se habere, ac si essentia esset radix attributorum: aliud valde diversum cognitionem Diuinam habere modum tendendi similem modo tendendi cognitionis attingentis obiectum per causam. Hoc secundum videatur requiri ad sentiam, & minimè sufficere illud primum, quod duntaxat reperitur in cognitione Diuinæ. Nam scientia non est, quæ cognoscit obiectum, ut præbens fundamentum, ut alia cognitione illad tanquam effectum ex causa cognoscatur, sed que ipsam et cognoscit obiectum ut effectum alicuius

causæ. Nec in hoc amplius immoratur,

ut necesse est.

(••)

QVÆ

QUÆST. VII.

De proprietatibus Scientiæ Diuinæ

Plures sunt, quas examinare oportet, proprietates scientiæ Diuinæ. Semel enim explicata natura, & obiecto Diuinæ scientiæ, antequam ad eius diuisionem progrediatatur, nos nullas eius conditiones expendere necessariū est. Septem præcipue solent enumerari Diuinæ scientiæ proprietates, videlicet; veritas, evidētia, certitudo, simplicitas, qualitas, valueratitas, & immutabilitas. De his omnibus seorsim nobis agendum est, ut plenius Diuinæ scientiæ natura cognoscatur.

SECT. I.

Veritas, certitudo, & evidentia Diuinorum actuum explicantur.

* **F**idei, & nature lumine est certum. Deum in suis intellectiōnibus filii non posse, ac per consequens actus Diuinos infallibili veritate gaudere, sed pro huius veritatis maiori claritate, distinguenda est triplex veritas, alia determinationis; alia obiectiva; conformitatis alia. Veritas conformitatis (qua simpliciter, & absolute est veritas) coalescit ex actu, & obiecto existenti, sicuti affirmatur per actum ita ut sit obiectum, accepto sit eodem modo, ac accipitur in actu, qui dicitur verus v. g. veritas formalis huius actus Petrus currit, coalescit, tum ex predicto actu, tum ex eo quod existat Petrum currere sumpto, ly existat, sicuti accipiatur surrit in actu, qui dicitur verus, quod est idem, ac dicere veritatem formalem esse, & actu, & Petrum modo currere. Similiter veritas huius actus Anti-Christus existet est, tum actus, cum quod Anti-Christus existet unde idem est dicere: *Hic actus Anti-Christus existet est verus*, ac dicere, datur hic actus, & Anti-Christus existet. Ex quo intetur necessarium non esse, quod ut actus sit verus, veritas, quoad omnes suas partes existat de praeniti, sed quod existat actus, & quod obiectum existat propter ipsum quod dicit actus.

2 Veritas obiectiva est obiectum, eo modo, quo requiriatur, ut constituat veritatem formalem: cumque iam explicuerimus qualiter existere oporteat obiectum, ut veritatem formalem constituant, pariter explicatum est, quod sit veritas obiectiva. De his infra magis ex professo agemus.

Veritas determinationis est actus essentialiter determinatus, ut habeat veritatem formalem: hoc est actus essentialiter conexus cum eo quod detur obiectum uti affirmatur per ipsum actu: quia propter veritas formalis semper constat veritate obiectiva, & actu: non tamen semper constat veritate determinationis: quia non semper actus est essentialiter determinatus, ut conformetur cum obiecto; quando autem essentialiter est ita determinatus, actus est veritas determinationis, obiectum veritas obiectiva: & ex veritate obiectiva, & actu resultat veritas formalis conformitatis. Hoc posito.

3 Dico primo: quilibet actus diuinus se ipso formaliter habet esse verum veritate determinationis. Probatur. Quilibet actus Diuinus se ipso formaliter habet esse determinatus ut conformetur cum obiecto. Sed hoc est habere a se ipso veritatem determinationis. Ergo. Minor est certa, & consequentia legitima. Maior etiam dubitari nequit: cum quilibet actus Diuinus a se ipso formaliter habeat non posse falsificari. Ergo esse determinatum ad conformitatem.

4 Dico 2. actus Diuinus, non se ipso formaliter habet esse verum formaliter; sed tantum habet infallibilem necessitatem, ut ita verum sit. Infertur hoc ex doctrina tradita; nam esse verum formaliter involuit actum, & obiectum. Et licet actus sit connexus cum obiecto, uti representatur; non tamen est ipsum obiectum, cum plura obiecta cognitionis Diuina a Deo distinguantur: Ergo actus Diuinus non se ipso formaliter habet veritatem conformitatis; sed tantum habet infallibilem necessitatem, ut ita verus sit. Qua autem ratione Scientia Diuina de obiectis futuris, vel absolutè, vel pure conditionate, sit formaliter vera ab obiectis non absolutè, existentibus, infra dicemus, dum rerum futuritionem, tam absolutam, quam conditionatam explicemus.

5 Dico tertio actus Diuinus, ut praecesse in Deum tendens, est se ipso verus formaliter, ac per consequens est veritas determinationis obiectiva, & formalis. Patet hoc ex dictis: quia actus, & obiectum sunt idem. Ergo actus est tota veritas formalis: Ergo,

&

& veritas obiectiva, & determinationis: siquidem est obiectum, & non potest ita non esse. Quo autem modo actus Diuini de obiectis nunquam extituris veritatem sortiantur, dicemus infra, dum de scientia simplicis intelligentie, visionis, & media sermonem inserviamus.

6 Dico quarto non est in Deo unus actus verior alio. Probatur. Omnis actus Diuinus & qualiter perfectione representat obiectum, & qualiter infallibiliter est determinatus, ut cum obiecto conformatetur. Ergo ex nullo capite inequalitas veritatis resultare potest.

7 Ob. veritas actus Diuini representantis Angelum existere, est actus Diuinus, & Angelus. Veritas actus Diuini representantis lapidem existere, est aggregatum ex lapide, & actu Diuino. Sed primum aggregatum est perfectius secundo (saltem extensi) Ergo perfectior veritas est veritas primi actus, quam veritas secundi. Respondeo primo (omisso quod sint actus distincti) distinguendo maiorem. Primum aggregatum est perfectius perfectione majoris estimabilitatis, concedo: perfectione consistente in eo quod magis conformatur: nego minorem. Et sub eisdem terminis distinguendum est consequens. Vel, si manis, concessa maiori, & minori: negatur consequentia; quia, licet hic terminus aggregatum ex actu, & obiecto, significet idem, ac veritas, tamen hic termus perfectius aggregatum, non significat idem, ac alter per se vel veritas, plures enim sunt termini, qui seorsim significent idem: coniungam vero non ita. Probat hoc puerile sophisma, quo tyrones dialegiticos cum ipsorum anxietate, & auscultantum iisu, lepide piove etiores alii decipiunt; videlicet *bac cypa est mater, & est tua, ergo est mater tua*. Similiter male arguetur: *Primum aggregatum est veritas, & est entitas perfectior. Ergo est veritas perfectior.*

8 Certitudo duplex esse potest in aliquo actu, & obiectiva, & subiectiva. Certitudo obiectiva est connexio actus cum obiecto vel representatur. Ex quo sit certitudinem obiectivam idem dicere, ac veritatem determinationis. Certitudo subiectiva est illa similitas assensus, qua adeo securus redditur intellectus de obiecto affirmato, ut excludat dubium quodlibet de oppoito illius, quod affirmit. Quæstio nequit esse circa certitudinem obiectivam, cum enim quilibet actus Diuinus essentialiter sit determinatus ut cum obiecto conformatetur, essentialiter certitudinem obiectivam necessario habebit: hoc est essentialiter repugnabit sue falsitati.

9 Circa certitudinem subiectivam dubitari potest. Primum

cui innitatur, an ipsi obiecto affirmato, an alteri ratione cuius affirmitur? Facile hinc principia superiorius quæstione tertia stabilita responderi potest certitudinem, & securitatem diuinorum actuum inniti suo obiecto formaliter terminatio. Cumigitur tatis, superque in superioribus explicuerimus obiectum formale Diuinæ intellectio, pariter explicatum manet cui innittantur eius securitas, & certitudo.

10. Evidentia tunc datur, quando ex vi propositionis ter minorum naturaliter intellectus proxime, vel remotè necessitat ad non dissentendum obiecto, v. g. ex eo hac propositio est evidens immediate ~~enarrat~~ totum est maius sua parte, quia solum terminorum apprehensio immediate necessitat ad non dissentendum tali propositioni, qualibetque alia veritas, qua ex hac evidenter inferatur, erit mediate evidens, quia ad illius assensum mediate necessitatur intellectus, hoc est, medio assenso propositionis evidenteris immediate ex terminorum apprehensione.

11. Hoc supposito, explicandum est, quo pacto actus Diuinæ sint evidentes, cum in nosris principijs non possit D. o aliter proponi obiectum, quam per ipsam assensum de eius evidentia disputatur. Respondeo ergo nobilissimo evidenter genere gaudere actus diuinos; non quia terminorum propositio necessitate Deum; sed quia ipse à se ipso est determinatus ad assensum firmorem, clariorē, & perfectiorē omnibus assensibus creatis, quamquavis evidentia, & claritate pollutibus. Sicut enim, ut supra dicimus, Deus à se ipso habet eminenter determinationem, quam obiectum media sui representatione praestare debebat, ita à se ipso determinatur ad suorum actuum clarissimam eidem.

12. Verum cum in creaturis duplex sit evidentia: intuitiva una, abstractiva alia; dubitur hic, an actus Diuinus, & alter modo evidentes sint, vel, an solum intuitivæ? Dico ergo actus Diuinus solum intuitivam eidem habere. Probatur. Evidentia abstractiva imperfectionem involuit: ergo in Deo non datur. Consequentia est bona. Antecedens probatur. Quilibet actus abstractivus, quantumvis in sua linea certus, & evidens, cognoscit rem aliter, ac est in se & per species alienas, sive per cognitionem similem omnino illi, quæ per species alienas habetur. Sed cognitione huiusmodi, ut ex terminis patet, involuit imperfectionem. Ergo quilibet cognitio abstractiva, quantumvis evidens, involvit imperfectionem.

13. Vnum est, quod huic conclusioni videtur opponi, nem

pe nos docuisse Deum unum obiectum in alio cognoscere, cognitione autem unius in alio cognitionis abstractiuam speciem referte videtur. Ceterum esse cognitionem Diuinam unius in alio non arguere in Deo cognitionem abstractiuam supra docuimus quæst. 6. sect. 4. Recolantur, quæ ibi diximus.

SECT. II.

De vniuersalitate Diuinae cognitionis, ubi ratio comprehensiōnis explicatur.

14 **D**plex potest in Scientia considerari vniuersalitas, alias quæ consistat in eo quod attingat vniuersa obiecta, & hæc vocatur vniuersalitas extensiva: alia, quæ in eo sita sit, quod attingat sua obiecta, non secundum rationes singulares, sed secundum rationem aliquam communem, & vniuersalem, & hæc non incongrue potest appellari vniuersalitas formalis Logica. Prius de hac secunda, deinde de prima quid sentiendum est explicabimus.

15 Dico primo in Scientia Dei non datur vniuersalitas formalis Logica. Probatur facile hæc conclusio. Huiusmodi vniuersalitas dicit, vel præcisionem obiectiuam, vel formalem, quæ Scientia Diuina deberet rationem communem à differentijs præscindere. Sed quilibet ex illis præcisionibus imperfectiōnem involuit. Ergo prædicta vniuersalitas Deo repugnat. Minor probatur per partes. Præcissio obiectua non attingit re vera rationem differentialem. Sed cognitio, quæ ita attingit aliquid obiecti, ut aliquid illius etiam ignoret, est cognitio imperfecta: Ergo præcissio obiectua imperfectiōnem involuit. Præterea præcissio formalis est actus ita confusè attingens plura, ut illa non distinguat: Quæ igitur maior in cognitione imperfectio, quam adeò obscura confusio. Ergo qualibet præcissio repugnat Scientia Diuina.

16 Sed dubitari potest. Vtrum sicut Deo repugnat ad eū vniuersalitatem plura inter se non distinguens, ita similiter illi repugnet actus vagus, unum potius, quam alterum extremum non determinans; ita ut non solum Scientia Dei repugnet confusio; vegum etiam indeterminatio?

17 Nostra concl. Deus nequit cognoscere vagè extrema,

qui determinate cognoscibilia sunt; secus, si non sint cognoscibilia determinatae. Explicatur prima pars huius conclusionis. Modo verum est Petrum currere, falsum autem quod Paulus currat. Hoc autem in se ipso verum determinatè est, ac per consequens in hoc casu Deus affirmare potest, & de facto affirmat Petrum currere, & non Paulum. Dicimus ergo in praedito casu, & pro praedito signo cognoscibilitatis cursus Petri determinatè, non dari in Deo actum tendentem, hoc modo videlicet *Petrus, vel Paulus currit.* Ratio est: quia actus non determinans quod pro illo signo determinabile est, involuit imperfectionem. At hic actus non determinat Petrum currere, qui Petri cursus hoc signo determinabilis est. Ergo hic actus in praeditis circumstantijs imperfectionem involuit. Consequentia est legitima, & maior videtur ex terminis nota. Minor autem facile probatur: quia supponitur ex eo Deum id affirmare, quia Petrus determinate currit. Ergo pro signo, pro quo Deus affirmaret, *vel Petrus, vel Paulus currit* cursus Petri determinatè affirmabilis est.

18. Explicatur secunda pars nostræ conclusionis. Probabilissimum est Deum posse decernere finem determinatum, decernendo in determinatè, & vagè media, quibus praeditus finis obtinendus sit. V. g. decernit Deus gloriam Petri obtainendam, vel per medium A, vel per medium B. quin per hoc decretum determinetur potius A, quam B. vel è conuerso. In signo huius decreti non est determinata futuritio intraseca mediorum; sed tantum ex erit secat; videlicet decretum; & cum hoc indeterminatum sit respectu utriusque medijs, nihil datur, quod possit sic determinata futuritio unius, potius quam alterius medijs.

19. Nostra ergo conclusio affirmat pro signo huius decreti esse in Deo cognitionem vagam de eo quod extitum sit, vel A, vel B, quin pro tali signo detur scientia determinata unius extremi, potius quam alterius. Probatur haec conclusio. Cognitio, quæ cognoscit quidquid pro suo signo cognoscibile est, Deum decerit, ut pote nullam involuens imperfectionem. At cognitio prædicta cognoscit quidquid pro suo signo cognoscibile est. Ergo decerit. Consequentia est bona, & maior certa: nos enim potest cognitioni vitio verti non cognoscere quod non dū cognoscibile est, nec habet veritatem obiectivam. Minor autem facile probatur. Pro signo decreti de uno ex duobus medijs, v. g. A, vel B. nondum est futurum potius unum, quam alterum medium, cum ad hoc, ut determinetur unius præ alterius existentia, alio decreto opus sit. Ergo

pro signo talis decreti non est affirmabile unum medium, potius
quam alterum.

20 Hinc colligitur disparitas respectu actus confusi: quia,
licet Deus posset decernere (quod falso est) conferre aliquod me-
dium, sub expressione duntaxat medij conducentis ad finem: ta-
men eo ipso quod verum est futurum esse medium, verum simili-
ter est futurum, vel medium A, vel B. vel aliquod ex possibili-
bus. Ergo iam pro illo signo cognoscibilia essent illa media distin-
cte secundum suas rationes differentiales; licet vague, & indetermi-
nata. Ergo si cognoscerentur indistincte, & confusè, non cognos-
cerentur, nonni claritate, qua pro illo signo essent cognoscibilia.
Ergo talis cognitio Deo repugnat, secus vaga, & in determina-
ta in calu à nobis assignato.

21 Maior difficultas est circa universalitatem obiectuum
cognitionis Diuinæ: an sit propria cognitionis Diuinæ? Supposi-
to eam Deum omne cognoscibile clare, & distincte cognoscere:
dubium est: an hoc sit aedes proprium cognitionis Diuinæ, ut nul-
li cognitioni creatæ possit conuenire?

22 Huius quæstionis resolutio pendet ex alia, videlicet in
quo consistat ratio comprehensionis, qui negant posse creaturam
omne cognoscibile attingere, ex eo id negant, quia iudicant in hac
cognitionis universalitate naturam comprehensionis consistere; &
cum ex alio capite certum sit apud Theologos Deum duntaxat se
comprehendere posse, recte inferunt creaturam minime ita Deum
posse attingere, ut simul attingat omne cognoscibile: nam hoc pa-
sto Deum comprehendenderet: si quidem cognosceret quod ac Deum
quomodolibet pertineret. Authores vero assertentes posse crea-
turam cognoscere Deum, ita ut in ipso omne cognoscibile cognos-
ceret. Ex eo id affirmare audent, quod ad comprehensionem non so-
lum attingentiam omnium cognoscibilium: verum etiam aliquid
ulterius exigant. Inde fit ad plenam huius difficultatis enodationē
comprehensionis naturam necessario fore explicandam: quo etiā
explicabitur quid sit in cognitione Diuina evidentia, & claritas
comprehensiva, quæ una est ex præcipuis Diuina scientie proprie-
tatis.

23 Dicit Ang. Epistol. 112. cap. 8. Sic comprehensionem de-
finiuit: Alind est videre: aliud totum videndo comprehendere, quæ
doquidem id videtur quod presens, ut cumque sentitur: totum autem
videndo comprehenditur, quod ita videtur, ut nihil eius lateat vi-
dentem: et suos fines circumspici posse.

tur ab omnibus, plures huius temporis Autores ita prædictam definitionem explicant, ut velint tunc obiectum comprehendendi, quando ita nihil obiecti latet, ut neque lateat possit, quatenus non cognoscatur, neque negatiue, quatenus non cognoscatur omni claritate, & cognitionis perfectione, qua cognoscibile est; id est, tunc nihil latet, quando omni possibili claritate patet. Cum autem nunquam creatura adeo clare cognoscat Deum, ut nequeat clarius, & perfectius cognoscendi sicut nunquam creatura Deum comprehendere posse: solum enim, iuxta hanc explicacionem, Deum comprehendit cognitio omnium perfectissima, hoc est Divina, ipsa enim duntaxat est, quæ adeo clare obiectum attigit, ut clarius, & perfectius nequeat attingi. Hoc ipsum aliter ab alijs explicatur; videlicet tunc comprehendendi obiectum, quando cognitio ad eam rotam cognoscibilitatem obiecti, quod est idem, ac cognosci obiectum omni perfectione, qua cognoscibile est, tunc enim tota obiecti cognoscibilitas exhaustur.

24. Fateor hoc modo sufficienter explicari qua ratione Deus se comprehendat, & à nulla creatura comprehendendi possit. Negari tam non potest aliud videre innuere Augustini verba. Si enim hoc secundum intenderet, brevius, & clarius per infinitam perfectionem cognitionis, quam per omnimodam obiecti manifestationem, & per finiam circumspicienciam, comprehensionem definiret: ideo ergo placet mihi explicatio sapientissimi R. mei Magistri, qui aliter explicat comprehensionis naturam.

25. Sic ergo illam explicandam censio. Compresio ita debet attingere quidquid est obiectum, & quidquid ad obiectum pertinet, ut non solum nihil obiecti lateat; verum neque quatenus est ex parte cognitionis latere posit: ita, ut, si possit verificari de obiecto invariato aliquod prædicatum, aliqua ratio ad ipsum intrinsecè expectans, hæc eadem cognitio, quæ dicitur comprehensio, debeat invariata id representare. Explicatur hoc. Deus ita modo est decernens existentiam Anti-Christi, ut posset de ipso Deo realiter invariato verificari esse non decernentem Anti-Christum, siue decernentem Anti Christi carentiam. Dicimus ergo quod, ut cognitio modo representans Deum, Dei comprehensionis, requiritur, quod hæc cognitio modo representet Deum, ut decernentem mundum; & hæc eadem omnino invariata ex se posset representare, & defacto representaret Deum, ut non decernentem mundum, casu, quo Deus mundi existentiam non decerneret.

26. Probatur hoc requiri ad rationem comprehensionis.
Com-

Comprehensio iuxta August. debet esse talis, quæ possit circumspicere fines obiecti. Ergo ultra hoc, quod est respicere actu aliter, requiritur etiam circumspicentia in potentia respectu suum obiecti. Ergo & quod, si obiectum in variatum realiter, aliter se habere possit quoad denominationem, etiam comprehensio realiter invariata representaret obiectum aliter quoad denominationem & habere.

28. Probatur secundo ratione, quam prædictus Magister expendit: intellectio, ut comprehensionis sit, debet ad eam, sicut extensio, cum cognoscibilitate obiecti. At, si non se habeat prædictio modo, non ad eam quabit obiecti cognoscibilitatem: ergo prædictio modo se habet intellectio, que comprehensionis naturam participat. Consequentia est legitima, & maior certa. Minor probatur. Ut cognitione ad eam extensio intelligibiliter obiecti, debet esse talis, quæ in ratione intellectio se extendat ad ea omnia, ad quæ obiectum comprehensionis se extendit in ratione intelligibilis; sed obiectum in ratione intelligibilis se extendit, quatenus est ex se, ad has veritates sibi intrinsecas, & sibi contingentes, quoad denominationem: ergo cognitione debet se extendere quatenus est ex se ad nouas illas veritates, ut existentes representandas.

29. Confirmatur ex D. Augustino lib. 12 de Ciuit. Dei cap. 18. ubi ait: *Quidquid scientia comprehenditur scientis comprehensionis nefinitur.* Sed non finitur omnino, & absolute Deus inesse cognoscibilis, si cognitione non possit attingere quatenus est ex se prædicatum contingens quoad denominationem, ut ab aliis, ut ex existens casu, quo absolute existeret. Ergo, ut cognitione sit comprehensionis, debet huius extensionis esse capax. Minor probatur; quia Deus quatenus est ex se capax est, & indifferens, ut cognoscatur, ut absoluē decernens carentiam mundi. Ergo, si haec cognitione non est capax cognoscendi illum prædicto modo, non finitur obiectum in esse cognoscibilis.

30. Hinc facile deducitur quare Deus à se ipso, non vero à creatura, comprehendendi possit: quia, cum ad comprehensionem requiratur capacitas in cognitione, quatenus est ex se, ut eadē mutata representari: et id, quod modo non representari, & hoc dunt taxat in Divina cognitione reperiatur; inde fit, quod Deus tantummodo comprehendere se valeat: Quod autem haec capacitas nequeat in creatura: reperiiri, facile etiam ostenditur: quia capacitas quatenus est ex se habendi intrinsecum prædicatum, cuius oppositum modo habet, est contingentia virtualis alicuius sibi intrinseci.

iatrinscici; sed quilibet contingentia huiusmodi est propria solius Dei. Ergo, & predicta aptitudo.

31 Hic notare oportet id, quod dictum est de comprehensione Dei, quatenus debet posse attingere cognitiones, & voluntates Diuinæ, si essent aliae quoad denominationem, intelligentum esse iuxta nostra principia constituentia (ut dicimus tractatu de voluntate) actus Deo contingentes omnino ipsi intrinsecos. Si vero actus Diuini coalescere dicantur, tamquam ex duabus directis constitutius ex Deo, & creatura, tunc ad comprehensionem Dei minime expectabit cognitionis actuum contingentium, ut talium: quando quidem Deus secundum omnia suam rationem intrinsecam omnino independens est a predictis actibus. Quo autem pacto tunc comprehensio explicanda esset, huius scientie Particulares viderint: Interim dico posse se ab hac difficultate expedire vulgari modo explicandi comprehensionem per cognitionem exhausti in modo cognoscendi totam, & adiquatam obiecti cognoscibilitatem.

32 Ob. 1. adversus predictam comprehensionis explicationem. Et si intellectio Diuina non esset ex se representatio Dei determinantis caretiam Anti-Christi, si tamen reliqua omnia, quæ defacto pertinent ad Deum clare attingeret, nihil Dei lateret illam. Ergo Deum comprehendenderet. Respondeo primo, admisso quod nihil Dei lateret predictam cognitionem: cum tamen hec cognitionis non posset quatenus est ex se cu[m] cumplicere omnes fines Dei (cum non posset respicere omnes illius actus liberos) & hoc ad comprehensionem requiratur: inde fit huiusmodi cognitionem comprehensionem non esse.

33 Resp. 2. aliquod Dei in aliquo sensu latere illam cognitionem; nam cum illud decretum liberum, si daretur, esset aliquid Dei, & haec cognitionis, quæ modo esset, ex se non posset representare illud decretum, iam haec cognitionem aliquod Diuinum latet; non aet[us], sed in potentia: hoc est posset latere, & de ratione comprehensionis est quod in nullo sensu illam latet aliquid Dei: hoc est, quod neque illam modo defacto lateat, neque pro illo casu latere possit.

34 Ob. 2. Si cognitionis aliqua ita attingat quidquid est in Deo, ut simul cognoscatur Deum in variatum quoad esse reale, potuisse loco decreti de existentia Petri, v. g. oppositum decretum habere, cognoscit omne predicatum Diuinum & etiam virtutem susceptivam denominationum, quæ inter se dicunt oppositiones.

Ergo

ergo omnes fines Dei circumspicientur ab hac cognitione. Ergo erit comprehensio Dei independenter ab eo, quod nos ad rationem comprehensionis assignamus.

35 Respondeo: concedendo antecedens. Et negando consequiam: ratio est: quia, licet totum id cognoscatur, dummodo praedicta cognitio non sit capax ex se, ut etiam cognoscatur habere absolute talam denominationem, non se posset extendere representationem ad omne id, ad quod Deus potest, quatenus est ex se, exteriori inesse obiecti, ac per consequens non adaequabit obiecti cognoscibilitatem.

36 Rogabis: utrum creatura possit comprehendere alias, comprehensione omnino perfectam? Respondeo certum debere esse Angelum v. g. non posse solo lumine naturali comprehendere omnino perfecte aliam creaturam v. g. hominem. Ratio est: quia quasi liber creatura connectitur cum Deo ut Trino: siquidem connectitur cum Deo vero, sicuti est in se. At solo lumine naturali non potest creatura cognosci, ut connecta cum Deo, ut Trino: alioquin solo lumine naturali posset cognosci Trinitatis mysterium. Ergo solo lumine naturali nequit Angelus omnino perfecte comprehendere hominem. Solum ergo lumine naturali potest una creatura comprehendere aliam comprehensione imperfectam; id est, secundum omnes respectus, quos habet ad terminos naturales, siue ad terminos lumine solum naturali cognoscibles: solum ergo debet esse difficultas, an de potentia absoluta possit una creatura aliam comprehendere perfecte.

37 Sit nostra conclusio. De potentia absoluta potest Angelus perfecte omnino comprehendere hominem, & idem dictum putat de alio obiecto cetero. Probatur haec conclusio. Comprehensio cuiuslibet obiecti creati debet adaequare cum tota obiecti creati cognoscibiliitate: ita, ut nullum sit praedicatum in obiecto, neque possit esse, quod non attingat, & possit attingere cognitio, quia dicitur comprehensio. Sed non repugnat cognitio in Angelo respectu hominis predicto modo se habens. Ergo non repugnat quod Angelus omnino perfecte comprehendat hominem. Consequentia est legitima, & minor continet definitionem comprehensionis perfectae. Minor autem probatur. Non repugnat quod Angelus cognoscatur, & intuitu videat omnia praedicata, quibus defacto gaudet homo, & inesse talis constitutus. Præterea in homine nulla datur contingentia virtualis habendi de novo aliquod praedicatum, quod modo non habeat. Ergo, ut cognitio Angelica

sit hominis comprehensio, ultra representationem omnium predicatorum, quæ modo habet homo, non requiritur, quod possit innvariata, ad alia prædicata representanda se extendere: si ergo non repugnat Angelo videre omnia prædicata, quæ modo habet homo, neque illi repugnabit hominem perfectè comprehendendere.

38 Ob. supposito quod modo Deus sit decernens per decretum sibi ad aquatē intrinsecum existentiam Anti-Christi, homo cōexus existia sitter cū Deo vero, sicuti modo est Deus verus, erit cōexus cū Deo, ut decernente existentiam Aati Christi, sed homo, quatenus est ex se, est potens dependere à Deo non decernente existentiam Anti-Christi. Ergo etiam in homine, & in qualibet alia creatura datur contingentia virtualis prædicati connexa cum Deo, ut decernente, vel ut non decernente obiecta contingentia. Ergo etiam in comprehensione hominis habita ab Angelo, debet reperiri capacitas, quatenus est ex se, se extendendi ad noua prædicata representanda.

39 Respondeo, quod, licet Deus, à quo creatura dependet, habeat hæc vel illa prædicata contingentia quoad denominacionem; non tamen necessario creatura connexa est cum talibus prædicatis virtualiter e contingentibus; quia solum creatura connecti par cū illis prædicatis, quæ sunt in Deo necessario in signo causantis huiusmodi creaturam, non vero cum prædicatis existentibus in alio signo virtualiter distincto. Cum autem Deum determinare existentiam Anti-Christi, vel eius parentiam, sit in signo disparate, ad productionem hominis; ideo homo non connectitur cum tali decreto.

40 Quod vero (licet Deus, & decretum contingens de existentia Anti-Christi inter se identificantur) possit tamen homo cū Deo, non vero cum decreto contingentie connecti, mirum non debet esse, cū etiam ipse Deus absque se ipso esse nō possit, secus absque denominatione decernentis existentiam contingentem. Unde ad formam argumenti respondeo hominem connexum esse cum Deo, sicuti est necessario; at vero, ut est contingentier, connexū esse hominem cū illis prædicatis, quæ se habent necessario proprio; non vero cum illis, quæ se habent pro alijs signis: cū vero Deus non ita producat hominem, ut necessario debeat præcedere decretum de existentia Anti-Christi; cum adhuc decretato homine, possit Deus Anti-Christum non decernere; inde colligitur hominem minime cum decreto de existentia Anti-Christi connexum esse.

SECT. III.

De simplicitate, & æqualitate Diuinorum intellec^tionum;

41 **D**Uplex præcipue potest considerari compositio in scientia: alia diuersorum actuum unam scientiam componentium: alia distinctarum partium constituentium unum actum. Primo ergo investigandum est: an quilibet actus Diuinus partibus constet? Deinde vero: an scientia Divina ex variis actibus coalescat?

42 Triplicem apud Philosophos iudicij compositionem inuenio. Alij enim assertunt ex eo nostrum iudicium compositum dici, quia constat subiecto, & prædicato, & copula realiter distinctis; licet in hac ipsa assertione non levius sit apud Authores varietas. Alij autem ex eo arbitrantur iudicium compositionem inuoluere, quia indicant ad iudicium de Petri existentia v. g. præcedere diuersas apprehensiones subiecti, prædicati, & copulae; & ratione præcedentia harum apprehensionum dicunt intellectum humani componendo iudicare. Alij, præfertim ex RR. descendunt compositionem iudicij in eo solu cōsillere, quod, licet iudicium in se indiuisibile sit, sit tamen per species rei composta, & ad modum rerum diuersarum. Hoc supposito.

43 Certum debet esse nullam ex his compositionibus actibus Divinis competere; siquidem in primis actus Dei partibus constans non est; quando quidem harum partium compositio, ut ex terminis patet, maximam imperfectionem præseferit. Præterea, cum ad iudicium Diuinum non possit præcedere alia cognitio apprehensiva applicans obiectum Diuino intellectui, non erit in Deo compositio, que in hac apprehensionis præcedentia consistat. Tertio denique, neque in actibus Divinis est compositio, quatenus Deus per species alienas res iudicet, aut cognoscat. Sed simplicissimo, & clarissimo intuitu Petri existentiam v. g. ita videt, & affirmat, ut ipsam, ut est in se, omnino perfecte enuntiet, & representet.

44 Maior difficultas est: an scientia Divina ex diuersis actibus coalescat? Et hic etiam de triplici distinctione potest esse questionis: videlicet de distinctione reali, virtuali, & per rationem: Sed de distinctione reali formali, dubium nequit esse. Certum

enim est actus Diuinos realiter distinctos non esse, nisi ad summum ex parte connotati extrinseci in sententia admittente ea connota, ut quid compleps actus Diuinos contingentes. Circa distinctionem nostro modo concipiendi parum contendam. Cum enim haec distinctio solam sit diuersus in nobis modus cōcipiendi scientiam actualem Dei, possunt facile pro qualibet obiecto distincto distingui formaliter alia, & alia Diuina intellectio, in quo incommodum non est: siquidem diuersitas haec formalitatum tota est pecunies nostrum imperfectum cognoscendi modum.

45 Tota ergo, si qua est, in hac questione difficultas, ad distinctionem virtualem devolvitur; & cum distinctio virtualis nihil aliud sit, quam suscepit duplicitis praedicati contradictorij; erit idem inquirere, an detur in Deo multiplex intellectio virtualliter; ac inuestigare, an intellectuibus Divinis conueniant praedicata contradictoria, vel potius adeo simplex, & indivisibilis sit intellectio Divina, ut per unicam realiter, & virtualiter intellectuionem omnia attingat, quæ defacto cognoscit?

46 Sed prius aduentendum est hanc questionem minime confundi debete cum illa, quæ inquirit quotplex sit scientia in Deo, videlicet, an triplex: hoc est simplicis intelligentiae visionis, & mediæ, vel an sit duplex tantum? Hac enim questione, quam infra tractabimus, solum inquirit: an Deus cognoscat ultra possibilia, & aliquando existentia, etiam futura conditionata, siue hoc per unicum, siue per multiplicem autem cognoscat? Nos vero, cu modo inuestigamus, an in Deo detur multiplex intellectio, solù quærimus: an detur in Deo virtualis multiplicitas actuum, praescindendo ab eo, quod hoc, vel alio modo tendant in suum obiectum?

47 Sit prima conclusio. Scientia necessaria, & scientia actualis contingens Deo quoad denominationem, virtualiter distinguuntur. Videbitur forsitan haec conclusio manifeste ostendit hoc argumento. Scientia necessaria competit non posse Deo abesse quoad denominationem. At scientia contingentia conuenit posse quoad denominationem deficere. Ergo distinguuntur virtualiter. Pater consequentia; quia posse deficere quoad denominationem, & non posse deficere quoad denominationem, sunt praedicata contradictoria. Sed actus, quibus praedicata contradictoria conueniunt, virtualiter distinguuntur. Ergo scientia contingens, & necessaria in Deo virtualiter distinguuntur.

48 Sed poterit responderi quod, licet Deus indifferens sit ad cognoscendam existentiam Anti-Christi v. g. & eius carens-

tiam, & non sit indifferens ad se cognoscendum : ita tamen potest hoc accidere, ut, si futura sit existentia Anti-Christi, cognoscat Deus indivisibilitatem se, & existentiam Anti-Christi. Sin verò extituta sit carentia, tunc habeat Deus aliam scientiam, qua induxit, & carentiam Anti-Christi, & se ipsum cognoscat: quo fiet nunquam Deum habere secundam scientiam virtualiter distinctam ; sed unicam duntaxat contingentem quoad denominationem, nam necessitas metaphysica, quæ est in Deo cognoscendi se, videtur sufficiētissime saluari per necessitatem vagam actus, quo se, & existentiam contingentem simul, vel simul se, & carentiam rei existentis cognoscat.

49 Ideo superiori argumento, ut iacet, non omnino fido. Aliter ergo argumentor. Scientia necessaria Dei existit in signo antecedenti ad scientiam contingentem. Ergo distinguuntur virtualiter. Consequentia est bona. Antecedens probatur. Quidquid natura præcedit ad decretum de obiecto contingenti, præcedit similiter ad scientiam de tali obiecto. Sed scientia necessaria Dei præcedit ad decretum de existentia Petri. V. g. Ergo præcedit similiter ad scientiam de existentia contingenti. Major est certa, & consequentia legitima. Minor probatur. In signo libertatis ad decretum contingens intelligitur in Deo scientia necessaria; tum sicut esse scientia obiecti contingentis. Sed quod intelligitur in signo libertatis, præcedit natura ad exercitium huiusmodi libertatis. Ergo scientia necessaria Dei præcedit necessario ad decretum de existentia Petri. Iam vero maior ostenditur. Ante decretum de existentia contingentii cognoscit Deus totum id, quod necessario cognosci debet, ut Deus prudentissime decernat. Sed debet præcognoscere, tum se ipsum, tum naturam, & essentiam existentiae Petri. Ergo ante decretum contingens de existentia Petri Deus omnianhac debet præcognoscere. Major est certa, & consequentia legitima. Minor similiter videtur indubitate, quia ut Deus prudenter decernat, non est dubium, quin cognoscere debeat naturam existentiae Petri, & eius carentiam. Cum autem quilibet ex his connectatur cum Deo, non potest Deus non se cognoscere : Ergo ut Deus prudenter decernat, & se, & existentiam essentiam, & carentiam naturam, præcognoscere debet.

50 Sit secunda conclusio. Inter actus contingentes, quoad denominationem circa diversa obiecta, datur distinctio virtualis, quando obiecta cognita per tales actus decernuntur per diuersa decreta virtualiter: sive quia habent ordinem prioris, & posterio-

ris, siue ex alia causa; aliter vero non est fundatum ad distinguendas virtualiter intellectiones contingentes quoad denominationem. Explicatur prima pars huius conclusionis. Potest Deus iuxta probabilissimam sententiam decernere finem, quin per hunc atum media decernantur: posseaque in alio signo decernere media. Hoc supposito. Deus duplē intellectiōē virtualiter distinctam habere debet: unam, qua cognoscat in decreto intentio finis ipsum finem ut futurum: aliam vero, qua in ipsa electione mediiorum, & ipso fine, ut per haec media determinata exequendo, cognoscat futura esse talia media, quibus futurum est, ut obtineantur finis. Item potest Deus, iuxta probabilem sententiam, per decretum A. V. g. decernere Petrum, quin per hoc decretum auxilia supernatura illi decernat. Et deinde videns Petrum libero arbitrio pollere, ut in actus supernaturales liberum arbitrium exercere possit, decernere auxilia supernatura ad actus supernaturales. In hoc etiam cūtū scientia cognoscens Petrum ut futurum cum libero arbitrio, virtualiter distinguitur à scientia de futuritate auxiliorum supernaturalium.

51 Ratio utriusque est, quia scientia obiecti decretati per primum decretum est in signo indifferentiæ ad decernendum obiectum secundi decreti, sed intellectio obiecti decretati per secundū decretum non est in signo talis indifferentiæ. Ergo distinguitur virtualiter: siquidem conueniunt illis prædicata contradictionia. Consequentia est legitima. Antecedens vero quoad utramque partem est verum; siquidem Deus, adhuc videns futurum quod per primum decretum decernit, est indifferens, & liber ad secundum decretum. Obiectum autem secundi decreti non potest à Deo videri, nisi intellectio huiusmodi decreto. Ergo una, & altera intellectio existunt pro diuersis signis à nobis assignatis, nempe, & pro signo indifferentiæ, & pro signo determinationis ad secundū decretum.

52 Secunda pars huius conclusionis etiam suadetur; quia, semel statuto per decretum indiuisibile virtualiter decerni duplex obiectum, per illud decretum iam unum, & alterum obiectum in esse cognoscibilis constituitur, & utrumque indiuisibile in decreto cognoscibile est non ergo poterit Deus pro uno signo cognoscere obiectum A. v. g. & suspendere cognitionem obiecti B. pro altero signo, sed omnino indiuisibiliter utrumque attulget. Ergo erit una virtualiter intellectio.

53 Sit tertia conclusio. Inter intellectiones necessarias non datur,

Datur, distinctio virtualis. Probatur hæc conclusio. In ipso signo, in quo intelligitur Deus, intelligitur omnis veritas necessaria cognoscibilis. Ergo in primo signo, in quo intelligitur Deus; intelligitur in diuisim cognoscibilitas omnium, quæ à Deo necessario cognoscuntur. Consequentia est bona. Antecedens probatur. In primo signo, in quo intelligitur Deus, intelligitur coanexus, saltem radicaliter, cum omni veritate necessaria. Sed connexio cum omni veritate necessaria est cognoscibilitas sufficiens omnium earum veritatum. Ergo in primo signo, in quo intelligitur Deus, intelligitur omnis veritas necessaria cognoscibilis. Ut hæc ratio clarior appareat, rationem dubitandi proponam, ut ex eius solutione nostra doctrina magis conspicua fiat. Et sappennamus, ut maiores sine argumenti vires, quod voluntio necessaria oriatur virtualiter a Deo.

54 Si voluntio necessaria oriatur à Deo virtualiter, videtur dari in Deo duplex scientia: una, quæ præcedat virtualiter ad voluntatem necessariam; altera, quæ, vel subsequatur necessariam voluntatem, vel saltē sit in eodem signo cū illa. Ergo dabitur in Deo duplex scientia existens pro diuersis signis. Ergo duplex scientia virtualiter distincta. Illationes legitime sunt. Antecedens probatur. Si voluntio necessaria oriatur virtualiter à Deo, orietur à Deo prudenter, & non ex eo modo volenti. Ergo orietur à Deo. ut cognoscere id, quod necessario vult. Ergo scientia se tenebit ex parte principijs. Ergo in signo priori ad decretum. Præterea Deus necessario cognoscit hanc ipsam cognitionem necessariam existere. Sed haec cognitio non potest antecedere voluntatem necessariam. Ergo, vel sublequitur, vel comitatur. Ergo datur in diuisito signo, ac altera constituentis Deum in signo apto, ut prudenter decernat. Quod vero hæc scientia non antecedat voluntatem necessariam, videtur probari: siquidem ad scientiam essentialiter vera de aequali existentia rei debet intelligi ipsa rei existentia. Ergo scientia voluntatis necessaria non potest necessariam voluntatem præcedere.

55 Huic rationi dubitandi respondeo quod, licet in Deo duplex distinguatur signum: primum, in quo intelligitur Deus, ut principiū voluntū; secundū, in quo intelligitur necessaria voluntas, et Deus cognoscat hanc necessariam voluntatem extitum pro secundo signo, necessarium non est, quod secundum signum expectet, quia adhuc pro primo signo verum est futuram esse voluntatem necessariam pro secundo signo: nam cognitio non debet esse formaliter pro signo, pro quo est obiectum, sed representare obiectum, ut existens in signo, quo existit, unde

negandum est, quod ad scientiam necessario veram de existentia obiecti debeat iam intelligi obiectum existens in se ipso. Imò iuxta doctrinam supra traditam q. 4. scđt. 4. in signo antecedenti ad volitionem non solum determinatur cognitio à se ipsa, & ab essentiā; verum etiam ab ipsa volitione cognita: quia quod eis posterius in genere quasi physico, potest esse prius in genere obiectivo. Vide, quæ ibi diximus, vb; aliorum argumentorum solutionem repe-
gnes.

SECT. IV.

De æqualitate diuinarum intellectuum ubi: an simplex apprehensio Deo repugnet;

56 **O**MNES DIUINA intellectus æqualitatem habent in per-
fectione, adhuc data inter illas virtuali distinctione: quia
nulla est intellectio Diuina, quæ Deum non attingat. Licet enim
virtualiter distinguantur ex alijs capitulo, vel obiectis; omnes ta-
men Diuina intellectus Deum attingere debent, cum quodlibet
obiectum cum Deo essentialiter sit connexum. Præterea in ve-
ritate, certitudine, & evidentiā, & claritate omnes æquales sunt,
ut supra dicebamus: restat tamen (ne quid in hac parte desidere-
tur) scrupulus leuis sedandus: Vtrum in Deo respectu aliquius ob-
iecti possit dari simplex apprehensio? Videlicet, in hoc actu: Pe-
trus decedens in gratia saluabitur, & in alijs similibus; in quo aut
gratia solum apprehensio attingi videtur. Sed hic actus, quatenus
apprehensio attingens gratiam, nec certitudinem, nec verita-
tem haberet. Ergo actus Diuinus, in modo tendendi non æque per-
fectè versatur circa omnia sua obiecta. Ergo actus Diuinus non om-
nimoda gaudent æqualitate.

57 Respondeo primō, licet actus Diuinus apprehe-
natur tantum attingeret aliquid sui obiecti; non ideo absolute actu
in æqualitatem perfectionis habiturum: quia, cum reuera obiectū
sum directum enuntiatum attingeret, & respectu huius obiecti di-
recti certitudine, veritate, & reliquis perfectionibus polleret in
infinito gradu, actus infinitè perfectus absolute euaderet, cum eius
perfectio non ex obiecto indirecto, sed ex directo accipienda sit.

58 Respondeo secundo Deo repugnans est simplex appre-
hensio respectu aliquius obiecti. Probatur hæc conclusio. Actus

non attingens in obiecto, quod pro illo signo attingi le est, & est imperfectus, & Deo repugnans. Sed pro nullo signo est attingibile obiectum, pro quo non sit aliqua veritas, aliquid ve prædicatum affirmabile de illo. Ergo pro nullo signo potest Deus attingere aliquid obiectum nihil affirmando de illo. Ergo neque solum sim-pliciter apprehendendo. Maior est certa, & consequentia legitima. Probatur minor. Pro quolibet signo, pro quo obiectum attin-gibile est, habet prædicata, vel possibilia, vel chymistica. Ergo pro quolibet signo, pro quo obiectum attin-gibile est, est etiam enuntiabile. Ergo pro signo nullo est attin-gibile obiectum, pro quo non sit aliqua veritas, aliquid ve prædicatum affirmabile de illo. Antecedens videtur certum, pro nullo enim signo, pro quo intelliguntur aliqua prædicata apprehensibilia, possunt talia præ-dicata præscindere ab eo, quod repugnat inter se.

59 Ob. i. in sententia absoluente Deum à connexione cum creaturis, in signo, in quo intelligitur Deus, præscindit à possi-bilitate, vel repugnancia Petri. V. g. Ergo iam darur aliquid signum præscindens à possibilitate, & impossibilitate. Respondeo in illa sententia pro signo, pro quo intelligitur Deus secundum se, non solum non intelligi possibilitem, vel repugnantiam Petri, verum, neque illa prorsus prædicata distincta à Deo esse appre-hensibilia: qua propter pro illo signo prædicata Petri neque sim-pliciter poterunt apprehendi; nos vero solum dicimus nullum es-se signum cognoscibilitatis obiecti, quod non sit etiam signum ali- cuius veritatis affirmabilis de illo. Hoc dixerimus in hac senten-tia. In nostra vero Deum cum creaturis connectente, locum non habet præfata obiectio.

60 Ob. secundo. Deus habet hunc actum. *Si existat auxi-lium A erit consensus.* Sed hic actus apprehendit existentiam auxi-lii A, quin illam, aut affirmet, aut neget. Ergo in prædicto actu habet Deus simplicem apprehensionem existentia auxiliij A. Vide licet apprehensionem hypotheticam, seu constitutinā hypothesis.

Respondeo primo prædictum actum enuntiare de auxilio, quod si existat coniungetur cum consensu, hoc est esse conditio-nem, qua posita, erit consensus, quod sufficit, ut non simpliciter duntaxat apprehendatur.

61 Respondeo secundo: Deum attingentes auxilium, ut conditionem, qua posita, erit consensus, per ipsam cognitionem, qua attingit auxilium ut hypothesim (licet permittamus non af-firmari, aut negari eius existentiam) affirmare eius possibilitatē,

quia Deus de illa hypothesi affirmare debet quidquid affirmabile est pro eo signo: pro eo autem signo, non solum potest; verum necessario debet affirmari eius possibilitas, siquidem affirmatur de illa esse veram conditionem, qua posita, reuera erit consensus: & hoc est formalissime affirmare esse entitatem veram, & possibilē. Vnde pro signo, pro quo prædictum obiectum est hypothesis; sub qua erit consensus, est etiam formaliter possibile, vera enim hypothesis veram, & nullo modo repugnantem entitatem involuit. Alia solutio posset afferri ex responsione ad sequens argumentum.

62 Ob. tertio. Dum Deus cognoscit me apprehendere cursum Petri, attingit cursum Petri per talē cognitionem; sed ex vi huius attingentiae nihil iudicat de existentia cursus Petri. Ergo talis cognitionis est simplex apprehensio cursus Petri. Minor probatur. Deus per hanc cognitionem non attingit cursum Petri, nisi prout determinatus ab apprehensione mea, quæ directe cognitæ non determinata ad cognitionem certam existentiae cursus Petri, siquidem est indifferens ad existentiam, vel non existentiam huiusmodi cursus. Ergo Deus ex vi huius attingentiae nihil iudicat de existentia cursus Petri.

63 Respondeo primo: idem esse affirmare me cognoscere cursum Petri, ac affirmare cursum Petri esse cognitum à me: quod sit, ut etiam affirmetur Petri cursum esse à me cognoscibilem. Ergo per talē actum affirmat Deus de Petri cursu, & esse capacem terminandi meam cognitionem, & defacto eam terminare. Ergo non simpliciter apprehendit.

64 Respondeo secundo per hunc ipsam actum Deum affinare omnia prædicata, quæ defacto conueniunt cursus Petri, quia Deus ex se est determinatus ad cognoscendum cursus Petri secundum omnia prædicata, secundum, quæ cognoscibilis est: ac per consequens, licet cursus Petri solo non habeat determinare ad perfectam cognitionem cursus: attamen ex cursu Petri, & ex infinita vi cognoscitur Dei, resultat determinatio ut Deus cognoscatur. cursum Petri secundum omne, quod illi conuenit. Vnde illa proposicio (cuinicitur tota argumenti vis) Deus non attingit cursum Petri, nisi prout determinatus à cognitione mea, potest absolute negari. Deuse enim non cognoscit cursum Petri prout præcisæ determinatus à mea cognitione, sed prout determinatus à mea cognitione, & à sua infinita vi cognos-

tibus,

QVAD

QVÆST. VIII

De immutabilitate scientie Diuinae: ubi de præscientia futurorum in æternitate.

IMUTABILITAS Scientie Diuinae una est ex præcipuis eius proprietatibus, & quæ difficilius explicatur ab Authoribus p̄det enim ex alijs questionibus difficultibus. Videlicet, quare ratione futura existat in æternitate? quare ratione æternitas sit præsens creaturis insua temporis differentia? & utrum dentur veritates essentialiter successivæ? Quæ propter nequit apte Diuina scientia immutabilitas explicari, si predictæ questiones, & alias illis affines omnino prætermittantur. Ideo, quamvis alias omnes Diuina scientia proprietates unica questione pertractauerim; de Diuina scientia immutabilitate integrum aliam, questionem instituere decreui.

SECT. I.

Praenostantur aliqua de Diuina præsentia in æternitate.

ATERNITAS Dei, ut definitur à Boetio lib. 6. de consolatione prola 6. est interminabilis vita tota simul, & perfecta posse. Ex cuius definitione ab omnibus Doctoribus Scholasticis recepta, intelligitur æteritatem esse attributum Dei, per quod Deus constituitur intrinsecè durans infinite, sine principio, aut fine, neque in se, neque in suis perfectionibus. Ut autem id clarius percipiatur.

Suppono primo duplē respectu Dei æternitatem distinguuntur: intrinsecam unam, extrinsecam aliam. Æternitas intrinseca est hoc Diuinam attributam, quod nomine absolute æternitatis à Boetio definitur; neque illud Divinum prædicatum, ratione eius, ita, sine principio, & sine Deus durat, ut sit determinatus, ut corresponeat omnibus durationibus successivis, possibilibus. Æternitas extrinseca est series illa durationum, quæ videlicet possibles sunt, vel saltem imaginantur, ab æterno, & in æt. num labentes, quæ, & primam ignorant, & ultimam non cognoscunt. Itaque concipiamus ex una parte seriem instantium distinctorum

in infinitam, & interminatam, tam à parte ante, quam à parte post; ex alia parte Deum determinatum ad existendum omnibus his instantibus successivè tabentibus. Hæc determinatio est æternitas intrinseca. At vero instantia continuo sibi motu succendentia, quibus Deus coexistit, est æternitas extrinseca Dei.

3 Suppono secundo Deum per suam æternitatem intrinsecam non solum radicaliter, verum etiam formaliter constitui durantem ab æterno, & in æternum: constitutique correspondentem æternitati extrinseca. Sed quia explicatio huius praesuppositi magni momenti est ad totius questionis decisionem, non nihil in ea immorabor. Dupliciter possumus considerare quod indivisibile quantitatis v.g. sit determinatum ad occupanda duo puncta spatij. Primo, si supponamus prædictum indivisibile esse connexum cum praesentia, quæ illud in predicto spatio formaliter constituat: in quo casu non se ipso erit formaliter determinatum ad existendum in illo spacio; sed tantum radicaliter, quatenus est determinatum ad habendam formam, quæ illud in tali spacio formaliter constituit. Secundo: si supponamus prædictum indivisibile quantitatis esse per identitatem praesentiam definitiuan sui ipsis, qua constituantur in illis duobus punctis spatij. In quo casu, non radicaliter, sed formaliter erit praesens duebus punctis spatij, & licet praesentia prædicta identificata cum indivisibili quantitatis dicatur spatio correspondere, non ideo est, quia ipsa non sit ubi formale sui ipsis; sed quia nos non aliter praesentiam possumus explicare, nisi per correspondentiam ad spatium imaginarium. Hoc modo Deus est ubique, & immensus: non radicaliter, quatenus constatur cum aliquo constitente Deum hic, vel ibi, sed quia formaliter per se ipsum ubique constituitur.

4 Eodem modo ferendum est iudicium de duratione Divina. Deus enim non ex eo est durans, quia est connexus cum aliquo, quod Deum constitutus formaliter durantem *bodie*, & *eras*: sed quia ipse Deus est respectu sui ipsius suum durare formaliter. Et sicut creata duratio durat formaliter per se ipsam, licet apprehendatur correspondens spatio imaginario: & similiter duratio Petri hodierna, licet corresponeat diei hodierno, hoc est durationi hodiernæ cœli: itamen se ipsa est suum nunc formaliter, & suum *bodie*. Sic similiter Deus realiter identificatus cum sua æternitate erit a se ipso formaliter suum nunc, suum ab æterno, & suum semper.

5 Ex hoc inferitur neque creaturam durare per durationem

nem Diuinam, neque Deum per durationem creatam; quia, licet Deus in adæquate constituatur correspondens in instanti A creato in actu, secundo per ipsum instans A, non ex eo est, quia instans A, vel in adæquate constitut Deum durantem; sed solum quia constituit extrinsecè Deum correspondentem illi in actu secundo, modo quo duratio hodierna Petri, licet per durationem simultaneā Pauli constitut correspondens illi in actu secundo, non tamen, neque in adæquate quidem constituit durans per durationem Pau. i. Quod autem creatura non duret per durationem Diuinam, ex eo probatur, quia attributa Diuina non tribuunt suum effectū formalem rebus, quibus minime vniuntur: præsentim æternitas, quæ neque adhuc vnta tribuit suum formalem effectum, ut pater in Christi Domini humanitate. Deinde probatur à posteriori: quia, si creatura duraret per æternitatem Dei, & Dei æternitas esset illius duratio, creatura quælibet esset æterna, & in æternum duratura, ac per consequens, non in tempore producta.

6 Suppono tertio æternitatem Dei non solum realiter, verum, & virtualiter indiuisibilem esse. Explicatur simul, & probatur hoc presuppositum. Esse æternitatem Dei virtualiter successivam, & diuissibilem, esset quod, sicut creatura ab æterno producata duraret per infinitam series durationum priorum, ita, ut per nullam seorsim constitueretur durans plusquam per vnum instans, sic similiter æternitas Dei intrinseca constaret virtualiter ex infinitis durationibus, quarum quælibet solum per vnum instans constitueret Deum durantem, & nullatenus duratio intrinseca diei hodiernæ esset ratio durandicas, & ratio intrinseca Deo durandi cas nullo modo constitueret ipsum, ultra durans: sed quælibet duratio pro mensura omnino indiuisibili Deum durantem constitueret: Deinde quælibet duratio solum per vnum instans duraret, quia cum esset essentialiter successiva virtualiter, haberet virtualliter deficere vnam durationem, & alteram advenire. Ita ut numquam existaret virtualiter duratio, nisi pro vnilico instanti.

7 Totum hoc Deo repugnans est, nam, si hæc virtualis successio esset in æternitate, in Deo continua mutuatio virtualis reperiretur, similiterque Deo deficeret, quod modo habet, & denique iam æternitas non esset tota simul, & perfecta possessio. Licet enim tota æternitas realiter esset eadem; cum tamen admitteret virtuali successionem: iam duratio hodierna non esset ratio durandi cas, sed alia duratio virtualiter distincta, quæ nondum existit quoad denominationem. Ergo possessio, seu comple-

bonorum, non esset perfecta, & tota simul pro quolibet instanti. Dicendum ergo est Dei aeternitatem ita indivisibilem esse, ut nenum virtualem distinctionem, siue successionem accipiat, sed eadem ratione, qua Deus constituitur durans hodie, eadem ipsa realiter, & virtualiter constitui durantem eras, & reliquis diebus.

8 Suppono quarto: cuilibet instanti aeternitatis extrinsecam Dei, quando eiusmodi instans existat, coexistere totam aeternitatem Dei intrinsecam; itemque praedictum instantis, quando existit, toti intrinsecam aeternitati Dei coexistens esse: quia aeternitas intrinseca Dei, utpote indivisibilis, est tota simul. Ergo in instanti A. coexistit toti aeternitati, & tota aeternitas ipsi. Difficultas ergo est. Vtrum quodlibet instantis creatum possit existere ab aeterno, ex eo quod existat toti aeternitati Dei? Item. Vtrum aeternitas Dei coexistat omnibus instantibus creatis in quolibet instanti ita ut non solum coexistat instanti A. in ipso instanti A. veru etiam in alijs?

SECT. II.

Utilis doctrina traditur circa naturam propositionum durationem significantium.

9 **S**ed etiam explicata Divinae aeternitatis natura, explicanda est natura etiam propositionum, quae circa rerum durationes versuntur, ut ex inde colligere possumus, quid vere circa aeternitatem Dei cautiare possimus, nec non circa durationes creatas, & res mensuratas per illas, quatenus Diuinæ aeternitati correspondentes. Pro cuius intelligentia.

10 Aduertendum est primo. Propositiones omnes, utpote verbo constantes, non solum conuenientiam praedicati cum subiecto significare, verum etiam tempus, quo talis conuenientia exercetur, nullumque hucusque repertum esse verbum, quod a tempore praescindat, quatenus est ex se, potest tamen aliqua particula, talis praecissio denotari v. g. licet in hac propositione Petrus est existens ly est, significet praedicatum existendi defacto, & de praesenti, conuenire Petro; si tamen propositione hoc modo enuntiet: Petrus praescindendo à differentia temporis est existens. Iam tunc particula illa praescindendo à tempore auferit à verbo significacionem temporis, reliqua illi conuenientia significatione,

11 Aduertendum est secundo. Eum qui enuntiat cum tempore aliquod obiectum, supra suam propriam durationem reflextare, ita, ut si enuntiet hoc modo *Petrus currit*, non solum dicat conuenire cursui Petro, neque solum quod conuenit utrumque de praesenti, sed etiam quod modo induratione A. praesenti, in qua propositio id enuntiat, cursus conueniat Petro: adeo, ut haec propositio ex modo affirmandi essentialiter significet tempus, quo enuntiatio habetur: minimè autem tempus aliud, vel præteritum, vel futurum; sed solum praesens, quod defacto est duratio illius, qui affirmat cursum, prout prædictum cursum affirmat.

12 Aduertendum est tertio (quod ex duobus præsuppositionis iam prædictis inferitur) hanc propositionem *Petrus nunc currit*, siue propositionem his terminis respondentem, diuersum obiectum habere, prout à diversis intellectionibus affirmatur: nam, cù ex modo tendendi significet durationem praesentem illius, qui modo huiusmodi propositionem habet, & haec duratio sit diuersa pro intellectionum affirmantium diuersitate: etiam diuersum obiectum habere prædictam propositionem necessarium est: Ex quo fit hanc propositionem habitam ab homine, vel à quolibet alio intellexu creato durante per modum essentialiter successivū, enunciare determinate, quod existat cursus produratione praesenti indivisibili, pro qua habetur talis propositio: nam cum duratio praesentanea creaturæ, neque possit antecedere, neque subsequi ultra unum instantem; inde fit hanc propositionem affirmatam à creatura, cum non possit mutare obiectum, & essentialiter repræsentet durationem suam praesentem v. g. A. non posse existere in alia duratione, ac per consequens neque veritatem habere; imo si fingamus ad aliud instantem transferri v. g. ad B. cum cursus possit existere in instanti A. quin existat in B. fieri inde quod, facta hac suppositione, posset propositio transire de vera in falsam iuxta doctrinam, quam docui in libris de anima ad illam questionem, utrum propositio possit transire de vera in falsam?

13 At vero Deus habens propositionem respondentem his terminis *Petrus nunc exigit* solum affirmat cursum conuenire Petru conuenientia corespondenti æternitati interiori secundum Dei. Ratio huius est, quam supra assignavimus, quia quilibet enuntians conuenire prædicatum subiecto de praesenti, & nunc, solum enuntiat de suo *nunc*, siue de duratione, qua constituit illum enuntiantem nunc: cumque æternitas Dei indivisibiliter tota simul existens, quin, vel virtualem diuersitatem cognoscatur, sit duratio.

qua Deus, constituitur enuntians nunc : ex inde infertur Deū asserentem Petrum currere nunc, solum afferere Petri cursum correspondere aeternitati intrinsecæ Dei.

14 Si tamen inquiras, quo pacto Deus enuntiet Petrum currere modo in instanti A. Respondeo Deum enuntiare Petri cursum existentem esse in instanti A distincto essentialiter à reliquis instantibus, coexistereque sua aeternitati intrinsecæ; quo sit, & Deum scire Petrum currere in instanti A, & quæ sit hæc duratio prout existens in tua propria mensura, & quod totum hoc sua aeternitati respondeat.

15 Sed adhuc replicabis. Quomodo Deus possit scire quod sit instans modo præsens? Nam licet sciat Petrum currere in instanti A, simulque quod instans A distinguitur à reliquis, & quod omnia instantia coexistant aeternitati; adhuc tamen videtur non cognoscere instans A distinctum à reliquis, & coexistens aeternitati Dei, existat, vel non existat modo de præsenti. Ergo semper concedenda est Deo aliqua cognitione essentialiter successiva pro singulis instantibus; quibus quasi experiatur quod sit instans modo existens, & quod sit præteritum, quod ve futurum.

16 Respondeo hoc Deum enuntiare, & scire cognoscendo indiuisibiliter ex parte sua cognitionis per representationem perfectissime intuituam unumquodque in sua mensura existere: cum enim Deus indiuisibiliter, & simul ex parte sua durationis, & sua aeternitatis, sit præsens realiter omni durationi creatæ, non est necessarium quod respectuè ad se, unum cognoscat, ut futurum, aliud, ut præsens, & aliud ut præteritū (imo hæc diversitas illi repugnat) sed cognoscendo instans A, ut antecedens ad B. & B ad C. vidensque hæc instantia ita se habere inter se, ut quando existat B, præcesserit A, & futurum sit C (licet hæc tria instantia cognoscantib[us] simul coexistere simultate se tenente ex parte Dei) videt quid: quid in his instantibus cognoscibile est à cognitione, respectu cuius nihil est præteritum, aut futurum; sed omnia sunt simul ex parte cognitionis, & durationis eius, qui ita affirmat. Si enim Deus aliquod obiectum sibi futurum, aut præteritum enuntiaret, omnino falleretur.

17 Sed iterum replicabis. Supponamus Deum promisisse se in instanti A collaturum esse Petro aliquid auxilium. Tuuc sic. Ad hoc, ut Deus necessitetur ad collationem talis auxilij, debet cognoscere in instanti, in quo urget obligatio adimplendi promissam, aliquid, quod anteā non cognouerat. Hoc nihil aliud esse potest,

potest, nisi iam existere instans A. quod instans erat terminus ad implementationi præfixus. Ergo cognitio existentia instantis A. aduenit Deo de nouo pro instanti A. Maior, in qua est difficultas, probatur. Obligatio vrget Deum in instanti A., & non in antecedentibus. Ergo in instanti A. datur aliquid ex parte intellectus Divini, quod antea non dabatur. Probo consequentiam. Eatenus obligatio vrget agentia rationalia, quatenus iam cognoscunt existere terminum obligationis. Ergo, si pro instanti A. vrget Deum obligatio & non pro reliquis, in instanti A. dabitur ex parte intellectus Divini cognitio aliqua, quæ antea non dabatur circa aduentum termini præfixi, seu durationis, in qua vrget obligatio.

18. Hoc argumentum increatis me cōuincit ad afferendas propositiones temporis determinatiwas suis durationibus affixas; at vero in Deo inefficax est; siquidem Divina cognitio de sua promissione, necnon de existentia omnium instantium pro sua mensura, est determinatio pro instanti A. de collatione auxiliij; nam cum hæc cognitio omnia instantia comprehendat, coniuncta cum Dei efficaci voluntate de conferendo auxilio pro instanti A. se ipsa determinat Deum ad conferendum auxilium pro prædicto instanti A. non vero pro reliquis (præsertim cum promissio Divina essentialiter habeat esse infrustrabilem) quia cum simul sit cognitio omnium instantium, & simul ex parte sui omnibus coexistat: simul etiam est determinatio ponendi auxilium pro instanti A., & simul non est determinatio pro reliquis.

19. In creatis vero secus se habet, nam cognitio de existentia instantis A. pro sua mensura, pro qua ad actum amoris v.g. homo obligator, si semel adstruatur absoluta à prædicto instanti A. cum successive possit coexistere instanti A. & B. & non quoiescūque existat, determinet: indigebit aliquo alio, ut absolute determinans sit: hoc autem non potest esse instans. Ergo alia cognitio, quæ determinet pro instanti quo extiterit. Quod autem non sufficiat instans A. ad determinationem, est certum: quia, si homo in instanti A. putaret ipsum instantis A. nōdum advenisse, non obligaretur in actu secundo formaliter pro tunc, nec determinaretur ad adimplitionem præcepti. Ergo determinatio adimplendi præceptum, seu urgentia præcepti in actu secundo non per instantis A. sed per aliquam cognitionem instantis A. vt præsentis in duratio- ne qua existit cognitio, constituenda est.

20. Instabis deinde. Supponamus. Deum mihi reuelare esse nunc instans A. pro quo sum obligatus ad eliciendum actum amo-

ris. In hoc casu Deus proferet hanc propositionem. *Nunc existit instans A.* Ergo Deus etiam mentaliter enuntiaret hoc modo videlicet *nunc existit instans A.* At, si Deus haberet hunc alium in instanti B, falleretur. Ergo non habet illum in instanti B. Minorē probo. Si Deus in instanti B mihi diceret *nunc existit instans A.* me falleret. Ergo, si sibi ipsi hoc in instanti B, manifestet, sibi ipsi imponet; ergo hæc propositio *nunc existit instans A.* siue à Deo, siue à creatura habeatur, tantum significat instans A praesens, neque quicquid ad aliud instans absque falsitate transferri, cumque Deus possit, ut probauimus, hanc enuntiationem habere in instanti A, infertur posse Deum habere propositionem ipsi necessariis de futuram in instanti B.

21 Respondeo propositionem vocalem demonstratiuam non se ipsa solum habere significationem completam, sed eius significationem resultare, tum ex verbis, tum ex spatio, siue temporis, siue loci, cui respondet demonstratio v. g. hæc propositio vocalis. *Hic ubi ego sum in instanti A.* est Complutum, ita significat hanc distantiam, ut in hec eadem materia ita verba protulisse Matriti, & non Complutum in instanti A, non significaret hanc distantiam, siue Complutam; sed Matritum, ideoque propositio esset falsa: diceret enim Matritum esse Complutum. Ergo quod hæc verba *hoc spatum, in quo sum in instanti A.* significant spatum Compiuentis, non habent ex se solum, sed ex se ut coniunctis cum mea praesentia in hoc spacio. Similiter ergo hoc verbum *nunc*, quod est temporis demonstratiuum, non se solo habet significare duracionem A. sed se ut coniuncto cum duratione A. Deinde obseruandum est hanc propositionem vocalem Dei *nunc est instans A.* non determinare præcisissimum nunc, sed nunc meum, siue *nunc* ipsius locationis creatæ ad me directæ, & à Deo loquente procedentissimam enim Dei locutio, non esset determinativa viuis potius, quam alterius instantis.

22 Dico ergo Deum mihi loquentem his verbis *nunc existit instans A.* finaliter & indubitate coguoscere existentiam omnium instantium pro suis mensuris coexistentem, ly simul se tenuete ex parte Dei, at vero mihi tantum reuelare existentiam instantis A, ut praesentem suæ durationi. Quia propter hæc propositio vocalis, non substituitur pro tota propositione mentali, sed tantum in adæquate quod instans A. Quod vero in instanti B. me falleret, si hanc propositionem vocalem Deus proferret: ex eo est, quia ipsa propositio vocalis falsa esset, siquidem in instanti B, iam verbum

hum demonstratiuum nunc significaret instans B. cum significatio verbi demonstratiui temporis, ultimo constituantur per ipsum item pus in quo sit, & falsum est afferere existentiam instantis A. in instanti B.

23 Quod autem ex inde neque colligatur propositionem mentalem Divinam esse falsam in instanti B. neque pro instanti B. de futuram probatur per partes. Et primo quod non falsificarentur: quia hæc verba nunc existit instans A. cū nō se solis constituant enuntiationem vocali, sed illam constituent, ut coniuncta cum aliqua duratione; hinc sit quod, ut coniuncta cum duratione A. constitueret enuntiationem, quæ erat vera, ac proinde substituerentur saltem in adæquate pro enuntiatione Divina; at vero cum, ut coniuncta eadem verba cum B. constituent illam enuntiationem distinctam, iam, neque in adæquate huiusmodi distincta enuntiatione substitueretur pro enuntiatione mentali Divina, cum sit prorsus alia propositio, ac per consequens nulla est ratio quare debeat inferri propositionem Divinam mentalem esse falsam.

24 Præterea neque ex eo quod deficiat propositio vocalis, infertur deficere mentalem: quia ex eo deficit propositio vocalis: quia propositio vocalis demonstrativa temporis constituitur in esse significantis per ipsa instantia: cum autem actus Divinus non per instantia constituantur in esse significantis, sed à se ipso id habeat; hinc infertur actum Divinum non deficere: non enim colligitur significationem mutare.

25 Hinc iam ad argumentum in forma. Respondeo: admisso casu revelationis: concedendo antecedens, & priori consequentiam: videlicet Deū habere hanc actionem mentaliter nunc existit instans A. & negando minorem subsumptam: nempe quod, si Deus haberet mentaliter hanc actionem in instanti B. falleretur. Ad huius probationem: concedo: antecedens, videlicet quod Deus me falleret, si mihi diceret in instanti B. nunc existit instans A. & distinguo consequens, nempe: Ergo si Deus sibi ipsi hoc manifestat sibi ipsi imponit. Si hoc sibi manifestet Deus per propositionem mentale significantem idem, quod significat propositio vocalis, ut existens in secundo instanti: concedo: significantem idem, quod significat propositio vocalis, ut existens in primo instanti: nego: consequentiam. Et iuxta hanc distinctionem distinguendum est ultimum consequens.

26 Ex dictis etiam infertur, quo pacto Deus faciat quo die viuat, vel quo instanti existat. Dicendum enim est Deum cognoscere se simul, similitate se tenente ex parte sua durationis,

viuere in omnibus durationibus, ita, ut simul intueatur se coexistere instantibus, quæ inter se ordinem priorum, & posteriorum habent.

SECT. III.

Infertur ex dictis Divinæ scientiæ immutabilitas.

27 **P**RIMO absque controversia est scientiam quamlibet Divinam, adhuc contingentium, non esse vlo modo mutabilem quoad entitatem. Est indubitate hæc conclusio: quia cum intellectio Divina quoad entitatem solum sit ipsa entitas intrinseca Dei secundum illas rationes, quæ nullam vlo prorsus modo contingentiam, siue realem, siue virtualem involunt, & vbi nulla datur contingentia, nulla etiam repertatur mutabilitas: infertur eidenter scientiam Divinam, siue veritatis necessariæ, siue contingentis, sumptam quoad entitatem, nullo modo esse mutationi obnoxiam. Solù ergo difficultas potest esse circa scientiam actuali-
lem Dei contingentem. Utrum videlicet Deus possit mutationem subito quoad denominationem cognoscens actualiter aliquid obiectum? Hoc est: an quod aliquando Deus affirmat, aut negat, semper affirmare, aut negare necesse sit?

28 Sit nostra conclusio, quæ ab omnibus propugnari debet. Deus ita est immutabilis in suis intellectibus quoad denomi-
nationem contingentibus, vt neque possit de nouo aliquid af-
firmare, aut negare, quod ab æterno non affirmauit, aut negauit:
neque possit desistere ab affirmatione, aut negatione illius, quod semel affirmauit, vel negauit. Probatur hæc conclusio. Ex duplice capite posset excogitari in Deo affirmatio alieuius obiecti in uno instanti, quæ non esset in omnibus, vel quia, licet prædictum obiec-
tum affirmabile esset vere in omnibus instantibus; Deus tamen, vel falleretur in reliquis, vel ignoraret. Et hoc hereticum est, vel quia aliquid esset affirmabile vere à Deo in uno instanti, quod non esset affirmabile vere eadem affirmatione in reliquis, sed quod Deus affirmat vere in uno instanti, vere similiter affirmat in reli-
quis. Ergo nullum est caput mutabilitatis scientiæ Divinæ. Pro-
batur minor. Notitia quam habet de Anti-Christo futuro v. g.
semper est vera. Ergo idem est de alijs obiectis.

29 Antecedens probatur, in quo est difficultas. Deus enun-
tians existentiam Anti-Christi cum ordine priori & posteriori
reflexa

felipe & aliarum durationum, respectu durationis Diuinæ solum affirmat ordinem simultatis. At hoc semper est verum. Ergo enuntiatio Diuina semper veritatem sortitur. Minor probatur. Tocum hoc est verum antequam existat Anti-Christus: siquidem quod nondum coexistat instanti A, non tollit quod existat in instanti A pro sua mensura, nec quod instans A respectu ad aliqua instantia præcedentia sit posterius; respectu vero ad alia subsequentia sit prius: & multo minus tollit, quod totum hoc coexistat Deo simul simultate se tenente ex parte Dei. Ergo hæc propositio est vera, licet nōdum aduenerit instans A, cui coexistitur est Anti-Christus. Indem ratione erit vera prædicta propositio in instanti A, in quo extiturus est Anti-Christus: quia in illo instanti non representatur Deo instans A, ut futurum respectu ipsius D. i., cui est præsens; sed ut futurum respectu ad alia instantia præcedentia instans A, cum quibus posterioritatis ordinem habet. Ergo etiam prædicta propositio erit vera in instanti A. Paritatione probatur quod sit vera in instanti B. quia, licet instans B, supponat præteritam existentiam Anti-Christi pro instanti A, non representatur Deo Antichristus ut futurus respectu ad instans B. Sed ad instantia præcedentia ad A. Ergo nihil tollit quod vera sit prædicta propositio in instanti B. Ergo absolute vera erit propositio Divina in omnibus instantibus, sive durationibus aeternitatis. Obiectiones contra hanc conclusionem ipsius conclusionis explicatione præoccupauit.

SECT. IV.

An futura sit in aeternitate, & aeternitas in futuris?

31 **S**it prima conclusio: Nullum futurum contingens coexistit Deo physice ab aeterno. Probatur hec conclusio: Nullum futurum contingens existit physicè ab aeterno. Ergo nullum futurum contingens coexistit physicè ab aeterno. Consequentia videtur bona: quia quod aliquo modo non existit: illo modo nulli coexistit. Si ergo creatura ab aeterno non existit, neque ab aeterno Deo coexistit. Iam vero nullum futurum existere ab aeterno. Probatur primo: quia primo Genesis dicitur Deus omnia in tempore creasse, omniaque in tempore incepisse. At si omnia fuissent ab aeterno, nec in tempore crearentur, nec inciperent. Ergo non sunt ab aeterno. Probatur secundo ex D. Thoma i. p. q. 61, art. 2.

vbi h[ic] habet: Solus Deus est ab aeterno, hoc enim sedes Catholicam dubitans tenet, & omne contrarium est sicut hereticum reputandum. Hoc ipsum P.P. passim tamquam certum supponunt: Ergo nulla creatura est physice, & realiter ab aeterno. Ergo non coexistit Deo physice ab aeterno.

32. Verum, cum ex alia parte docuerimus res omnes coexistentes toti aeternitati intrinsecā Dei, & hanc Dei aeternitatem, neque adhuc virtualiter dimisibilē esse: tota difficultas est in explicando quo pacto Petrus v. g. & coexistat toti aeternitati Dei, & neque existat ab aeterno, neque Deo ab aeterno coexistat?

33. Dico ergo ex eo Petrum non esse ab aeterno, quia esse ab aeterno, non solum dicit, quod coexistat aeternitati; verum etiam quod per aeternitatem duret, siue quod aeternitas sit illius duratio. Cum autem aeternitas Dei, licet sit id, cui Petrus coexistit; non tamen sit id, per quod Petrus durans constituitur: infertur Petrum non existere ab aeterno, neque ab aeterno Deo coexistere; licet, & coexistat aeternitati Dei, & coexistat Deo prout ab aeterno durari.

34. Explicatur hoc exemplo immensitatis Diuinæ: nam Petrus per suam presentiam penetratur localiter cum tota immensitate intrinsecā Dei, non tamen existit immense, siue ubique, & hoc ex eo est, quod, licet immensitas sit cui praesens est Petrus; non tamen est id, per quod praesens constituitur. Ergo similiter in nostro casu, licet Petrus coexistat, & correspondeat toti aeternitati intrinsecā Dei: quia tamen non durat per illam, non ideo infertur existere ab aeterno, siue Deo ab aeterno coexistere. Ex quo, propter eandem rationem, infertur creaturam non coexistere Deo semper, quia licet creatura coexistat durationi Diuinæ, qua est semper Dei, siue semper Deum existere: cum tamen non duret per illam, colligitur inde creaturam non coexistere Deo semper.

35. Ob. 1. Existere ab aeterno est existere in duratione non habente principium, neque finem: at futura existent in aeternitate, qua talis duratio est: ergo ab aeterno. Respondeo existere rem ab aeterno non esse præcisus existere rem in aeternitate, quatenus existere rem in aeternitate dicit rem coexistere aeternitati: quia existere rem ab aeterno addit ultra hoc, rem ita coexistere aeternitati, ut per illam duret: futura autem creata non durant per aeternitatem Dei. Ex quo etiam sit, quod, licet futura tali aeternitati coexistant, non possit dici quod futura existent ab instanti aeternitatis, quia ad hoc necessarius est, quod per ipsam aeternitatem durantia constituantur.

36 Ob. 2. quod coexistit Deo, ut semper existenti, existit semper, sed quodlibet futurum, Anti-Christus v. g. coexistit Deo, ut semper existenti. Ergo existit semper, & per totam aeternitatem. Respondeo distinguendo maiorem; quod coexistit Deo, ut existenti semper in actu secundo, & extrinsecè, existit semper: concedo, ut existenti semper, tantum intrinsecè, & in actu primo: nego maiorem, & distinguo minorem. Ante-Christus coexistit Deo, ut duranti semper extrinsecè, & actu secundo (hoc est quatenus existere Deum semper involuit, tum durationem intrinsecam Dei, tum ipsam aeternitatem Deo extrinsecam) nego, ut existenti semper intrinsecè, & in actu primo (videlicet, quatenus solum dicit aeternitatem Dei intrinsecam) concedo minorem, & nego consequiam.

37 Ob. 3. Res coexistentes diei hodierno, ex eo quod illi sint coexistentes, infertur existere hodie. Ergo futura coexistencia aeternitati, ex eo quod illi coexistant, coexistent ab aeterno. In primis in sententia adstruente possibiliter esse incrementum durationem indivisiibilem respondentem mensuræ diuisibili. V. g. spacio quatuor instantium, est nullum antecedens: quia admitti hac suppositione, posset cœlum v. g. durare quatuor dies per durationem omnino indivisiibilem, & tunc Petrus in instanti A, v. g. coexistenter durationi quatuor dierum cœli, & tamen non duraret eo ipso per quatuor dies, licet coexistenter diei primo, secundo, tertio, & quarto intrinseco cœli. Ergo res coexistentes diei hodierno, non ex eo praecise, quod illi sit coexistens, infertur existere hodie. Respondeo secundum admissum antecedenti negando: consequientia. Ratio ei spartatis est: quia mensura creata indivisiibilis non potest respondere spatio diuisibili; sed tam spacio indivisiibili omnino: qua propter quod coexistit diei hodierno, existit hodie: non enim reitatur alia mensura, in qua diei hodierno possit coexistere, cum dies hodiernus solum unum, & indivisiibile mensuram, sine unum, & indivisiibile spaciū compleatur. At vero aeternitas cū, licet indivisiibilis sit, ad plura, & infinita spacia per correspondentiam se extendat, non ex eo, quod Petrus in uno spacio illi coexistat, infertur in omnibus coexistere debere.

38 Ob. 4 Petrus ut existens in aeternitate non habet instantias in quo incipiat, neque instantias in quo desinet esse. Ergo existit semper in aeternitate. Respondeo Petru tantum posse dici existere in aeternitate, quatenus illi coexistit, non quatenus per illam datur: hoc est, coexistit durationi, quæ est semper aeternitatis: at vero

quatenus existere in æternitate dicit per æternitatem, tamquam per durationem existere, non solum non existit Petrus semper in æternitate, verum neque absolute existit in æternitate. Ex quo sit hanc locutionem *futura existunt in æternitate absolute falsam esse*; sensus enim, que in præfert non est solum futurum coexistere æternitati; verum etiam per illam durans constitui.

39 Ob. 5. D. Thomam 1. Contragentes cap. 66. vbi haec habet: *Simul quidquid in quacumque parte temporis est, coexistit ab aeterno, quasi praesens eidem.* Respondet P. Gaspar de Ribad. hoc testimonium corruptum esse ab Albelda qui i. p. disp. 43. sect. 3. num. 46. legit: *coexistit ab aeterno.* Vbi D. Thom. *coexistit aeterno;* & hoc secundum verum est: quia, ut supra diximus, quilibet creatura coexistit Deo, ut intrinsecè duranti æterne, ac per consequens coexistit æterno, siue æternitati Dei.

40 Ob. 6. D. Thomam, qui in 2. sent. dist. 7. q. 2. in corpore agens de futuris, ait *unde illius precognitio filius Dei est: cui ab aeterno presentia sunt.* Respondeo hic solum contendere D. Thomam Deum cognoscere quodlibet, quia futurum coexistit Deo, ut ab æterno intrinsecè duranti; non tamen quia creatura ab æterno Deo coexistit.

41 Ex dictis infertur primo durationes creatas inter se distantes esse, licet sint simul in tertio, siue simultate se tenente ex parte Dei: quia simultas Diuina, siue durationis Dei indivisibilis, amplectens indivisibilitatem omnia spatia, non tollit ordinem priorum, & posteriorum, quem durationes creatae habent inter se: licet enim coexistentiæ æternitati omnino in se indivisibilis: cum tamen, quamcumvis indivisibilis sit duratio diuina; diversis extrinsecis spatiis corresponeat: colligitur inde quod, licet A. & B. coexistentiæ durationi Diuinæ, non inde infertur, vel coexistere inter se, vel ordine prioris, & posterioris carere.

42 Infertur secundo futura non prius duratione existere in æternitate, quam existant in se. Probatur ex dictis. Si res existeret prius in æternitate, quam in se, ex eo esset, quia existaret per aliam durationem priorem. Sed per nullam aliam durationem priorem existit. Ergo non existit prius in æternitate, quam in se. Minor ex dictis constat, siquidem res creatæ non existit per durationem Diuinam. Sed nulla alia restat duratio, quæ illam durationem constituit. Neque obest Deum nunc in instanti *A* cognoscere Anti-Chr̄istum intuitum, & ut præsentem, quia Deus non cognoscit Anti-Chr̄istum, ut præsentem sibi, quatenus extrinsecè correspondenti instanti *A*,

præsentis: sed solum, ut præsentem sibi, quatenus intrinsece, & ex se correspōdenti cuilibet durationi creature, atque ad hoc necesse non est, quod Anti-Christus præcedat, ut existens hodie in æternitate. Sed tantum quod coexistat æternitati, ut intrinsece, & ex se correspōdenti durationi præsenti. Ergo quod Deus intueatur hodie, & ut præsentem sibi videat hodie Anti-Christum postea futurum, non arguit Anti-Christum præcedere hodie ad suam futuram durationem in æternitate Dei.

43. Sit secunda conclusio. Tota æternitas Dei identificans sibi simul omnes differentias formales durandi, secundum quod omnes has differentias simul claudit, coexistit omnibus, & singulis futuris, omnibus, & singulis instantibus. Conclusio hæc ex fundamētis supra prædictatis legitime deducitur, siquidem instantis A. V. g. coexistit Deo ut intrinsece duranti in ipso instanti A, quia duratio Dei per ipsum instantis A. Deo extrinsecum constitutatur. At qui Deus per eandem rationem realiter, & virtualiter, per quam durat in instanti A. durat in reliquis. Ergo instantis A coexistit Deo, & eius æternitati, prout est ratio formalis intrinseca durandi in omnibus instantibus. Ergo æternitas Dei, prout est simul ratio intrinseca, & formalis durandi in omnibus instantibus, coexistit in instanti A, & sic de reliquis.

44. Confirmatur loquendo de quolibet instanti insingulat. v. g. de instanti A. Æternitas Dei coexistit instanti A, & est ratio formalis durandi in ipso instanti A. Sed in Deo, ut supra probavimus, eadem realiter, & virtualiter est ratio formalis, & intrinseca durandi in instanti A, ac durandi in B. & sic in reliquis. Ergo Deus coexistit in instanti A. prout est realiter, & virtualiter ratio intrinseca, & formalis durandi in omnibus instantibus.

45. Obijcies i. Deus semper habet suam intrinsecam æternitatem. At non habet semper durare cras. Sed solum id habet cras. Ergo æternitas Dei intrinseca non est Deum durare formaliter cras. Respondeo distinguendo prius hoc, quod est *durare cras*; nā & est *durare cras* intrinsece tantum, & ex parte Dei, hoc que ad quarę identificatur cum æternitate intrinseca Dei, & est *durare cras* extrinsece, & hoc involuit ultra æternitatem suę durationem. Deo intrinsecam, ipsum cras Deo extrinsecum, & ab ipso realiter distinctum. Hoc supposito. Concedo maiorem, & diliguo minorem. Deus non habet semper durare extrinsece cras, concedo; non habet semper durare intrinsece, & ex se cras, nego minorem, & diliguo similiter consequens. Ergo æternitas Dei intrinseca non

est Deum durare formaliter extrinsecè cras: concedo: durare formaliter intrinsecè crass: nego consequentiam.

46 Obijcies 2. Si Deus haberet suam intrinsecam aeternitatem, & non duraret hodie, minus duraret, quam si duraret etiam hodie. Ergo aeternitas intrinseca praecesse sumpta, non est plena, & ad e qualiter duratio. Respondeo distinguendo antecedens. Si Deus haberet suam intrinsecam aeternitatem, & non duraret hodie intrinsecè, & ex se: implicat interminis (quia ipsa aeternitas intrinseca praecesse, facit durare Deum hodie intrinsecè, & ex se) & non duraret extrinsecè, minus duraret, distinguo ly minus duraret, minus duraret intrinsecè, & ex se: nego, extrinsecè concedo minorem, & nego consequentiam: quia duratio rei non dicit durare extrinsecè hodie, vel heri, sed tantum intrinsecè: licet enim nullus daretur coegerum motus, neque aliqua alia duratio successiva, cui mea duratio successiva corresponderet: non ideo ego minus absolutè durarem, quam modo duro: quia duratio alterius mihi extrinseca, non me durantem constituit, sed omnino per accidens te habet, ut ego plus, minus vē durem.

47 Ob. 3. Divina immensitas non penetratur localiter cum rebus futuris: ergo neque Divina aeternitas. Respondeo immensitatem non penetrari penetratione locali existente hodie simul cum re futura, quando non existit res futura; at vero penetrationi penetratione locali existente in duratione, in qua existit res futura, & idem esse de penetratione durativa: quia penetratio durativa, non solum dicit aeternitatem Dei, verum etiam involuit durationem creatam, cum qua penetratur, & hoc coniunctum non durat, quando non existit res futura; sed durabit, quando ipsa res futura existens constituatur.

48 Obijcies 4. Ex nostra sententia inficitur posse in eodem instanti, siue in eadem mensura indivisiibili, existere duo contradictoria. At hoc implicat. Ergo nostra sententia. Probatur illatio: Aeternitas Dei est adeò indivisiibilis, ac quodlibet instantia creatura. Anti-Christi modo, tam ipsi Anti-Christo in sua mensura. Ergo in nostra sententia duo contradictoria possunt coexistere eidem instanti, siue eidem indivisiibili mensura. Respondeo posse duo contradictoria correspondere eidem indivisiibili durationi, dummodo duratio, licet intrinsecè indivisiibilis sit, extrinsecè tamen successionem admittat, siue diversis spatij successionem, & quodcumque prioritatis, & posterioritatis habentibus, correspondeat;

Tumique ira se habeat æternitas Dei, secus vero instantis creatum; ideo duo contradictionia possunt coexistere durationi diuinæ inq; diuisibiliꝫ secus instanti creato. Ex his omnibus.

49 Inferes 1. quid dicendum sit de veritate huius propositionis, *Deus in instanti A, durat extrinsecè in instanti B.* An in aliꝫ quo sensu possit esse vera? Respondeo, ly in instanti A, posse se tenere, tum ex parte subiecti, tum ex parte prædicati. Si le teneat ex parte prædicati, sensus propositionis erit *Deus coexistit extrinsecè instanti B. in instanti A.* Hoc est coexistentia extrinseca Dei, & instantis B. existit in instanti A. Et in hoc sensu est falsa propositionem prædicta coexistentia resultans ex Deo, & instanti B. non durat per durationem respondentem instanti A, ac per consequens non existit in instanti A.

50 Sily in instanti A, si teneat ex parte subiecti, sensus erit *Deus existens, & durans in instanti A, durat in B, & adhuc in hac explicatione bifariam potest accipi terminus ille in instanti A, nā, & potest sumi specificatiue, & reduplicatiue. Si accipiatur specificatiue, vera erit propositione, quia lumenuntiat Deum, qui existit in instanti A. coexistere extrinsecè instanti B. & hoc est verum. Si autem ly in instanti A, accipiatur reduplicatiue, sensus erit Deus quatenus extrinsecè correspondet instanti A. correspondet extrinsecè instanti B. & hoc est falsum, ut ex ipsi terminis patet.*

51 Infertur 3. iuxta hanc sententiam facilius intelligi omnem scientiam Dei circa futura esse intuituam: quia non solum est intuitua, secundum quod intuitio dicit omnimodam claritatem; verum etiam quatenus intuitio dicit videre obiectum ut præsens. Cum ergo ratione æternitatis indiuisibilis, nihil sit futurum, aut præteritum respectu Dei, sed præsens: ideo scientia Dei respectu cuiuscumque obiecti aliquando existentis, est perfectissime, & propriissime intuitua.

QUÆST. IX.

Quotuplex sit Scientia Diuina?

Explicata iam natura Scientiæ Diuinae in communi, expositiꝫ que illius proprietatibus, tradenda sunt eiusdem Scientiæ magis acceptæ diuisiones, ut inde ad quamlibet Scientiam Diuinam sigillatim explicandâ facilius procedamus.

SECT. I.

Due divisiones Scientiae Divinae.

¶ **S**cientia Divina dividitur ab antiquis in Scientiam liberam, & naturalem. Scientia libera est, qua versatur circa obiectum Deo liberum. V. g. Scientia Anti-Christi futuri. Si enim Deus, ut potuit, existentiam Anti-Christi efficaciter nollet, minimè eius existentiam ut futuram agnosceret. Scientia naturalis est, qua versatur circa obiectum omnino necessarium v. g. Scientia, quam habet Deus de suis perfectionibus, & praedicatis necessariis; qua scientia Deo necessaria est: eius enim obiectum Deo omnino necessarium est. Similiter scientia possibilium, etiamsi cum illis non connecteretur Deus, appellanda est scientia naturalis: siquidem sub nomine scientie naturalis comprehenditur ab authoribus omnis scientia, de qua absolute verificatur non posse non existere in Deo. Cumque absolute, & absque restrictione, verum sit implicare, quod deficiat Deo cognitio possibilium: inde fit eam scientiam absolute naturalem appellari debere.

2. Huic divisioni addit aliud membrum P. Molina: nempe Scientiam, qua Deus cognoscit futura contingentia conditionata nostra voluntatis ante omne decretum voluntatis Divinae absolute existens: quam scientiam opportunè satis medium nurcupauit inter liberam, & naturalem: de qua postea latè nobis agendum est.

3. Dividitur secundo scientia Divina in scientiam visionis, & scientiam simplicis intelligentie. Scientia visionis est, qua Deus cognoscit obiectum ut existens verè, siue ut excludens absolute à rerum natura suum non esse: siue hæc existentia representetur ut præfens modo, siue ut futura, siue ut præterita, siue ut existens secundum se, præscindendo à tempore: de quo modo non curio.

4. Scientia simplicis intelligentie est, qua obiectum, ita præcise secundum sua prædicta attingit, ut ex vitalis cognitionis non discernat: utrum purè possibilia remaneant, vel potius extra causas aliquando sint existentia? Ita se habet cognitione Divina, qua Deus ante decretum de existentia alicuius obiecti cognoscit eius prædicta esse possibilia, posseque ab ipso ponit in rerum natura. Circa hanc Divinæ scientie diuisionem non nulla sunt dubia, levia aliqua, grauiora alia; ab omnibus tamen maior, qua possumus breuitate me expediare.

5 Dubitatur 1. Vtrum scientia simplicis intelligentiæ possint attingi à Deo obiecta, quæ realiter aliquando existentiam sor-tientur vel an potius necessarium sit ad obiectum scientia simplicis intelligentiæ quod predictum obiectum sit merè possibile? Nō desunt Authors, quos sequitur Goetetus, qui afferant per scientiā simplicis intelligentiā solum attingi obiecta merè possibilia; mi-nimè verò obiecta, quæ aliquando sunt extitura. Oppositum eoz muniter tenent Theologi, vt testatur Illustrissimus Gedoy. In 1. p. tract. 3. disp. 30. §. 1. & probatur facile, & efficaciter. Nā priori ad decretum de existentiā mundi v. g. cognoscit Deus mundum ut producibilem à Deo, tam ex parte non repugnantia mundi, quam ex parte omnipotentia Diuina. At hæc cogitio est sim-plex intelligentia mundi. Ergo Deus cognoscit per scientiam sim-plicis intelligentiæ mundum, qui defacto existit. Ergo non solum obiectum merè possibile, verum etiam obiectum aliquando ex-i-stens cognoscit Deus per scientiam simplicis intelligentiæ. Con-sequentia est legitima, & maior certa: siquidem priori ad de-cretum de mundo habet Deus scientiā dirigentem ipsum ad eius productionem: quæ scientia nulla alia esse potest, quam scientia de non repugnantia mundi, & de potentia productiva Diuina circa ipsum mundum.

6 Quod vero hæc scientia sit simplicis intelligentiæ, facile etiam probatur: quia hæc scientia non est scientia visionis, nec Deolibera, aut contingens, sed necessaria: quandoquidem solum iudicat mundum posse ponit in rerum natura. Ergo est scientia sim-plicis intelligentiæ. Confirmatur. Cognosci mundum, ut absolutè futurum, per scientiam innixam decreto, non tollit quod pro priorū naturæ mundus ut producibilis præcognitus fuerit per sci-entiam ex se præscendentem à scientia de mundo, ut existente. Sed scientia iudicans mundi producibilitatem, præscindensque à mun-di absolute existentia, est scientia simplicis intelligentiæ. Ergo sci-entia visionis innixa decreto non tollit quod præcesserit pro priori naturæ scientia simplicis intelligentiæ de mundi producibilitate.

7 Denique hæc sententia est expressa D. Thomæ: qui in 3. dist. 1. p. quæst. 1. art. 2. quæst. nunc. 2. ad Annibaldum: loquens de distinctione harum scientiarum, ait: *Duplices distinguuntur in Deo cognitio: una, quæ dicitur visionis scientia, per quam Deus cognoscit illa quæ aliquando existunt: alia autem quæ dicitur simplicis intel-ligentiae, per quam scit Deus, non solum illa; sed etiam omnia quæ po-test facere; nunquam autem faciet. Docet igitur Sanctus Doctor*

Scientiam simplicis intelligentiae attingere, tum obiecta, quæ aliquando existunt, tum quæ intra statum puræ possibilitatis relinquentur.

8 Ob. 1. D. Thomam afferentem Deum per scientiam visionis attingere, quæ aliquando sunt in actu; per scientiam verò simplicis intelligentiae, quæ nunquam existent. Ita loquitur. In I. p. quest. 13. art. 9. Ergo iuxta D. Thomam solum ea obiecta, quæ nunquam existunt, attinguntur per scientiam simplicis intelligentiae.

9 Concesso antecedente, nego consequentiam: quia D. Thomas prædicto loco nō docuit solum ea, quæ nunquam existunt, attingi per scientiam simplicis intelligentiae; sed simpliciter affirmavit quæ nunquam existunt, per simplicem intelligentiam cognosciri: quod quidem non opponitur cum eo quod ea, quæ aliquando existunt, attingantur etiam per simplicem intelligentiam, non ut existentia, sed tantum ut possibilia, tenente se ly tantum non ex parte obiecti, quasi cognoscantur ut pure possibilia; sed ex parte cognitionis, quatenus simplex intelligentia solù discernit obiectum possibile esse; non vero quod absolute existat, vel quod absolute non existat.

10 Ob. 2. Simplex intelligentia est notitia abstractiva ab existentia, vel non existentia absoluta obiecti cogniti. At Deus circa obiectum existens nequit habere notitiam abstractentem ab existentia, & non existentia. Ergo circa obiectum existens nequit Deus habere scientiam simplicis intelligentiae. Consequentia est bona, & maior certaminor probatur. Ut detur notitia abstractiva ab existentia, requiritur quod obiectum sit physicè absens pro instanti, pro quo datur ea cognitione. Sed, tametsi creaturæ non existant ab æterno, coexistunt tamen toti æternitati Dei, ita ut respectu Dei omnia obiecta sint præsentia. Ergo Deus non cognoscit obiectum; quod reuera aliquando existit, per cognitionem abstractentem ab eius existentia. Maior, ad quam reuocatur difficultas, probatur. Non sufficit ad notitiam abstractiū quod obiectum non existat pro signo notitiae; siquidem potest darinotitia, quæ sit visio obiecti existentis dum taxat pro signo posteriori ad cognitionem, ut patet in cognitione, ex qua procedit Verbū, quæ est cognitione etiam ipsius Verbi, ut existentis pro signo posteriori ad cognitionem, ex qua procedit. Deinde aliqua absentia existentia obiecti requiritur ad cognitionem abstractiū. Ergo requiritur absentia pro distinctione reali cognitionis, siquidem non sufficit absentia pro instanti naturæ.

11 In primis hoc argumentum pariter probat non posse Deum respectu obiecti nonquam extituri, v. g. respectu alterius mundi, habere notitiam simplicis intelligentiae abstrahentem à nō existentia alterius mundi. Eadem enim vi efformatur argumentū: siquid m̄ non existentia alterius mundi non est physicē absens respectu D̄i; vtteriusque (iuxta rationem supra allegatam) & aliqua absentia requiri videtur, & absentia pro instanti naturae insufficiens reputatur. Ergo pradicatum argumentum, si aliqua gaudet efficacitate, probat absolvē Deum non posse habere cognitionem præscendentem omnino ab existentia, & nonexistentia absoluta obiecti.

12 Respondeo ergo ad cognitionem abstractiūam existentia, & non existentia, requiri quod pro signo huiusmodi notitia præcedit datur tum ab existentia, & non existentia, tum etiam à determinatione cuiuslibet ex his extiemis determinate acceptis: quod quidem datur in nostro casu, non autem datur in casu cognitionis, ex qua procedit Verbum. Datur in quam hęc præcisio in nostro casu: quia pro signo scientia simplicis intelligentiae, seu pro signo scientia necessaria Dei, non solum non intelligitur existentia mundi, potius quam non existentia; vel ē conuersio; verum etiam neque intelligitur aliqua determinatio ad unum, potius quā ad aliud, cum pro illo signo sit Deus omnino indistinctus ad creandum, & non creandum mundum.

13 Hic ad argumentum in forma: concessa maiori, nego minorem. Ad huius probationem: nego maiorem. Ad huius probationem: distinguo maiorem claritatis gratia. Non sufficit ad notitiam abstractiūam quod pro signo notitia non detur obiectū formaliter præcisē, concedo, quod non detur neque formaliter neque determinatiūē, nego maiorem. Qua distinctione occurrit paritati desumpta ex cognitione Verbi existentis dom taxat pro posteriori; quia licet pro signo essentia non detur formaliter Verbum; datur tamen determinatio essentialis; quia datur essentia in trinsecē connexa cum Verbo, ut existenti posteriori signo: qua disparitate celsat argumentum.

14 Dubitatut 2. An cognitione, qua Deus ut possibilem se cognoscit sit scientia visionis, vel simplicis intelligentiae? Respondeo esse scientiam visionis. Primo: quia Deus reuera est existens necessario, & in Deo nequit verificari possibilitas, quin verifice tur existentia. Quā obtē esset cognitione imperfecta, quā Deum ut possibilem, quā ut existentem representaret. Secundo: quia (ut
con-

constat extra statu de essentia, & attributis) conceptus essentialis
essentia Dei, siue ipsius possibilitatis, est existere necessario: ideo-
in Deo in praescindibili est conceptus possibilitatis ab existentia
conceptu: idem enim est iudicare possibile esse quod existat id, de
cuius essentia est necessario existere, ac iudicare non existere eius
carentiam: nam existere carentiam illius, quod essentialiter habet
esse exclusam suam carentiam, idem est, ac esse impossibilem talem
conceptum. Ergo esse impossibilem talem conceptum idem est, ac
non existere carentiam.

15 Ex hoc infertur impossibilia, & chimeras (ex supposi-
tione quod a Deo representantur) non attingi a Deo scientia sim-
plicis intelligentiarum; sed scientia visionis: nam prae dicta impossibi-
lia attinguntur ut non existentia. At res, ut de facto non existens,
attingitur per scientiam visionis. Ergo etiam impossibilia, ut im-
possibilia. Maior conatur ex dictis: nam impossibile existere, con-
cipitur ut negatum necessario existentia. Ergo ut necessario non
existens. Licer enim a nobis possit concipi impossibile, praescin-
dendo a defectu aequali existentia; minime id possit fieri a Deo:
quia esset cognitio imperfecta, cum pro illo signo iudicabilis esset
carentia existentia chimera.

16 Dubitatur 3. An differant obiectum scientiarum simplicis
intelligentiarum, & obiectum scientiarum visionis, vel potius tota harum
scientiarum distinctio reteat ex parte modi attingendi id obi-
ectum, quin vila sit ex parte obiecti distinctio. Quoniam autem scien-
tia simplicis intelligentia iudicat rem esse possibilem, scientia ve-
ro visionis esse existentem, & circa essentiam, & existentiam, possi-
bilitatem, & a qualitatem, diversae ad modum sententiarum ab Autho-
ribus traduntur, non aliter quæstio dirimi posse videtur, nisi in quo
essentia, & existentia, possilitas, & actualitas consistant, statua-
tur.

17 Non est huius loci inter essentiam, & existentiam, distinc-
tionem, vel identitatem, per otium discutere. Possibilitatem ve-
ro infra, dum de rerum futuritione sermo sit, examinabimus. Ce-
terum, quia iudico quod, si res attentius considerentur, indepen-
denter ab hac sententiarium diversitate dubium resoluti potest, quid
sentiam circa propositam difficultatem breuiter declarabo. Et in
primis extra controvensionem est in sententia nullatenus inter se di-
stingue essentiā, & existētiā, possilitatem, & actualitatem;
obiectum simplicis intelligentiarum, & visionis, nullatenus inter se di-
stingui; sed totam unius ab altera scientia distinctionem ex parte
modi

modi tendendi desumi debere: quandoquidem actualitas, & existentia, quæ obiectum sunt scientiæ visionis cum essentia, & possibilitate, quæ sunt obiectum simplicis intelligentiæ, omnino identificantur. Maior difficultas est iuxta sententias possibilitatem, & actualitatem, essentiam ve, & existentiam distinguentes. Cartrum arbitror eodem fermè modo iuxta præfatas sententias esse sentiendum.

18 Sit igitur nostra conclusio. Quantumvis essentia, & possibilitas ab existentia, & actualitate distinctæ considerentur, obiectum scientiæ simplicis intelligentiæ, & obiectum scientiæ visionis minimè inter se distinguuntur. Probatur. Scientia simplicis intelligentiæ attingit possibilitatem, essentiam, & existentiam. Sientia visionis attingit etiam possibilitatem, essentiam, & existentiam. Ergo quantumvis hæc tria inter se distinguantur, obiectum unius scientiæ non distinguitur ab obiecto alterius scientiæ. Siquidè hæc tria sunt obiectum utriusque scientiæ. Antecedens quoad primam partem probatur. Scientia simplicis intelligentiæ attingit possibilitem, & essentiam Angeli, vt potentem existere, & reducibilem ad actualiter existere in rerum natura. Ergo per eam scientiæ cognoscitur actualitas, & existentia Angeli, licet non affirmando absolute quod existat, affirmando tamen de ea posse existere, licet hoc quod est posse proueniat illi formaliter à possibilitate distincta. Antecedens est certum. Consequentia probatur. Nequit cognosci potentia ad aliquid, vt potentia ad aliquid, quin cognoscatur illud aliquid, vt terminus illius potentiaz. Ergo nequit cognoscit possibilitas ad actualiter existere in rerum natura, vt possibilitas ad tale existere, quin cognoscatur hoc quod est existere in rerum natura, vt id, ad quod datur possibilitas.

19 Confirmatur 1. Scientia simplicis intelligentiæ est directiva Dei in ordine ad reddendum existens obiectu. Sed nequit regulare, & dirigere, nisi ostendat opus officiendu. Ergo scientia simplicis intelligentiæ ostendit Deo hoc quod est reddere existens obiectu. Confirmatur 2. Nihil Deus decernit, quod nō præcognoscatur, tū iuxta communem Philosophorum axiomam: Nihil volatum, quin præcognitum, tum iuxta regulas perfectæ prouidentiæ: alioqui casu, & absque consilio prodiret effectus. Sed Deus deceruit, & ponit in rerum natura obiectum, vt actu existens. Ergo actu existere obiectum præcognoscitur à Deo: non scientia affixante absolu- te quod existat, sed affirmante posse ponit, & existere in rerum na- turæ.

20 Secunda pars primi antecedentis, videlicet per scientiam visionis attungi, non solum existentiam, & actualitatem; verum etiam essentiam, & possibilitatem: probatur. Dum Deus cognoscit rem existere v.g. mundum, certum est Deum cognoscere essentiam mundi: siquidem non solum cognoscit existentiam mundi, prout à mundo distinctam, dari in rerum natura; verum etiā cognoscit ipsum mundum existere. Ergo cognoscit Deus per scientiam visionis essentiam, & existentiam mundi. Deinde cognoscit Deus mundum existere in rerum natura absque illa implicatione, seu contradictione. Ergo cognoscit hoc, quod est mundum existere neque ex parte sui, neque ex parte causarum. illam dicere implicationem. Ergo cognoscit possibiliter mundi. Idem ergo obiectum, quod per unam scientiam attingitur, per aliam etiā cognoscitur; diverso modo: alioqui praedictae scientiae non distingueretur inter se.

21 Qua antem ratione praedictae scientiae suum cognoscant obiectum, breviter declarandum est. In sententia penitus identificante inter se possibiliter, essentiam, existentiam, & actualitatem: dicendum est scientiam visionis attinere v.g. mundum per affirmationem absolutam: nimirū sub his terminis *Mundus datur existens*; scientia autem simplicis intelligentie per affirmationem conditionata. Videlicet: *Si mundus existat, existet absque contradictione*: quia iuxta prefatā sententiam de indictione inter possibiliter, & existentiam, non alia ratione affirmatur ens in esse possibilis, quam affirmando existentiam absque contradictione sub hypothesi ipsius existentiae: hoc autem est affirmare conditionate existentiam, prout iam declaratum est.

22 In sententia vero distinguente possibiliter ab existentia, eodem formè modo discurrendum est. Nam, ex suppositione quod possibiliter existendi Petrus consistat in omnipotencia Divina; ut cognoscatur Petrus, ut possibilis, debet cognosci omnipotencia, ut existens, & etiam quod ratione omnipotentiae existere Petrum, si ponatur in rerum natura, non implicabit. Quando vero cognoscitur à Deo Petrus, ut existens, cognoscitur per absolutam affirmationem, qua affirmatur absolute existere dependenter essentialiter ab omnipotencia. Quo sit ut per scientiam visionis affirmetur similiter, tum existentia actualis: cum possibiliter extrinsecus, saltem indirecte: consequenterque idem obiectum, quod per unam scientiam, per alteram affirmari necesse sit.

23 Dixi affirmari possibiliter extrinsecum indirecte saltem: quia si possibiliter à re possibili distinguitur, per scientiam visionis,

Gonis, ut p[ro]t[er]e sc̄ientia visionis est, non affirmatur directe necessario possibilias, sed directe affirmatur mundus v. g. & indirec[t]e possibilias. Nam affirmare directe absolute niundum, totem est affirmare directe mundum in esse existentis in rerum natura. Quoniam autem mundus in esse existentis non constituitur formaliter per sui possibilitem, si à mundo realiter distincta sit: id c[on]cordie directe non affirmatur possibilias, sed ipse mundus. Ceterum an possibilias distinguatur à re possibili, in quaſtione de futuritione rerum explicabimus.

24. Vnum in hac parte animaduertendum est: minimū nos, cum de possibilitate, & futuritione agamus, ad nūros ostendere ex ſententia diſtinguente poſſibilitatem, & futuritionem à re poſſibili, & futura: neceſſario in ſeſti Deum, dū cognoscit res, ut poſſibiles, & futuras, nihil præter poſſibilitatem, & futuritionem cognoſcere poſſe. Ceterum hoc minime iſtrigit vim noſiræ præcedentis probationis; ſed potius ex falſitate maniſta huius conſequentiſ. Inſerimus falſitatem antecedentis, ne mpe poſſibilitatem, & futuritionem à rebus poſſibilibus, & futuris diſtingui.

25. Dubitatur 4. An carentia cognoscantur à Deo per ſcien-tiam ſimplicis intelligentiæ, an per ſcientiam viſionis? Repondeo (quidquid ſit de conſtituicio carentiarum) non cognosci per ſcientiam ſimplicis intelligentiæ, quia obiecta abſolute contingentia, per ſcientiam abſolute contingentem debent attingi: ſcientia vero ſimplicis intelligentiæ non eſt abſolute, & ſimpliciter contingens; ſed neceſſaria. Dico in ſuper attingi per ſcientiam viſionis: quia obiectum ſcientiæ viſionis eſt omnia id, quod ennuntiabile eſt contingentet abſolute, & non purè conditionatè: & hac ratione ennuntiabilis eſt defectus abſolutus cuiusque rei contingentis; circa quod dubium nihil poſteſt ulterius addi, quod in quaſtione de nomine nō recidat: à quibus ſemper ſupredere firmiter decreui.

SECT. II.

Aliæ diuīſiones.

27. Tertio diuiditur ſcientia Dei in ſcientiam approbationis, & ſcientiam ſimplicis notitiæ: ut autē prædicta diuīſio intelligatur: audiamus D. Th. I. p. q. 14. art. 8. in corpore, ybi haec habet unde neceſſe eſt quod ſuascientia ſit cauſa rerū, ſecundum quod b[ea]t.

ditionem coniunctam: unde scientia Dei secundum quod est causa rerum confuerit nominari scientia approbationis. Ex his verbis infero scientiam approbationis, prout à simplici notitia distinguuntur, esse scientiam, quæ est causa rerum, secundum quod est causa rerum: hoc est, scientiam, qua Deus præcognoscit id ipsum, quod exequitur, secundum quod coniungitur cum decreto producendi rem, quæ cognoscit; ac per consequens scientia approbationis est illa scientia alicuius obiecti, quæ ad decretum ipsius præcedit. Simplex autem notitia erit scientia, quæ non est causa rei, quam cognoscit, qualis est, tum scientia, que supponit rem extra causas productam, vel quæ, licet apta sit, ut Deum in actu secundo dirigat ad sui obiecti productionem, tamen non coniungitur cum decreto de huiusce rei productione.

27 Ex his inferatur primo: tam scientiam simplicis intelligentia, prout à scientia visionis distinctam, quam scientiam futurorum contingentium conditionatorum, quam medianam appellamus, esse scientiam approbationis, quando decretum dei sui obiecti productione præcedunt. Probatur. In hoc casu, tam una, quam altera, est causa obiecti cogniti; cum ab utraque Deus ad obiecti productionem dirigatur. Ergo utraque est scientia approbationis. De scientia autem visionis diuersimode sentiendum est, iuxta diuersas sententias. Iuxta nostram, quam postea propugnabimus, videlicet scientiam visionis non esse causam rerum, dicendum est non esse scientiam approbationis: at vero iuxta placitum aliorum contendentium eam esse rerum causam, appellari debet scientia approbationis, quia reuera dirigit, & mouet Deum ad sui obiecti productionem.

28 Infero secundo. Deum per scientiam approbationis peccata non attingere: siquidem ea Deus non causat, nec decretū possitivum habet, quo ipsa peccata existere velit. Ergo scientia peccati non est in Deo causa peccati. Ergo neque prædicta notitia est approbationis, scientia. Hoc paxto explicantur scripturæ loca, in quibus Deus dicitur ignorare peccata, id est, ea non cognoscere approbationis scientia. Hic aduerto hoc ipsum nomen scientia approbationis, non semper omnino eodem sensu ab aliis quibus accipi: aliqui enim videntur scientiam approbationis appellare cognitionem illam, quæ rem, ut bonam attingit, siue haec scientia sui obiecti sit causa, siue illud supponat, hoc tamen parum refert. Vnum apud omnes certum est, nempe, non esse scientiam approbationis, quæ attingit rem, cuius existentia dari non potest, vel

Vel si dari possit; à Deo tamen amari nō valet; ideoque neq; chym
rā neque peccatum à Deo sc̄ientia approbationis attingi posse. Chy
mara enim nequit existere; peccatum autē à Deo amari non potest.

29 Quarto dividitur, scientia Divina in practicam, & spe
culatiuam, cuius divisionis explicatio desumenda est ex doctrina
Philosophorum circa dictamen practicū, & speculatiuum: cum er
go, vt ex Philosophia constat, scientia practica finis sit opus, spe
culativa autem veritas: scientia speculativa in Deo illa erit, quæ
ita suum obiectum contemplatur, vt ex natura sua sicut in eius con
templatione, nec ultra progrederetur ad illud ponendum. Practica
scientia erit, quæ ita attingit suum obiectum, vt ex natura sua con
ducatur ad eius effectiōnem, dirigendo operans, vt efficiat prædictū
obiectum quod esse, & non esse potest.

30 Difficultas ergo est: Vtrum detur in Deo scientia pra
ctica, & respectu quorū obiectorum? Dico primo. Deus nō habet
scientiā practicā respectu suorum prædicatorū, quæ illi omnino
necessario conueniunt. Probatur. Cognitio practica ita debet pro
ponere suum obiectum, vt agens per talem cognitionem dirigatur
ad productionē obiecti, quod esse, & non esse potest. At prædicata
necessaria Dei nomina ipsi Deo repræsentantur (quandoquidē fal
sum est posse esse, & non esse) ergo non repræsentantur Deo per sc̄ie
tiam practicā. Ex hoc sit scientia, per quā Verbū Diuinū produci
tur, non esse practicam, neque propter eadē rationē) scientia præ
cedentem productionem Spiritus S. siquidem, tam Verbum quam
Spiritus Sanctus, non possunt non esse in rerum natura.

31 Dico secundo Deus habet scientiam practicam respe
ctu sui decreti liberi, sive quo ad denominationē contingentis. Pro
batur. Licet Deus secundum esse, non sit dirigibilis, nec produci
bilis; amor tamen, quo hoc, vel illud obiectum contingens efficaci
ter amat, & decernit, dirigibilis est, potesque esse, & nō esse quoad
denominationē (quæ in nostra sententia nihil à Deo distinctū im
portat) ergo cognitio circa huiusmodi amore est practica. Prebo
consequentia. Illa est cognitio practica, quæ ita contéplatur suū
obiectum, vt non ineius sicut contemplatione, sed ut ins proge
diatur dirigendo agens, ad hoc, vt prædictū obiectū ponat in re
rū natura. Sed Deus repræsentat suum decretū determinandū. Er
go est scientia practica. Nec obstat decretum nō esse quid realiter
producibile: sufficit enim esse quid immediate determinabile. De
inde, nec obstat debet quod realiter nō sit contingens; sufficit enim
quod sit contingens quoad denominationē regendi Deū decretē

efficaciter obiectum. Hoc enim modo sufficienter saluatūr quod posse esse, & non esse, ea contingentia, q̄s sufficiens est, vt agens per cognitionem dirigatur. Ergo ex nullo capite deficit huic cognitioni esse practicam.

32 Dico tertio. Deus habet scientiam practicam circa creaturas. Probatur. Deus cognoscit creaturas possibles, & hæc cognitio nonsistit in veritatis contemplatione; sed ex se dirigit Deum ad creaturem productionem. Ergo est scientia practica.

33 Obijcies primo contra hanc conclusionem. Deus, vel cognoscit existentiam creature, vel possibilitatem: cognitio creaturæ ut existentis, illam existentē supponit, ac proinde non potest dirigere ad eius productionem. Deinde possibilis non est quidem contingens, nec dirigibile, cum necessario omnino detur. Ergo neque cognitio rei ut existentis, neque ipsius ut possibilis, erit cognitione practica, cum neutra ad suum obiectum dirigere possit.

34 Respondeo possibilitatem identificari cum existentia, esseque necessariam conditionatē, non vero ab solutē, qua propter cognitionem ut possibilis, est practica: si quidem dirigit ad productionem illius; licet enim conditionatē sit necessaria; absolute tamen contingens est, quod sufficit ad reddendā practicā illius cognitionē.

35 Præterea, licet admittatur possibilis necessaria, distinguitaque realiter à rerum existentia, cū tamen, quando cognoscitur Petri possibilis, nō solum ipsa possibilis, verum, & Petrus (quæ possibilem denominat) cognoscatur: inde sit hanc cognitionem, licet prout ad possibilitatem terminatur, speculativa sit; esse tamen practicā prout ad Petru terminatur, quæ possibilis possibilē denominat: quia Petrus per hanc cognitionē, ita cognoscitur, ut ex vi illius cognitionis Deus ad eius productionē dirigatur: qua productio contingens est; licet possibilis omnino sit necessaria.

36 Obijcies secundo. Per eādem omnino formalitatē, quæ Deus cognoscit se necessario existentē, cognoscit creaturem. Sed Deus non cognoscit se ipsum, nisi per scientiā speculatiuā, ergo neque creaturem. Cōsequentia videtur bona, quia una, & eadē formalitas cognitionis non potest esse practica, & speculativa, cū haec differentia oppositæ intra lineā scientiæ. Respondeo vna, & eadem formalitatem cognitionis non posse esse simul practicā, & speculatiuā respectu eiusdem omnino obiecti, bene tamen respectu diuersorum, neque practicum, & speculatum sunt differentiae opposita respectu diuersorum, sed respectu eiusdem.

37 Dico quarto Deus habet scientiā speculatiuā respectu

creatūrā. Probatur. Deus attingit aliquas veritatis creatas per cognitionē, quæ nō dirigit Deū ad eārū veritatū productionē. Sed hoc est cognoscere speculatiue. Ergo Deus attingit aliquas veritatis creatas per cognitionē speculatiuam. Probatur Maior. Cognitionio, qua Deus cognoscit creaturas iam existentes non dirigit ad illas effectiendas, cum supponat eas iam productas, saltem ipsum Deū iam determinatum ad illas producendas. Ergo aliqua cognitionio Diuina non dirigit ad sui obiecti creati.

38 Hic solet disputari: an detur in Deo imperiū intellectuale, per quod Deus exequatur quod decernit, & in quo cōsistat Scientia Diuinā in actu secundo practicā esse? Verū de hac difficultate nō pauca diximus tract. de Præd. q. 1. pluraq; dicemus Deo volēte 1. 2. tract. de aetib⁹ humanis. Vbi vniuersaliter tractabimus: utrum detur imperiū intellectuale, prout cōmuniter à Thom. explicatur?

39 Quito dividitur scientia Diuina in scientiā quia, & scientiā propter quod, scientia propter quod in creatis dicitur illa, quæ attingit effectu per causā, sive per unā, sive per multiplicē cognitionē: ita tamē, vt causa sit ratio attingē diefectū. Scientia quia ab aliquibus usurpatur pro scientia, qua attingit causa per effectū: ita vt effectus sit ratio attingendi causā. Prolixū, & extra rē eset modo disputare an recta sit harū vocū usurpatio, ideo hac quæstione, vt parui momenti omista, quid in re dicēdūsit, breuiter explicabimus.

40 Scientia propter quod, sive per causā, est induplici differētia, alia stricta, sive propria; alia impropria, sive laxa. Propria, sive stricta est, quæ cognoscit, id, quod vere, & propriè est eſti. etus, in sua vera, & propria causa, vt cognitio, quæ attingit calorem in igne, à quo causatur. Scientia propter quod impropria, & laxa, est, quæ cognoscit principiatū in suo vero principio, quod principiū reuera nō est cauſi, sed principium sui obiecti, vt cognitio Verbi in Patre.

41 Scientia quia est triplex, alia in effectu, & hęc est propria, alia in principiato, & hęc est lata, alia incōmitanti, & hęc potest appellari latissima; nam id, quod absqne eo, quod sit causa alterius, potest esse medium ad cognoscendū alterū, & respectu eius, nec adhuc rationem principij habet, vele effectus, vt calor respectu ignis, vel est principiatū, vt Verbū Diuinū respectu Patris Aeterni, vel deniq; est solū cōmitās, vt unio respectu extremitū. His suppositis

42 In nostris principijs ram supra stabilitis nō restat quæstio: cū enim statuerimus quodlibet extremū cognosci à Deo in quolibet alio cōnexo cū illo, dabitur necessario quodlibet scientia ex his in Deo respectu obiectorū, quæ vel antecedenter, vel cōsequenter, vel cōnīcante se habent.

QVÆST. X.

In quo consistat rerum futuritio?

Exacta futuritionis discessio, & Scientiæ Mediae potior probatio, & totius doctrinæ Scholæ Societatis explicatio est. Id circa quam accuratissime valeam, hanc difficultatem examinare constitui.

SECT. I.

Nonnulla præmittuntur.

1. **D**Vplex à Philosophis, & Theologis distinguitur futurum: aliud ab solutum, aliud conditionatum. Futurum ab soluto est quod existet verè, & realiter duratione posteriori ad eam, respectuè ad quam dicitur futurum: siue illud est absolute futurū, quod verè, & realiter aliquando existet. Hac ratione futurus est Anti Christus: quia re vera existet duratione posteriori ad durationem præsentem, respectuè ad quam præsentem durationem dicitur futurus: modo enim Anti Christus est futurus in sua duratione posteriori ad eam durationem, qua modo est.

2. Tria ergo dicuntur, & significantur in futuro, ut futuro: siue hæc dicantur in recto, siue in obliquo, hac, vel illa ratione: nimicum, & res futura: v. g. Anti Christus: & duratio præsens, respectuè ad quam, seu postquam est extitrus: & duratio posterior, quæ modo non existit, cui coexistet, vel in qua existet Anti Christus. Ex quo deducitur futurum, præcisè ut futurum, non dicere carentiam rei futura secundum se, ut existentem hodie, neque carētiam existendi hodie rem postea futuram; sed solum carentiam existendi hodie ipsum existere postea, quod est idem, ac durationē posteriorē non existere hodie. Ratio huius est: quia non solum dicitur extitrus cras qui non existit hodie, & existet cras; sed etiam qui, existit hodie, & duraturus est cras. Non ergo futurum, seu extitrum esse cras Petrus v. g. dicit carentiam existendi hodie Petrum; sed solum quod existere cras, non existat hodie: quod est idem, ac durationē crassinam non existere hodie.

3 Majoris claritatis gratia posset d'uidi futurum absolutum in futurum purè futurum, & in futurum, non purè tale. Purè futurum est, quod cum modo non sit, erit postea. Non purè futurum, quod existit modo, & existet posita.

4 Præterea (ne de nomine contendamus) aliter potest d'uidi futurum absolutum, videlicet in futurum absolutum absolute tale, & futurum absolutum, non absolute, & simpliciter tale, sed solum attenta vi naturali causarum naturalium. Primo modo est futurum, quod reuera existet postea. Secundo vero modo est futurum quod erit postea, nisi cause naturales miraculose impedian- tur. Hoc secundo modo mors Regis Ezechiae erat futura; quia morbus, quo afficitabatur, ni miraculose impediretur, certo induceret Regis mortem. Notare hoc placuit propter Illustrissimum Godoy, Gonetum, & alios Thomistas, qui hanc determinationem naturalem causarum absolute futuritionem appellant: & quod mirabilius est, existimant aliquid pro sua sententia in esse præsidij huic impropriæ futuritioni. Ceterum hanc existimationem à tam doctis viris alienam iudicauit: cumenim de futuritione agimus, nō de hac futuritione abusu, & impropriæ tali; sed de propria, & rigorosa questio debet esse. Prædicta agitur futuritio, ut inutilis ad præsentem difficultatem, ab hac quaestione releganda est. Solum enim inquirimus de futuro, quod verè, & realiter est extitum.

5 Futurum conditionatum est illud, quod reuera erit, si po- natur aliqua conditio. V.g. Si Tyrij, & Sidonij vidissent miracula Christi pœnitentiam egissent. Vbi aduerte, quod hoc existere conditionatè communiter futurum appelletur; re tamen vera, non magis est futurum conditionatum, quam præsens conditionatum, & præteritum conditionatum. Nam de tribus his temporibus datur veritates conditionatae. De præsenti, ut in hac. Si Petrus ap- petetur in hoc instanti auxilio A, consentiet. De præterito, ut in illa propositione, que in Verbis Christi continetur. Si Tyrij, & Sy- donij vidissent miracula Christi egissent pœnitentiam Et denique de futuro, ut in hac. Si Anti-Christus vocetur auxilio A consentiet. Iam vero vsus obtinuit, quod omnes hec veritates conditionatae, fu- tura conditionata nuncupentur.

6 Futurum conditionatum duplex est: aliud futurum conditionatum necessarium: aliud contingens. Futurum conditionatum necessarium illud est, quod est futurum sub condizione esse- ntialiter connexa cum conditionato: v.g. Si existat unio ex silentextrema. Si existat Petrus existet absque contradictione. Futu-

rum conditionatum contingens est illud, quod est futurum sub conditione realiter indifferenti ad conditionatum, & eius oppositum, v.g. Si Petrus vocetur auxilio A, consentiet.

7. Futuritio est ratio formalis constituens futurum in esse futuri, sive id, in quo formaliter consistit extreum aliquid esse futurum: hoc est constitutum aequaliter futuri in esse futuri: qua propter idem est inquirere in quo consistat futuritio formalis, ac inuestigare, qua sit ratio aequaliter constitutiva futuri in esse futuri, hoc est ratio essentialis totalis, in qua formaliter consistit rem esse futuram.

8. Quoniam autem distinximus inter se futurum absolutum, ut Ante-Christum: futurum conditionatum necessarium, ut hominem existere absque contradictione ex suppositione, quod existat: & futurum conditionatum contingens, ut Iudam consentire auxilio A. si ei conserretur: id circa triplex est distinguenda futuritio: alia absoluta: alia conditionata necessaria: alia conditionata contingens. De his ergo omnibus agendum est in praesenti. Quoniam vero Petrum v.g. esse possibiliter nihil aliud est quam exercitum, absque implicatione ex suppositione quod ponatur in rerum natura: deo possibilitas Petri, & cuiuscumque alterius possibilis est futuritio conditionata necessaria entitatis possibilis absque implicatione sub conditione quod existat: consequenterque idem erit statuens in quo consistat futuritio conditionata necessaria, ac decernere in quo consistat possibilitas cuiuscumque possibilis, cum possibilicias rei possibilis sit aliqua futuritio conditionata necessaria. Hac de causa existimo has questiones: vide-licet: in quo consistat futuritio absoluta? In quo consistat futuritio conditionata necessaria? In quo consistat futuritio conditionata contingens: & in quo consistat rerum possibilitas? resoluti debeant ex generali doctrina circa rerum futuritionem. Semel enim clara ratione formalis, & constitutiva futuri in esse futuri, per legitimam consequentiam infertur resolutio carorum dubitationum.

9. Præterea, tametsi aliqui RR. aliter loquantur circa futuritionem absolutam, quam circa futuritionem conditionatam: nihilominus eadem est ratio pro una, & altera futuritione: quod & ipsi RR. satis indicant alijs tractatibus manuscriptis, quibus suu ingenio liberius indulgentes mentem suam clarius aperuere. Ideo ergo in discriminatim de rerum futuritione tractabo.

10. Circa rerum futuritionem plures sunt sententiae, quae omnes ad duo capita rediguntur. Ad primum caput renouantur senten-

fratentiz, quæ futuritionem cum obiecto futuro identificant. Ad secundum vero, quæ futuritionem ab obiecto futuro realiter distinguunt. Verum, tam inter identificantes, quam inter distinguentes futuritionem & rem futuram, non exigua diversitas est.

11. Inter authores identificantes futuritionem cum re futura triplex sententia est. Primam defendit P. Sebastianus Izquierdo in Pharo Scientiarum disp. 10. quæll. 1. per totam, citans pro se plures authores. Scrutis ergo hic author prædicto loco diuersis intellectus & iibis enuntiantibus correspondere diuersas veritates obiectivas, quodammodo ab obiecto diuersas, quodammodo que cum ipso identificantas, iuxta diuersos rei status: & ideo distinguit statum quidditatum ab statu existentiali, statumque conditionatum ab statu absoluto, statumque futuritionis ab statu existentie actualis de præsenti; ita ut propositionem affirmantem esse tam v. g. *Petrus est animal rationale* verificet statutum quidditatum, non existentiali; propositionem vero affirmantem existentiam, statutum existentialis, non quidditatum verificet: idemque assertit sua proportionem de propositionibus absoluta; & conditionata, deque propositionibus absolutis, quarum una de præsenti; altera vero de futuro, aut d. præterito est. Vtterius additum, & eius statutus non distingui, vel virtualiter, inter se: quod quidem non solum affl:nsu, verum etiam captu difficultimum est.

12. Secundas modus explicandi hanc indistinctionem reali futuritionis indicatur à P. Lincke in dialectica lib. 10. tra&t. 4. cap. ultimo num. 28. & 29. Vbi hos statutus, & inter se, & entitati, cui conueniunt, identificant realiter; distinguunt vero virtualiter. In quo magis, & consequenter, & intelligibiliter loquitur, quam P. Izquierdo. Ita videtur sentire prædicto loco, loquens de futuritione conditionata conversionis, idemque de alijs statibus, vindetur distractus.

13. Tertius modus explicandi hanc identitatem reali futuritionis cum re futura & fieri remesse futuram eras, nihil aliud dicere quam ipsam rem futuram ut coe*sit* teneat in durationi crastina, & carentia in durationis crastina, ut existentis hodie; similiter que quamlibet futuritionem conditionatam dicere ex parte obiecti consensum v. g. affirmatum conditionate respondeat ad conditionem, sub qua dicitur futurus; ita ut ly conditionata non se teneat ex parte obiecti affirmari; sed ex parte modi illud affirmandi. Et, unius saltem loquendo, omnis futuratio, iuxta hanc sententiam, non distinguatur ex parte obiecti vlla priorsus

vera ratione ab obiecto futuro, ut respondentis, cum durationi, tum reliquis circumstantijs, quibus dicitur futurus. Hanc sententiam infra per otium amplectemur, explicabimus, & propugnabimus.

14 Inter authores distinguentes realiter omnino futuritionem à re, quæ dicitur futura, magnum est discri men. Thomistæ cōmunitè omnem futuritionem contingentem in decreto Divino constituantur: in decreto quidem omnino absoluto futuritionem absolutam, in decreto vero subiective absoluto, & obiective conditionato futuritionem conditionatam.

15 Ex nostris vero distinguentibus futuritionem à re futura, constituentibusque statum futuritionis, præsertim statum futuritionis conditionata præsentem, absolute, & simpliciter loquendo: P. Antonius Perez existimat futuritionem conditionatam, & idem suo modo intelligi potest de futuritione absoluta, consistere in quodam nexu cum futuro conditionato, ex quo, & ex scientia necessaria, resultat scientia conditionata. Alij vero tenent nullam aliam esse futuritionem conditionatam, præter Scientiam Media. Ob cādemque rationem scientia absoluta contingens erit absoluta futuritio. Hi omnes R.R. (nimis P. Antonius Perez in 1. p. tract. de Scientia cap. 4. & disp. 3. de volunt. cap. 7. & alijs in locis P. Martinus de Esparça in disp. de Deo quæst. 18. art. 21. & 22. Cardinalis Estorcia lib. de Deo uno, & trino cap. 40. neconon P. Ribadeneira fusissimè in manuscriptis de Scientia Media) in eo cum Thomistis conueniunt, ut rebus nullam in se ipsis futuritionem intrinsecam concedant; sed solum extrinsecam ratione aliquius formalitatis Divinæ. Differunt tamen quatenus Thomistæ in actu voluntatis, nostri vero R.R. in actu intellectus eam cōstituunt: quem dicunt, non esse verum veritate conformitatis; sed tantum veritate determinationis, seu connexionis cum futuro: nostros vero actus idem affirmantes veros quidem esse, non veritate determinationis, aut conformitatis cum obiecto; sed veritate conformitatis, & similitudinis cum actu Diuino, qui verus est veritate determinationis.

16 Denique P. Quirós disp. 50. de Scientia sect. 3. & 4. opinatur posse probabiliter dici futuritionem conditionatā confitere in quadam actione Divina conditionata (& consequenter futuritionem absolutam in actione absoluta) ponente terminum in tempore pro casu conditionis: quæ quidem actio sit quid creatum attemperatum futuro conditionato, quod erit, si ponatur

conditio, ita ut possita conditione per voluntatem humānā pos-
sit impediri. Etiam iuxta hanc sententiam negatur rebus futuris
futuritio intrinseca, solumque extrinseca illis conceditur.

SECT. II.

*Refellitur sententia de statibus objectivis, & præsertim expli-
catio Patris Sebastiani de Izquierdo.*

17 **S**ententia de statibus, præcipue, prout à P. Izquierdo tradi-
tur, & falsa, & parum intelligibilis mihi videtur. Probatur
primo. Status conditionatus, vel ita identificatur cum statu abso-
luto (idemque argumentum fit de statu futuritionis absolutæ com-
paratiuē ad statum actualitatis, & præsentialitatis) sicuti status ab-
solutus identificatur secum ipso, vel non. Neutrū potest dici. Er-
go hic status conditionatus, prout à suo Authore consideratur,
repugnans est. Minor probatur per partes. In primis nequit iden-
tificari cum statu absoluto identitate adeo stricta, ac status abso-
lutus secum ipso. Hoc probatur. Status absolutus, ita identifica-
tur secum ipso, vt nullo quopiam modo à se ipso separetur. At sta-
tus conditionatus aliquo vero modo separatur ab absoluto, cum
detur res in statu conditionato, quin detur in statu absolutu. Ergo
status absolutus strictius identificatur secum ipso, quam cum alte-
ro, vt videtur docere P. Linze ponens virtualem distinctionē in-
ter ea prædicata, hoc est ponere in creaturis aliud Trinitatis my-
sterium, & sane difficillius: in Trinitate enim, non datur separa-
tio inter prædicata realiter identificata; inter hos vero actus se-
paratio reperitur.

18 Sed dices: statum conditionatum, & statum absolutum
omnino realiter, & virtualiter identificari, sicut ipse Petrus indi-
cavit ab his statibus secum ipso identificari: quia quidquid
conuenit vni, id ipsum eodem modo, & in eodem sensu conuenit
alteri; nam de statu cōditionato, sicut dicitur absolute dari, quin
detur status absolutus absolute, non autem quin detur conditio-
nate: cum enim hi status conditionate identificantur, sicut non ab-
solute: ideo quidquid affirmatur de uno conditionate, affirmatur
etiam verè conditionate de altero. Patiergo ratiore, quando de-
ficit unus status absolute, etiam absolute deficit alius, quādo enim
non existit absolute consensus Iudic, neque eius status conditio-

tus, neque eius statis absolutus datur absolute, licet unus, & alter deatur conditionate.

19 Sed contra. Proposita hac propositione *consensus datur*: listingais datur conditionate, concedo: absolute, nego. Ergo dari conditionate conuenit consensu: dari vero absolute conuenit sui non conuenit. Patet hæc consequentia; quia eo modo, quo vere affirmatur de subiecto aliquod prædicatum, conuenit illud prædicatum illi subiecto: & quem admodum vere negatur de illo, illi non conuenit. Sed dari conditionate affirmatur vere, per te, de consensu, & dari absolute vere negatur. Ergo dari conditionate conuenit consensu; dari vero absolute non conuenit. Pergo ultius. Ergo his conceptibus dari conditionate, & dari absolute conueniunt prædicata contradictiones. Ergo non quidquid conuenit vni, conuenit alteri eadem prorsus ratione. Prima sequela, ex qua secunda legitime descendit, facile probatur. Conuenire consensui, & non conuenire consensui, sunt prædicata contradictiones. Sed dari conditionate conuenit consensu: dari absolute, non conuenit. Ergo his conceptibus dari conditionate, & dari absolute conueniunt prædicata contradictiones.

20 Confirmatio. Quando distinguimus nam propositionem: *consensus datur*, affirmando dari conditionate, & negando dari absolute: vel hæc distinctione tenet ex parte obiecti, vel ex parte actus. Si omnino ex parte actus. Ergo ex parte obiecti nulla datur statuum diuersitas; neque ex parte obiecti vlla dabitur veritatum distinctione. Et consequenter cessat diuersitas obiectiva essendi conditionate, & absolute, quam diuersitate, totis Izquierdo viribus conatur stabilitate. Sin autem, non ex parte actus, sed ex parte obiecti prout distincti ab actu illi contingente, detur distinctio sufficiens inter illa extrema conditionate, & absolute, ut unum affirmetur, alterum vero negatur de subiecto, de quo alterum affirmatur.

21 Sic argumentor. Status conditionatus, vel accedente statu absoluto transit in statum absolutum, vel remanet in esse statutus pure conditionatus. Si transit ad statum absolutum. Ergo tunc idem omnino est conditionate, & absolute unus, & alter status. Tunc sic. Identitas absoluta, quæ modo est, quando datur status absolutus, reuera deficit, etiam conditionate, quando destruitur status absolutus. Ergo etiam deficiant conditionate unus, & alter status: quia quemadmodum deficit unus, deficit aliud identificatum cum primo conditionate, & absolute. Antecedens probatur. Identitas absoluta non remanet adhuc conditionate, quando non remanet secundum.

Secundū id, quod essentialiter, & de suo habet (ut utrū terminishū ius Authoris) sed identitas absoluta statu, absoluti cū cōditionato de suo, & essentialiter habet reddere statu cōditionatum identifica tum absolute cum statu absoluto. Ergo per casu, quo non remanet hi statu identifica i absolute, seu pro quo non remanet identitas absoluta identificans absolute hoc statu, prædicta identitas non remanet conditionare: quando quidem non remanet secundū id, quod essentialiter, & de suo habet. Cōsequentia est bona, & minor certa. Probatur igitur maior. Quando non remanet entitas secundū id, quod essentialiter, & quidditativē habet, abit in chymicā ram, quādō autē es chymatica est, non habet verū statu conditionatū, sed chymaticū. Ergo si identitas non remanet secundū esse essentialē, & quidditativū, neque secundū illū esse reale manebit. Consequenter neque secundum esse conditionatum: quod quidem est, iuxta hunc Authorem, reale esse de præsenti.

22 Si autem dicas, nunquam unum statu ad alterum transire. Ergo status conditionatus nunquam existit absolute, consequenterque distinguitur à Petro qui existit absolute. Quid enim magis evidens, quam realiter distingui quæ in existendo nequam coniungantur. Prima sequela probatur. Existere absolute aliquid est transire ad habendum per identitatem statu absolutum existendi. Per te status conditionatus nunquam transit ad habendum per identitatem statu absolutum: ergo status conditionatus nū. quam existit absolute.

23 Argumentor secundo. Status conditionatus, & statu absolutus essentialiter, & quidditativē distinguntur. Ergo neque absolute; neque erē conditionate contingenter identificantur. Consequentia est bona (præsertim apud Izquierdo, apud quem, quilibet identitas secundum hunc, vel illum statu supponit identitatem essentialē, & quidditativā) ea enim, quæ quidditativē, & essentialiter distinguntur, sub nulla conditione contingente identificabilia sunt. Ante cedens probatur. Ea, quibus essentialiter, & quidditativē, conueniunt prædicta contradicitoria, quidditativē, & essentialiter distinguntur, sed his statibus conueniunt quidditativē essentialiter prædicta contradicitoria. Ergo quidditativē, & essentialiter distinguntur. Consequentia est legitima, & maior etiam apud R. Izquierdo est vera. Minor probatur. Status absolutus essentialiter, & quidditativē habet constitutum absolute existentem. Status conditionatus id non habet. Ergo his statibus conueniunt quidditativē, & essentialiter prædi-

cata contradictoria. Consequentia est legitima. Maior apud hunc Authorem certa, illam discertis verbis fatetur in simili dist. 10. q. 1. n. 123. ubi docet statum existentiam, seu existentiam *de suo*, & essentialiter habere existentiam: quod est idem formalissime, ac existentiam habere *de suo* constituere rem existentem. Si igitur *de suo* status absolutus, prout à conditionato datur, habet constitutere rem existentem, secundum statum absolutum, prout à conditionato distinguitur. Ergo habet essentialiter, & quidditatiè cōstitutere rem existentem absolute. Quod autem id non habeat status conditionatus, certissimum est esse enim conditionatum non habet de suo existere absolute. Adhoc enim additur status absolutus, ut res ratione illius habeat quod non habet præcise ratione status conditionari, cuius munera solum est, quod existat conditionatè, prout conditionatè præscindit ab absolute.

24 Hinc sumitur tertium argumentum mihi validissimum: quod ipse author sibi obiicit citato num. 123. contra distinctionem inter statum quidditatum, & existentiale, quod quidem contradictionem statum absoluti, & conditionati eadem vituperandi potest. Quo sane arguento refellitur etiam Illustrissimus Godoy qui in 1. p. tract. 3. di p. 26. §. 4. defendit esse quidditatum datum ab aeterno quidditatiè, distinctumque ab esse existentiæ. Sic igitur conficitur arguentum. Si ob aliquam rationem distinguenteruntur status conditionatus, & absolutus, maxime quia veritas conditionata separatur absolute (eadem comparatio potest fieri inter statum quidditatum, & existentiale) sed haec ratio, ut pote nimium probans, est insufficiens. Ergo non datur ratio sufficiens. Consequentia est bona, & maior doctrina aduersiorum. Minor probatur. Si haec ratio probaret, probaret utique in ipso statu absoluto duplicum alium statum, & sic in infinitum! Ergo haec ratio nimium probat. Antecedens probatur. Respectu status absoluti, prout distincti ab statu conditionato, datur duplex veritas, una contingens, alia necessaria; consequenterque separabilis à contingente. Ergo ratio supra tradita probat in statu absoluto alios duos status. Antecedens probatur hoc syllogismo, in quo tota vis argumenti consistit, tam necessaria veritas est haec. Status absolutus consensus est status absolutus consensus, quam haec, & similes. Consensus est consensus, seu consensus est possibilis. Sed, quia haec secunda veritas est necessaria ponitur, in consensu status quidam quidditatus, & essentialis distinctus ab statu existentiæ contingente. Ergo obsimilem rationem in ipso statu absoluto posse videntur.

tendus est aliquis status essentialis distinctus à quolibet alio statu contingente.

25. Huic argumento respondet P. Izquierdo admittendo formalitates infinitas syncathegorematice. Dicit enim nos quidē in distinguendis formalitatibus essentiæ, & existentiæ in infinitum syncathegorematice progredi posse, sicut, & in multiplicandis ceteris quibuscumque formalitatibus transcendentalibus: ideoque in quavis formalitate existentiæ posse nos duas veritates inuenire: alteram quidditatuum, & alteram existentialē. Videntes autem intuitu totam rem cum sua existentia identificatam bifariā tantum iudicare absolutē; idque citra omnē progressionem. Primo per iudicium huic simile *Res exsistit*. Secundo per iudicium simile huic *Res est res*. Ex quibus primum iudicium petit ad sui veritatem quod res existat. Secundum non item.

26. Non satis capio solutionem. Cum enim apud hunc Auctorem hæc distinctio veritatum obiectuarum non se teneat ex parte actus, sed ex parte obiecti, sicuti ipse terminus *veritas obiectiva* præfert: nescio quid intelligat hic author nomine infiniti syncathegorematici. Nam omnes ha formalitates obiectivæ, cum & ab intellectu illas attingente diliq̄t̄ sint, & minime à cognitione producantur, sed realiter reperiuntur in obiecto antecedenter ad cognitionem, clare deducitur omnes has formalitates ex parte obiecti dñri simul. Si ergo infinitæ sunt, non syncathegorematicum, sed cathegorematicum infinitum constituent. Infinitum enim formalitatum simul existentium infinitum cathegorematicum est: quippe infinitum syncathegorematicum dumtaxat dicitur illud, cuius partes ita semper finitæ sunt, ut possint ulterius, & ulterius augeri; semper tamen finitæ dentur, licet semper possint ulterius, & ulterius finitè crescere in infinitum. Ceterum admittere infinitas formalitates obiectivas in qualibet entitate diversas, ante operationem intellectus, semper mihi ingene reputabitur chymara, ei itque aliud continuum formalitatum instar continui Aristotelici integralis. Hoc autem quis non miretur?

27. Illustrissimus Godoy loco supra citato etiam in existentiæ prout distincta realiter ab essentia, distinguit quidditatem, & actualitatem contra Albertinum verum cum aequalitas existentiæ, adhuc prout distincta à quidditate existentiæ, etiam essentia. Liter habeat ab aeterno suam quidditatem, cum sit verum esse, quæ admodum existentiæ prout distincta ab essentia, nescio quare actualitas existentiæ non dicat actualitatem distinctam à quidditate: & gressus:

tursus in hac actualitate secunda, non sunt distinguenda quidditas, & alia actualitas, & sic in infinitum.

28 Denique (ut ad incep tam impugnationem redeamus) si Patri Izquierdo obijcatur his statibus inter se essentialiter, & quidditatiis identificatis, conuenient prædicata contradictionis, & etiam illis conuenient separationem inter se, & præterea statum quidditatiis esse ab æterno necessario, & statum conditionatum esse ab æterno, licet contingenter: & deinde distinctionem obijcitur statuum non coherere cum simplicitate entitatis: si inquit hec illi obijciantur: omnibus his respondet non esse propositiones contradictiones, quæ affirmant, & negant idem de eodem, quando affirmat una, & negat altera de eadem re prout in diuersis statibus, & quamvis inter se identificantur quidditatiis, & conditionatae, non sufficere hanc identitatem ad conuenientiam in omnibus prædicatis, quæ diuersos status respiciunt. In superaddit quod, licet status quidditatiis, ab existentiis, & conditionatis ab absolute separarentur; cum tamen hec separatio non sit in eodem status, sed in diuerso; ideo non officit identitati quidditatiis, & conditionatae illorum status, quia ipsissima res separatur à se ipsa in ordine ad diuersos status: siquidem ipsissimus Petrus, qui nunc est existens, prius fuit possibilis, & non existens, & consensus, qui nunc est absolute, prius fuit conditionatus, & non absolute. Præterea inconveniens non reputat creaturam secundum statum non existentialem absolutum esse ab æterno, nec iudicat multiplicitatem statuum, qui cum entitate identificantur, simplicitati entitatis oppositam esse.

29 Cæterum ex his omnibus deprehenditur obscuritas: immo imperceptibilitas huius sententiae. In causa enim inveniuntur separationem absque distinctione, distinctionem ante operationem intellectus cum vera, & reali identitate extermorum, quæ distingui dicuntur: simplicitatem, & singularitatem involuentem multiplicitatem, non ut cumque, sed infinitam: status varios identificatos cum ealementitate, quæ prout in uno statu identificato cum ipsa, non est ipsa prout in alio statu etiam identificato cum ipsa: esse independens à Deo id ipsum, quod est essentialiter creatura, & à Deo dependens. Et denique esse ab æterno, quod identificatur cum temporali. Hæc omnia non capio. Sed mihi solatio sit plures eximie doctos audiuisse, qui eandem ignorantiam oianè, & ingenuè, & absque villo pudore fateantur.

SECT. III.

Proponitur nostra sententia.

30 **N**ostra sententia est futuritionem nihil aliud esse, quam re; ut correspondentem durationi, pro qua affirmatur futuritas, ut futuritio absoluta Anti-Christi dicat existentiam Anti-Christi, ut correspondentem durationi, quæ non existit modo, & est posterior tempore præsenti: quam obrem de præsenti importat carentiam durationis, cui postea corresponebit Anti-Christus, & produratione posteriori Anti-Christum, ut existentem. Futuritio vero conditionata v. g. consensus sub auxilio A, nihil aliud est, physicè loquendo, quam ipse consensus respectuè ad auxilium A, nihilque distinctum à consensu, & auxilio, potest esse futuritio formalis conditionata consensus sub auxilio A.

31 Explicatur hæc sententia. Iuxta nos nihil aliud est futuritio, quam id, quod affirmatur per propositionem de futuro: Deinde in nostra sententia, nihil aliud affirmatur per propositiones de futuro absoluto, & conditionato, quam quæ supra recentiis mus. Ea ergo; & nihil aliud, sunt futuritio formalis rei futura. Majorēm huius discursus postea per otium probabimus. Nunc breviter, ut declaratione nostræ sententiae deserviat, sic eā laudemus. Futuritio formalis est ipsum met esse rem futuram. At per propositionem de futuro affirmamus remesse futuram. Ergo id, quod affirmamus per propositionem de futuro, est formalis rei futuritio.

32 Iam vero minor præcedentis syllogismi ostenditur per partes. Et prius de propositione de futuro absoluto. Hac prepositio Anti-Christus existet postea est propositione de futuro absolu- to. Sed per hanc propositionem solum affirmatur existentia Anti-Christi produratione modo non existenti, sed posteriori. Ergo per propositionem de futuro absoluto solum affirmatur obiectū ut correspondens durationi modo non existenti, & posteriori ad tempus præsens.

33 Similiter loquendo de propositione de futuro cōditio- nato assertimus obiectū huius propositionis. Consensus existet, si datur auxiliū A, non differre ullo modo ab obiecto huius consensus existit sub auxilio A, prædictasque veritates obiectivas solum ex parte actus diuersificari: quemadmodum enim actus voluntatis,

quo amo Petrum, & aactus etiam voluntatis, quo postea odio habeo ipsum Petrum, non distinguuntur ex parte obiecti, sed ex parte modi tendendi pariter hi actus. *Consensus existit sub auxilio A.* *consensus existit si existat auxilium A.* omnino distinguuntur ex parte modi, minime vero ex parte obiecti. Ex quo inferimus *exititurum esse consensum si existat auxilium A.* (in quo futuritio conditionata consensus sub auxilio A. consistit) nihil esse distinctum ab ipso consensu, qui existet, si existat auxilium A. Quam obrem affirmare futuritionem conditionatam consensus, non est affirmare aliquid de praesenti absolute; sed futurum esse aliquid sub conditione aliqua: neque futurum esse consensum sub conditione auxiliis; consequenterque veritatem obiectuam actus conditionati non esse necessario aliquid existens absolute; sed aliquid exititurum sub conditione. Hac eit nostra sententia: quam & veram existimo, & genuinam, sinceramque mentem schola Societatis continere, perperamque sine illa scientiam medianam posse propugnari. Vel saltem tot difficultatibus obscurari, ut egrè admodum percipi, nedium suaderi posse videtur. Verum quia fere tota aduersariorum contentio eo tendit, ut p. obet futuritionem iteram in aliquo absolute de praesenti existenti consistere debere: ideo tota nostra probatio nisi vis eam sententiam refellere, & profligare nitetur.

SECT. IV.

Futuritio nequit consistere in aliquo de praesenti existenti

34 **C**ontra hanc conclusionem acriter pugnant, tum omnes Thomistæ constituentes futuritionem indecreto, tu aliqui nostri R.R. non distinguentes futuritionem à scientia Divina. Nos vero hanc conclusionem, ut totius nostræ doctrinæ præcipuum fundamentum totis viribus firmiter stabilite admitemur.

35 Probatur ergo primo haec conclusio. Exiturum esse consensum v. g. siue absolute, siue conditionate est futurio consensus. Sed exiturum esse consensum non est aliquid de praesenti existere, sed exiturum esse. Ergo futuritio non est existere aliquid de praesenti. Consequens est bona, & maior, vel apud aduersarios certa. Minor vero, qui imuis ex terminis videtur nota, sic probatur. Exiturum esse consensum est præcise exiturum esse aliquid. Sed præcise exiturum esse aliquid non est existere de praesenti

ali-

Quid; sed extitum esse. Ergo extitum esse consensum non est existere aliquid de præsenti. Confirmatur. Ea ratione, & non alia, qua datur constitutum per aliquam rationem formalem ad æquatem constituentem, datur ratio formalis ad æquata constituens. Sed futurum non datur de præsenti; sed dabitur. Ergo futuritio, quæ est ratio formalis ad æquata constituens futurum in esse futuri, non datur de præsenti; sed dabitur.

36 Respondent aduersarij extitum esse consensum, v.g. non esse consensum existere: esse tamen existere aliquid, ratione cuius consensus extitus denominetur. Sed contra. Denominatio extituti est denominatio præcisæ futuri, sed denominatio præcise futuri non exigit formam denominantem de præsenti. Ergo consensum extitum esse, non est existere aliquid de præsenti. Minor probatur. Denominatio, quælibet ea ratione exigit formam, qua requiritur forma ad effectum formalem denominationis. Sed effectus formalis denominationis futuri non exigit formam de præsenti. Ergo neque ipsa denominatio. Minor probatur. Effectus forma huius denominationis futuri non est effectus præsens; sed futurus. At effectus futurus non exigit formam præsentem, sed futuram. Ergo effectus formalis futuri non exigit formam de præsenti.

37 Probatur secundo eadem conclusio ratione fundamentali. Non requiritur aliquid actu absolute existens ut ad æquatum constitutum huius effectus formalis v.g. consensum esse futurum. Deinde non requiritur ut constitutum per modum formæ constituens simul cum subiecto, seu cum alio constitutuo habente se de materiali, prædictum effectum formalem. Ergo nihil absolute existens est futuritio. Consequentia est bona: quia sub nomine futuritionis non potest intelligi, nisi, vel ad æquatum constitutum, ad æquata que ratio formalis futuri in esse futuri (in quo sensu debet intelligi futuritio) vel saltem illud constitutum, quod, licet non sit ad æquatum, est tamen quod se habet per modum formæ: & in in hac acceptione intelligent aliqui futuritionem; non animaduertentes quod, si semel assertant præter rem de præsenti existentem requiri ut formam, ulterius constituere futurum in esse futuri aliquid nouum existens se habens per modum subiecti, iam, hoc admisso, ruit totum fundatum, videlicet denominationem de præsenti requiri omnia sua constitutiva de præsenti.

38 Iam vero antecedens probatur per partes. Et in primis futurum in esse futurum non habere pro constitutuo ad æquato aliquid absolute, & de præsenti existens: sic probatur. Qui præcise af-

firmat consensum futurum esse, præcisè affirmat futuritionem; prout futuritio est ratio ad æquatè constitutiva futuri in esse futuri. Sed qui præcisè affirmat consensum futurum esse, non affirmat præcisè aliquid de præsenti, quod sit futuritio. Ergo futuritio nō est ad æquatè aliquid de præsenti. Discursus est legitimus. Probo maiorem, postea minorem probaturus. Qui affirmat consensum futurum esse, affirmit ipsum autem futurum esse, sed futurum esse consistit ad æquatè in futuritione, prout futuritio est ratio ad æquatè constitutiva futuri in esse futuri. Ergo qui præcisè affirmat cōensem futurum esse, affirmit futuritionem ad æquatā. Consequentia est legitima, & minor ipsa definitio futuritionis. Maior vero, vel me tota philosophia fallit, vel evidens est: quia, cum ratio formalis esset aliquid sit ipsum mettere esse aliquid, nihil potest esse clarior, quam cognoscere aliquid, cognoscere necessario rationem formam essendi illud aliquid: quia cognoscere aliquid est cognoscere ipsum quod est esse illud aliquid.

39 Respondebunt forsitan aduersarij distinguendo inter rationem formalem intrinsecā, & extrinsecā. Dicent igitur non posse cognosci, aut affirmari aliquid, quin affirmetur ratio formalis intrinseca: siquidem ratio formalis intrinseca non distinguitur ab eo, cuius ratio formalis est; posse tamen cognosci, & affirmari aliquid, quineius extrinseca formalis ratio cognoscatur, aut affirmetur, ut pote distincta ab eo, cuius ratio formalis est. Cum igitur apud hos Autores, futuritio intrinseca rerum non detur, sed extrinseca solum. Hinc deducent non eo ipso quod cognoscatur res esse futuram, cognosci necessario futuritionem: quandoquidem intrinseca futuritio non datur; extrinsecam vero cognosci opus non est, ut res de futuro cognoscatur: siquidem futuritio extrinseca à re futura ad æquatè distinguitur.

40 Hęc solutio mihi vehementer displacet. Quando enim dicitur futuritio ratio formalis extrinseca respectu futuri, dicitur extrinseca, quia extrinseco conuenit subiecto denominatio in esse futuri. Non vero quia ipsa denominatio, seu prædicatiū essendi futuri, quod tribuit, proueniat extrinseca, & non constitutive in futuritione; modo quo esse *Deum cognitū* conuenit extrinsece Deo; prædica un ramen essendi cognitū, siue hoc quod est esse cognitum identificatur cum ipsa cognitione, proueniatque formaliter constitutive ab illa. Redit igitur eadem vi propositum argumentum. Effectus formalis futuritionis extrinseca non distinguitur ab ipsa futuritione extrinseca, sicuti esse actū cognitum obiectum non distingui-

tur à cognitione. Ergo qui cognoscit, & affirmat effectum formam futuritionis, affirmat etiam ipsam futuritionem. Probatur hec consequentia. Qui affirmat consensum futurum esse, affirmat id, in quo consistit futurum esse. Sed futurum esse consensum consistit in ipsa futuritione: quia, licet futuratio sit extrinseca consensu, est tamen totum constitutuum consensus in esse futuri. Ergo qui affirmat consensum futurum esse, affirmat futuritionem.

41 Probo iam minorē superioris sylogilini: videlicet per hanc cognitionem *consensus est futurus*; non affirmari aliquid de praesenti, in quo consistat futuratio. Sic igitur eam probo. Qui affirmat, quod consensus erit, affirmat consensum futurum esse. Sed qui præcille affirmat, quod consensus erit, non affirmat aliquid de praesenti; siquidem non dicit, quod aliquid est; sed quod erit. Ergo qui affirmat consensum futurum esse, non affirmat aliquid de praesenti. Maiorem probo, zd quam reuocatur difficultas.

42 Primo ex D. Augustino, quilib. r. confess. pluribus in locis, præsertim cap. 15. cap. 18. & discrellime cap. 20. docet impropriè dici *res est futura*: *res est præterita*: quia præteritum iam non est; futurum vero nondum advenit. Addit tamen prædictam locutionem admittendam esse: quia, licet sit impropria, nobis tamen familiarior est, & corrigitur per propriam intelligentiam: quandoquidem *futurum est*, idem iam significat apud omnes, quod erit. & *est præteritum*, idem, quod fuit. Quare ait Augustinus citato cap. 20. propriè non dici esse tria tempora, nisi tantum in memoria, contituuntur, & expectatione. Sed audiamus ipsum Augustinum. *Quod autem nunc liquet*. & claret, nec futura sunt, nec præterita. Nec propriè dicuntur tempora sunt tria: *præteritum*, *præsens*, & *futurum*; sed forte esse propriè diceretur tempora sunt tria: *præsens de præteritis*, *præsens de præsentibus*, *præsens de futuris*. Sunt enim hac in anima tria quædam, & alibi ea non video: *præsens de præteritis memoris*. *præsens de presentibus* contitutus: *præsens de futuris expectatio*. Si enim hac permittimus dicere, tria tempora video, fateor quæ tria sunt. Dicatur etiam (attende quæ sequuntur) tempora sunt tria: *præteritum*, *præsens*, & *futurum*, sicut abutitur confuetudo, dicatur. En in his loquutionibus, ait Augustinus, esse improprietatem, quam alienationem appellamus. Prosequitur Augustinus. Ecce non ero, nec resisto, nec reprehendo, dum tamen intelligatur quod dicitur: neque id, quod futurum est, *est iam*, neque *id*, quod priesteritum est. Paucæ sunt enim (scilicet) *temporum*

iterum improprietatem in modo affirmandi.) quæ proprie^te loqui
mur: plura non propriæ; sed agnoscitur quid velimus.

43 Secundo probatur adem propositio ex ipsis grammaticis regulis: ex quibus constat idem significari per futurum indicatiuimodi; quam per participium de futuro. Quam obrem idem omnino est apud Grammaticos assertere hac ratione *cras legam, ac cras lecturus sum.* Idque, quod affirmatur hac ratione. Petrus dixit quod veniet *cras*, nelius significatur per participium hac ratione. Petrus dixit se venturum *cras*, quia per hanc secundam propositionem affirmetur aliquid, quod per primam non affirmetur. Idem ergo significat erit, ac esse futurum.

44 Tertio, quia quando affirmo quod *consensus* erit affirmatio consensum: non de praesenti: non de præterito. Ergo de futuro. Ergo affirmo consensum futurum esse. Sed dicere *consensus est futurus*, est affirmare consensum futurum esse. Ergo idem est dicere *consensus erit*, ac dicere *consensus est futurus*.

45 Respondebis primo hanc propositionem *consensus est futurus* duplicitè accipi posse. Primo præcise in sensu de futuro, & tunc aequivalere huic propositioni *consensus erit*. Secundo in sensu de praesenti: & tunc abolutè affirmare esse de praesenti aliquid reddens, vel intrinsecè, vel extrinsecè consensum futurum. Quando ergo sumitur in sensu de praesenti, tunc affirmatur id, in quo consistit consensum esse futurum enuntiatque futuritionem; scilicet vero quādō reddit sensum præcise de futuro: tunc enim non affirmatur futuritio, quā modo habet; sed futuritio, quā habebit postea.

46 Sed contra. Ergo haec propositio. *Consensus est futurus*, in aliquo vero sensu potest intelligi, quin per illam aliquid de praesenti affirmetur. Ergo esse futurum, prout iuxta hunc sensum affirmatur per eam propositionem, non involuit aliquid de praesenti in suo conceptu; sed per eam propositionem affirmatur futuritio sufficiens ad reddendum in vero sensu consensum futurum, siquidem affirmatio denominationis est affirmatio rationis formalis ad æquatè denominantis. Ergo futuritio sufficiens ad reddendum consentum futurum, non est necessario aliquid existens de praesenti. Probatur haec ultima consequentia. Per eam propositionem affirmatur futuritio. Nihil praesens, in quo possit consistere futuritio, affirmatur per eam propositionem. Ergo, quod non est praesens, est futuritio.

47 Respondebis secundo hanc propositionem *consensus erit* affirmare aliquid de praesenti, nempe esse nunc aliquā rationē formale

inferentem consensum, ut existentem pro duratione posteriori; & vniuersum omnem propositionem affirmare aliquid de praesenti, ratione cuius predicta propositione sit de praesenti vera, vel ob cuius defectum sit de praesenti falsa.

48 Hæc solutio pluribus nominibus mihi displicet. Primos quia iuxta Grammaticos, & Dialecticos, non solum sunt verba de praesenti; verum etiam de præterito, & futuro. Si autem semper affirmaretur aliquid de praesenti, in quo veritas propositionis constiteret, nullum aliud esset Verbum, nisi de praesenti. Ergo hæc sententia, & Grammatica, & Dialectica refragatur.

49 Secundo, quia hæc propositione *consensus erit*, vel ultra futuritionem, ut de praesenti existentem, affirmat consensum de futuro, vel solum affirmat futuritionem de praesenti. Neutrū potest dici. Ergo predicta propositione non affirmat futuritionem de praesenti. Minor probatur. In primis non potest dici quod solum affirmet futuritionem de praesenti: quia, si hoc ita esset, nihil affirmaret de consensu: in modo consensus, usque dum existeret, non posset esse subiectum alicuius veræ propositionis; sed tantum attingeretur in obliquo, nihil de eius intrinseca existentia affirmando, aut negando. Ex quo fieret etiam nos falli in nostris argumentis: quamvis enim videamur nobis de consensu, prout distincto à quolibet alio affirmare quod erit, reuera nihil omnino, iuxta hanc solutionem, affirmamus de illo; sed affirmamus duntaxat existentiam alterius rei omnino distinctæ. Ex quo iterum fieret Deum affirmantem per suam scientiam consensum esse futurum, nihil affirmare de ipso consensu; sed affirmare existentiam suæ scientiæ, vel illius, in quo futuratio constituitur ab his authoribus. Tandemque deduceretur Deum nihil scire circa consensum; sed præcisè circa suos actus, ut infra magis ex professo declarabimus.

50 Nec potest dici per hanc propositionem *consensus erit* ultra futuritionem de praesenti affirmari de futuro contentum. Primo: quia hoc implicat in terminis: nam affirmatio alicuius dumentur, solum est affirmatio suæ adæquata rationis formalis, sive sui adæquati constitutionis in esse talis, cum nihil in esse talis distinguatur à suo adæquato constitutione in esse talis. Sed nomine futuratio nis intelligimus adæquatum constitutionem futuri in esse talis. Ergo affirmare præcisè consensum esse futurum: est affirmare præcisè futuritionem. Ergo implicat quod, cum affirmatur præcisè consensum esse futurum, affirmetur aliquid ultra futuritionem. Vel aliter. Id est futuratio formalis adæquata consensus, quod affi-

tur, quando affirmatur consensum esse futurum. Sed per te, dum præcisè affirnamus consensum esse futurum, non affirmamus præcise aliquid de præsenti, sed etiam aliquid de futuro. Ergo futuritio non est ad equatè aliquid de præsenti, sed includit etiam aliud quid de futuro.

51. Secundo: quia in hac propositione *consensus* erit intellectus fertur, iuxta prædictam solutionem, per verbum de præsenti in futuritionem, & per verbum de futuro in ipsum consensum. Ergo, & dicit de futuritione quod est, & de consensu, quod erit. Ergo affirmatio, prout terminatur ad consensum, nihil affirmat de præsenti. Ergo affirmare de futuro non involuit affirmare aliquid de præsenti. Probatur hæc ultima consequentia. Si affirmare de futuro involueret in seā essentia affirmare aliquid de præsenti. Ergo in prædicta propositione ultra affirmationem de præsenti esset affirmatio de præsenti, quod est manifesta implicatio. Probatur hæc ultima consequentia. In prædicta propositione ultra affirmationem de præsenti esset affirmatio de futuro. Sed per te affirmatio de futuro involuit affirmationem de præsenti. Ergo ultra affirmationem de præsenti esset affirmatio etiam de præsenti. Ergo, vel nihil affirmitur, nisi de præsenti, vel datur affirmatio de futuro, quæ possit intelligi, quin intelligatur, ut affirmatio de præsenti. Hac ergo ratione se habet hæc affirmatio *consensus* erit.

52. Denique de hac affirmatione consensus, prout addit aliud supra affirmationem futuritionis de præsenti, superius redit argumentum: nimis: hæc affirmatio, prout tendit in consensum, affirmit de illo quoderit, quin, prout ita tendens, affirmet aliud de præsenti. Sed, prout affirmans quod consensus erit, affirmat rationem formalē, ob quam formaliter erit, quæ ratio formalis est futuritio. Ergo prout præscindens ab affirmatione aliqui de præsenti, affirmit futuritionem. Ergo futuritio non est aliquid de præsenti.

53. Respondebis tertio affirmantem quod consensus erit non affirmare futuritionem, quia futuritio non solum est extrinseca consensui futuro, sive consensui, qui erit, verum etiam est extrinseca ipsi erit: ita ut non solum consensus non habeat esse futurum ab aliquo intrinseco ipsi consensui, verum etiam ipsum erit, sive futurum esse proueniat extrinsecè à futuritione de præsenti: quia futuritio solum extrinsecè constituit erit, sive futurum esse.

54. Hæc solutio destruit id ipsum, quod assertere nütitur.

Nam

Nam si futuritio de praesenti est extrinseca non solum consensui futuro specificative: verum etiam reduplicative accepto in esse futuri. Ergo consensus, reduplicative ut futurus, seu quatenus habet quod erit, non involuit aliquid de praesenti, sed connotat dicitur. Tunc sic. Futuritio formalis est illa ratio, qua formaliter, & non solum illatiue, & extrinsecè, constituitur consensus in esse futuri. Sed per te futuritio de praesenti, non est qua formaliter constitutur consensus in esse futuri, seu habet quod erit. Ergo futuritio de praesenti, non est futuritio formalis, sed tantum extrinseca, & illatiua alterius futuritionis formalis. Hoc, & non aliud ego intendo: videlicet nullum agum Diuinum, & universaliter, nihil defacto existens, esse formalem futuritionem; sed tantum illatiuam, & contextam cum futuritione formalis.

55 Confirmatur vicerius insistendo precedenti rationi, alter ostendendo eius efficaciam. Si futuritio esset, aliquid de praesenti, v. g. actas Divinæ, sive voluntatis, sive intellectus. V. g. decretum Divinum de consensu Petri. Ergo Deus cognoscens consensum futurum esse, nihil cognosceret præter suum decretum. Ex quo etiam fieret quod, cum apud hos Authores tam futuritio conditionata contingens, hoc est sub conditione indifferenti, quam futuritio conditionata sub conditione necessaria. V. g. Si Petrus existat existet absque contradictione (qua futuritio conditionata necessaria est posibilitas) consistant in aliquo Diuino: Deus cognoscens consensum, sive, ut possumus per scientiam simplicis intelligentiae, sive, ut conditionata futurum per scientiam conditionatam contingentem, quam nos medium vocamus, sive ut futurum absolute per scientiam visionis: fieret inquam Deum nihil a se distinctum secundum esse proprium enunciare; sed solum secundum esse eminentiale, que est sententia, que Auctoritate, vel iuris tribuitur, & que ab omnibus Scholasticis, ut ad minus temeraria reprehenditur. Sic igitur huius absurdæ sententie illationem ostendo.

56 Deus affirmans consensum futurum esse nihil affirmat præter futuritionem consensus. Sed futuritio consensus distinguitur aequaliter a creatura in ea aduersarios. Ergo Deus affirmans consensum futurum esse nihil affirmat præter id, quod distinguitur aequaliter a creatura. Sed qui solù affirmat, quod distinguitur aequaliter a creatura, non affirmat creaturam, sed solù suum decretum, vel suam scientiam, in qua consistit aequaliter futuritio. Ergo Deus affirmans rem esse futuram, nihil a se distinctum affirmat. Et idem argumentum fit de

scientia consensus, ut possibilis, & de scientia consensus sub conditione contingente futuri. Consequentia prima, ex qua reliquæ legitime descendunt, bona est: & minor doctrina aduerteriorum. Probo igitur maiorem, ad quam tota difficultas reuocatur, vides licet Deus affirmans consensum futurum esse, nihil affirmat præter futuritionem. Sic igitur eam probbo. Deus affirmans consensum futurum esse, nihil affirmat præter constitutiuum ad æquatum huius, quod est consensum futurum esse. Sed consensum futurum esse habet prout continuitudo ad æquato futuritionem formalem, prout futuratio a de quate constitutiuia futuri in esse futuri, ut est evidens. Ergo Deus affirmans consensum futurum esse, nihil affirmat præter futuritionem, prout futuratio est huiusmo ratio ad æquata. Probo maiorem, ad quam reuocatur difficultas. Deus ut præcisè affirmans consensum futurum esse, solum affirmat consensum in esse futuri: siquidem solum affirmat hoc, quod est consensum futurum esse. Sed constitutiuum ad æquatum futuri in esse futuri; seu huius, quod est consensum futurum esse est consensus in esse futuri: quando quidem constitutiuum ad æquatum rei est ad æquatè ipsa res in esse talis. Ergo Deus, ut præcisè affirmans consensum futurum esse, nihil affirmat præter constitutiuum ad æquatum huius, quod est consensum futurum esse, siue consensum in esse futuri. Confirmatur. Effectus formalis rationis formalis ad æquata non distinguitur à ratione formalis ad æquata, sed futuratio formalis ad æquata est ratio formalis ad æquata habens pro effectu formalis futurum in esse futuri. Ergo futuratio formalis ad æquata est ad æquatè consensum esse futurum. Ergo, & constitutiuum ad æquatum futuri in esse futuri.

56 Restat modo probare secundam partem illius antecedentis propositi num. 37. videlicet, nihil absolute existens constitutive futurum in esse futuri per modum forma simul cum alio se habente ut subiectum: sunt enim qui assertant hunc conceptum consensum esse futurum dicere futuritionem, & consensum: consensum quidem, ut quod denominatur futurum a futuritione; futuritionem vero ut quo formaliter consensus denominatur futurus. Hoc explicant ad easdem exemplis huius conceptus *consensus cognitus in esse cognitum*: qui quidem conceptus duo dicit, nempe, & *consensum*, & id quod est cognitum, & cognitionem, ut id, quo consensus cognitus constituitur. Pariter ergo philosophantur in nostro casu.

57 Sed contra. Si per hunc conceptum *consensus futurus* dicitur *consensus*, ut quod ultra futuritionem extrinsecum est quo-

Ergo in hoc conceptu ultra futuritionem extrinsecam dicitur consensus secundum esse reale intrinsecum, & in se ipso. Sed non dicitur præcisè, ut possibilis. Ergo ut futurus. Si ergo dicitur in se, & intrinsecè. Ergo intrinsecè, & in se est futurus. Prima consequentia probatur. Consensus in esse futuri non dicit ultra futuritionem extrinsecam ipsum consensum, ut futurum extrinsecè. Ergo ut habens esse in se ipso intrinsecè Probo antecedens. Consensus ut futurus extrinsecè, involuit ipsam futuritionem extrinsecam. Sed consensus in esse futuri, non dicit ultra futuritionem extrinsecam ipsum consensum, ut involuentem futuritionem extrinsecam: si quidem quod est ultra aliud, non involuit illud aliud. Ergo consensus in esse futuri extrinsecè, ultra futuritionem extrinsecam non dicit consensum, ut extrinsecè futurum.

58. Dices consensum esse futurum, ultra futuritionem dicere consensum, non in actu exercito; sed in actu signato: hoc est, dicere consensum in ratione terminantis futuritionem, sicuti esse cognitionum consensum: ultra cognitionem non dicit ipsum consensum in actu exercito, & in ipse ipso; sed in actu signato: hoc est in esse obiecti prædictæ cognitionis.

59. Sed contra. Consensus, ut præcisè in actu signato, non est ipse consensus realiter acceptus; sed acceptus in suo signo: hoc est actus signans consensum, qua propter futurum esse consensum dicere ultra futuritionem ipsum consensum, ut in actu signato nihil aliud est quam dicere ipsam futuritionem, ut signantem consensum. Ex quo deducitur quod, sicut imago Cæsaris una res cum sit omnino singularis, simul est, & entitatine pictura, & representatione Cæsar. Ita ut à parte rei esse entitatine unum, & representatione aliud, entitatiue, & à parte rei non distinguantur, ita similiiter futuritionem entitatine acceptam, & consensum in actu signato sumptum, idem realiter, & entitatine sunt. Vnde deducitur quod enim dicimus futurum esse consensum dicere in actu exercito futuritionem, & in actu signato conseruari, solum dicimus futurum esse consensum, dicere formaliter, & entitatine futuritionem quandam actualem signantem consensum, modo quo consensum esse cognitionem dicere cognitionem entitatine acceptam, & consensum in actu signato sumptum, nihil aliud est quam consensum esse cognitionem dicere entitatine cognitionem, quandam representantem consensum.

60. Hinc resumit vires præcedens argumentum. Nā Deus cognoscens futurum esse consensum solum cognoscit, & affirmat, id quod

quod dicit in suo conceptu hoc quod est futurum esse consensum. Deinde futurum esse consensum solum dicit futuritionem entitatem acceptam, & coenitiam in actu signato, si ergo, ut iam ostendimus, consensus in actu signato futuritionis, nihil aliud est, quam futuratio actualis signans consensum, infertur de primo ad ultimum Deum affirmantem consensum esse futurum, nihil aliud affirmare, quam futuritionem signantem consensum consequenterque attingi co-sensum solum in obliquo, quin de illo affirmetur, vel negetur aliquid à Deo. Hoc ergo est Deum nihil praeter se ipsum attingere coniunctiue, vel iudicatiue.

SECT. V.

Prosequitur idem intentum.

57 Robatur tertio nostra conclusio. Vel hic actus Diuinus, quem vocas futuritionem, v. g. decretum de existentia crastina Anti-Christi, connectitur intrinsecè, & realiter cum existentia crastina Anti-Christi, vel non. Neutrum potest dici. Ergo tale decretum, nō est futuritio. Probo minorem. In primis nequit dici quod non connectitur: quia si non connectatur, non erit infallibilis determinatio ad existentiam crastinam realem, & in actu exercito, & consequenter, neque erit vera, & infallibilis futuritio. Deinde neque potest dici prædictum decretum connecti realiter cum existentia crastina consensus entitatium accepta, & in actu exercito. Quod sic probo.

58 Hoc decretum non connectitur cum consensu entitatium accepto, ut defacto existenti, ut est certum. Non cum consensu, ut futuro, entitatium accepto. Ergo nulla ratione. Secundā partem antecedentis probo. Si connecteretur cum consensu, ut futuro, entitatiū, & intrinsecè, accepto, & in actu exercito: consensus intrinsecè esset futuras. Ergo daretur futuritio intrinseca: quod non concedunt aduersarij, si ergo non admittunt consensum esse intrinsecè, & in se futurum, neganda similiter est conexio decreti cum consensu, ut cras realiter, & entitatium extituro.

59 Probatur quarto nostra sententia. Præteritio non consistit in aliquo decreto. Ergo neque futuritio in decreto consistit. Probo consequentiam. Ex eo rem esse futuram consistit in aliquo de praesenti; quia res de praesenti et futura, nullatenus exidente

re, quæ futura denominatur. Sed etiam, non existente re præterita v. g. Adamo, modo de præsentis est præteritus. Ergo eque a ratio-militat pro præteritione absolute existente, ac pro futuritione existente absolute de præsenti. Si ergo hæc ratio non sufficit, ut detur de præsenti præteritio, nec sufficiens erit ad convincendam de præsenti futuritionem.

60 Thomistæ, concessio antecedenti, negant consequentiam, quia (ait Vines) disp. 18. n. 48. præteritio rei est sola denominatio extrinseca ab existentia eius rei, quæ fuit. Secus vero futuritio, quæ non ab existentia postea, sed à determinatione præsenti ad ipsum, desunum debet.

61 Verum hæc solutio manifestè petit principium. Nā de hoc ipso inquirimus rationem. Cur videlicet, cum modi res non existat, dicatur modo præterita, & non formaliter ab aliquo de præsenti, & tamen, quia nunc dicitur res futura, dum non existit, opus est quod ab aliquo de præsenti habeat formaliter esse futuram? Dū ergo respondetur hoc ex eo esse, quia præteritio est pura denominatio extrinseca; secus vero futuritio, redditur conclusio pro ratione, quod formalissime est petere principium.

62 Illustrissimus Godoy disp. 33. §. 10-n. 134. hanc reddit rationē discriminis; nā carentia existentia rei contingentis, quæ aliquid quando fuit, nō est indifferens ad esse, & non esse præteritā, sed determinatē connotat existentiam, quæ fuit, & intrinsecè illa supponit: ideoque potest se ipsa fundare veritatē propositionis de præterito, & rei aliquā præteritā constituere, iagrediente constitutio-nē in resto carentia existentia, & existentia, quæ fuit, in oblique, & de connotato. Carentia autē existentia existens tempore futuritionis, est indifferens ad esse, & non esse futuri, cū conueniat in statu puræ possibilitatis. Vnde non cōnotat ab intrinseco existentia postea habēdā, nec cū illa cōnstitutio ac proinde nō potest se solā, nec simul cū existentia postea ingrediēte in obliquo, fundare veritatē determinatā propositionis de futuro, ne o futurū cōstituere.

63 Displacet omnino hæc solutio. Supponit enim principium quoddam penitus falsum: minirum quod, licet carentia existentia rei cōtingentis futuræ sit indifferens ad esse, & nō esse futuri; carentia tamen existentia rei cōtingentis præteritæ, nō est indif-ferens; sed supponit intrinsecè ipsam id, ut existentia tempore ante-cedente. Hæc inquā doctrina falsissima est. Nam, cum res, quæ existit in instanti A, definit esse instanti B, carentia, quæ succedit exis-tentia, præcisè habet excludere rem ab instanti B, non tamen ha-

bet intrinsecè rem extitisse. Explicatur hoc. Quem admodum licet Deus in sententia Thomistarum decernat decreto positiuo consensum futurum in instanti B. carentia tamen consensus existēs in instanti A. nullam habet connexionem ex se cum eo quod res extituta sit in instanti B. quia carentia nullum aliud habet esse, quam excludere formam ab instanti, in quo carentia existit, nec ex se habet dependere ab illo decreto; ita similiter, licet existerit consensus in instanti A, dum deficit in instanti B. succedit carentia, cui per accidens est præcessisse, vel non præcessisse consensum in instanti A. Etenim carentia nullum aliud habet esse, quam præcessisse excludere formam, cuius est carentia. Cum igitur excludere consensum formaliter ab instanti B. non dicat præcessisse, vel non præcessisse in instanti A, hinc sit defectum rei, quæ extitit in instanti A, non dicere connexionem cum eo, quod consensus extiterit, vel non extiterit.

64 Confirmatur. Eadem est carentia consensus in instanti B. siue extiterit, siue non extiterit consensus in instanti A. Sed, dum non extitit consensus in instanti A, carentia consensus in instanti B. non habet connexionem cum eo quod extiterit consensus in instanti A. Ergo neque eam connexionem habet, dum extiterit consensus in instanti A. siquidem data eadem carentia, nequit esse diuersa connexione intrinseca. Maior, in qua consistit probatio, suadetur. Carentia non diversificatur, nisi ab extremo excluso, & si velis à dux ratione, à qua extrellum excludit. Sed, siue extiterit, siue non extiterit consensus in instanti A, idem consensus excluditur ab eodem instanti B, dum res non existit in instanti B. Ergo carentia est eadem omnino.

65 Respondet idem Author num. 143. negando maiorem: videlicet esse eandem carentiam in uno, ac in altero casu: & reddit rationem: quia res ex se contingens, quæ nunquam extitit, habet naturalem indifferentiam, ut sit, quæ propter carentia rei, quæ nunquam extitit, est naturaliter destruibile. At vero res, quæ iam extitit, & destruta est, cum non possit naturaliter reproduci, neque naturaliter iam potest existere: quæ propter eius defectus non est naturaliter destruibile. Ergo per diuersum defectum, deficit res in uno, ac in altero casu. Siquidem in uno deficit per defectum naturaliter destruibilem; in alio vero per defectum, qui naturaliter destrui non potest.

66 Hæc solutio est insufficiens. Non enim res v.g. consensus, antequam existiat, deficit per carentiam entitatem naturaliter de-

destruibilem v.g. per carentiam A. & postquam extitit per carentiam aliam distinctam entitatem naturaliter indestructibilem v.g. per carentiam B. hac enim distinctio carentiarum respectu eiusdem termini commentitia est. Sed ideo consensus, postquam extitit, est naturaliter iterum improductibilis, quia causa applicata non exigunt producere terminum iam destructum, qua propter impotentia naturalis, ut iterum producatur, provenit a defectu exigentie in causis: qui defectus exigentia consistit in ipsis causis, quae ex se habent non exigere existentiam termini pro casu, quo iam fuerit destrutus. Ex quo fit indestructibilitatem huius carentiae non provenire ab ipsa carentia entitatibus accepta: nam haec eadem carentia fuit antequam res existet: tunc autem erat destrabilis, secus postea; sed quia tunc non erat casus, pro quo non exigunt causas eius destructionem. Postea vero adest iam casus, pro quo causa eius destructionem minimam petunt.

67 Magis igitur consequenter respondent aliqui ex nostris RR. negando præteritionem non consistere in aliquo possibilius de præsenti absolute existente: asserunt enim consistere in scientia Diuina de eo quod res extiterit. Verum, licet haec responso consequens sit ad sua principia; falsam continet doctrinam, & contra comunem hominum apprehensionem. Nam domum esse antiquam solum dicit eius constructionem, ut correspondentem temporis præterito, & tempus praesens multum distare a tempore, quo primum fuit fabricata. Deinde qui dicunt peccatum habituale consistere in peccato actuali, ut præterito non condonato, non dicunt peccatum habituale in esse habitualis consistere formaliter in scientia Diuina de eius commissione transacta; sed dicunt consistere in carentia condonationis, ut existente de praesenti, & in ipsa actione peccati, ut respondenti tempore præterito. Similiter me esse modo religiosum professum, non consistit formaliter in aliqua scientia Diuina; sed in ipsa vera professione, quam emisi, ut coexistente temporis præterito, & in carentia relaxationis votorum. Et sic in pluribus alijs denominationibus, quæ vel non consistunt formaliter in aliquo absolute existenti de praesenti, vel communis mortalium omnium.

fallitur turpiter apparet
henfie.

(1)

SECT. VI.

Aliæ probationes contra nostros R.R.

68 **A**lias probationis huius conclusionis subiungam: quæ pecuniariter vim habent iuxta Societatis principia; ideo eas non aliarum scholarum, sed Societatis Doctoribus consigno. Probatur igitur sexto nostra conclusio. Si hic conceptus: *Si Petrus vocetur auxilio A. consentiet constitui debet aliquo existente,* cessat tota probatio scientiaz conditionata, à ratione petita. Ergo talis conceptus non deber constitui per aliquid absolute existens. Antecedens probo. Probatio scientiaz conditionata consistit in eo, quod posito auxilio, evidens sit, quod erit, vel non erit consensus, quia quodlibet pro qualibet differentia temporis, & sub quavis conditione, vel cù, vel non cù, in quo fundatur unā ex duplice propositione cōtradictoria debere esse veram, & alteram falsam: at, si futuritic constitui debeat per aliquid existens, non est adeò certum hoc principium: ergo futuritic conditionata nō debet constitui per aliquid existens. Major constat ex fere omnibus nostris Doctoribus, qui haec ratione ad conuincendam scientiam de futuri contingentibus, & conditionatis utuntur. Minor probatur. *Si futuritic consistat in aliquo existente absolute,* ideo consensus erit, quia modo existit aliquid connexum cum eo quod cōsensus existat postea. Si autem consensus non erit, ideo non erit quia modo existit aliquid connexum cum eo quod consensus, non sit postea.

69 Tunc sic: esse modo aliquid connexum cum eo quod cōsensus sit postea, & esse modo aliquid connexum cum eo, quod consensus non sit postea, non opponuntur contradictiones: cum secundum non neget præcise, quod affirmat primum; sed affirmat potius alterum distinctum. Neque lumine naturæ constat debere esse modo, vel connexum cum eo quod consensus existat, vel connexum cum eo quod consensus non existat postea, ut ex terminis patet: Ergo non suppetit ratio ad probandam scientiam futurorum.

70 Ut igitur rem clare perspicias; singe tibi me negare propositiones de futuro esse determinate veras, aut determinate falsas:

fas: quia censio ad veritatem propositionum de futuro requiri alii quid existens coanexum, & in iuper censio predictum existens connexum, non dari. Si mihi hoc errore laboranti obijcas, quod consensus cras erit, vel non erit, facile respondebo. Primo quod consensus cras, neque determinatè erit, neque determinatè non erit, quia hodie nullus est connexum cum eo, quod Petrus existat cras, neque cum eo, quod non existat cras, licet permittam, aut cōceda nesci modo aliquid connexum vague cum eo, quod detur ex sententia crastina; vel eius parentia.

71 Simihi insites quodlibet in qualibet differentia temporis esse, vel non esse. Similiter respondebo falsam esse propositionem loquendo determinatè de futuro; licet vera sit loquendo de obiecto praesenti, quia licet de praesenti qualibet entitas, vel sit, vel non sit (quia vel existit res, vel eius parentia) & licet de facto detur aliquid existens connexum vague cum consensu, & eius parentia pro die crastino; non tamen existit absolute aliquid determinatè connexum cum existentia crastina, neque aliquid determinatè connexum cum parentia existentiae.

72 Si vero insistas in eo quod ex duplice propositione eō tradictoria altera debet esse vera, & altera falsa, facile respondebo, vel iuxta hanc sententiam non dari propositiones contradictorias, nisi de praesenti absolute: siquidem de praeterito, & de futuro propositiones non dantur, quarum una praeclipe neget quod affirmat altera, siquidem saltu implicite, viterius affirmatur aliquid connexum cum parentia rei: vel respondebo ex duplice propositione contradictoria absolute de praesenti, alteram necessario esse veram, alteram necessario esse falsam, non tamen id verum esse in propositionibus, quae non sunt absolute de praesenti, propter rationem sapientiae traditam, nempe quia non eo ipso quod fallitum sit dari modo aliquid connexum cum existentia postea futura, debet esse verum dari de praesenti aliquid connexum cum defectu existentiae pro die crastino.

73 Secundo, & forsitan clarius vim nostri argumenti declarando, concedo, ut concedi debet, enidense esse quodlibet pro qualibet differentia temporis esse, vel non esse, consequenterque consensus, vel exiturus esse determinatè cras, vel non exiturus determinatè cras. Hinc tamen arguo contra aduersarios in hunc modum. Iuxta aduersarios, ut consensus exiturus sit cras, & ut verum sit, quod exiturus est cras consensus, praeter existentiam consensus, ut coexistentem diei crastino, requiritur hodie

aliquid connexum cum existentia consensus, ut correspondenti dici crastino. Ergo, ut probetur consensum esse futurum cras, & propositionem id affirmante in esse veram, non sufficit probare ex illo evidenti principio: quodlibet in qualibet differentia, &c. quod consensus erit determinatè, vel determinatè non erit cras: quia ex hoc non infertur, quod apud aduersarios est futuritio, & veritas, nempe aliquid de praesenti connexum.

74 Vt hoc clarius appareat: urgeo superius argumentum. Velut Petrus sit determinate extiturus cras, vel determinatè non extiturus cras, sufficit id, quod est euidens lumine naturæ: nempe quod cras, vel determinatè existet, vel determinatè non existet, vel non sufficit. Si sufficit. Ergo esse determinatè futurum cras non involvit aliquid determinatè existens, quod est contra tuam sententiam. Si non sufficit. Ergo ex eo quod determinatè cras consensus existet, vel determinatè non existet, non ostendis, quod consensus est determinatè futurus cras, vel determinatè non futurus. Sed vñteris debes ostendere esse aliquid de praesenti connexum determinatè cum eo quod existat cras, vel connexum determinatè cum eo quod non existat.

75 Probatur octavo nostra conclusio argumento: quod quidem Authoribus Societatis non exigui momenti debet esse. Omnes rationes, omniaque argumenta, quibus R.R. vtuntur ad probandum, tum futuritionem, tum omnem veritatem debere esse aliquid revera actualiter, & absolute existens, accipiuntur ab Authoribus negantibus scientiam medium nullo Diuino decreto, absolute ex parte actus innixam, quibus argumentis vñanimi consensu grauiores Societatis Authores solutionem tradidere negantes ad veritatem actuum de futuro requiri aliquid de praesenti, si verificatiuum, aut determinatiuum absolute existens admittent, decretum aliquod absolutum ex parte actus, & antecedens concedere cogentur: numquam enim illis possibile visum fuit. Scientiam contingentem se ipsa determinari, aut se ipsa omnino formaliter primariam veritatem habere.

76 Verum enim vero ingenue fateor quod, si semel concedatur ad veritatem propositionum de futuro aliquid existens recipi, magis philosophycè sentiunt (præcindendo à libertatis capite) qui in decreto aliquo, quam qui in ipsa scientia veritatem constituant. Ne igitur, & nostri aduersarijs vires augeamus, & fundimenta nostra doctrina circa scientiam medium infirmemus, & ne tot nostrum Doctorum Authoritati, & doctrina detrahantur,

inus, si xum nobis sit propositiones de futuro, siue absolute, siue conditionato, non formaliter veras reddi debete per aliquid absolute existens.

77 Ultima, & potissima huius conclusionis probatio contra aliquos nostros R.R. desumitur ex doctrina, cui tota Societas innititur Schola, videlicet scientiam Dei de futuris, tam absolute, quam conditionatis esse consequentem ipsa futura: ita, ut consensus, non ex eo sit futurus, quia videtur a Deo; sed potius Deus videat consensum esse futurum, quia revera futurus est. Ex quo principio duo deducuntur a fere omnibus Societatis Authoribus modo de Scientia Dei tractantibus.

78 Primum est: scientiam Divinam habere suum obiectum pro determinatiuo: ita, ut determinatiuum Scientiarum absolutarum de consensu libero, sit ipse consensus liber, prout distinctus a Scientia absoluta: & similiter determinatiuum Scientiarum Media sit consensus conditionatus, siue conditionate praevisus, etiam prout distinctus a Scientia Media illum conditionate attingatur.

79 Secundum est: scientiam Divinam de nostris actibus liberis a nobis esse impedibilem antecedenter. Tum: quia, si impeditibilis non esset, esset necessitas ineuitabilis a nobis: ob indeque libertatis iura penitus euerteret. Tum quia, cum ea scientia fundetur in nostra libera operatione, eadem potestate, qua possumus nostrum consensum impeditre, perinde scientiam in eo fundatam impedire valebimus. Quo sit nostram libertatem sartam, testam omnino manere.

80 Haec positiones, quibus tota de auxiliis Jesuitica doctrina firma consistit, penitus nullfallor, riuunt, semper negata futuritione intrinseca rebus, siue absolute, siue conditionate futuris. Et quia prima positio, videlicet scientiam Divinam de futuris esse consequentem ipsa futura a tota Societatis Schola indubitate tradicunt: ab eaque duæ sequentes propositiones legitimè deduci videntur; modo ostendere contendam, semper negata futuritione intrinseca consensu. g. minime consistere posse scientiam Divinam consequentem esse, prout opus est ad Societatis doctrinam propugnandam. Sic igitur fraudetur.

81 Authores negantes futuritionem intrinsecam consensi Petri, non aliam illi futuritionem tribuant, nisi, quia in ipsa Scientia Divina consistat. Ergo Deus realiter, & a parte rei, non videt consensum, nisi quia ipsum videt, non autem quia consensus erit, prout erit vere, & realiter distinguitur a scientia. Et re con-

sequentia legitima est; quia Deus videt consensum esse futurum, quia consensus futurus est. Cum autem *consensum esse futurum*, apud hos Autores, volum sit ipsa scientia, qua est futuritio, ita, ut, licet *esse consensum futurum* dicat ipsum consensum *ut quod*, non tamen illum dicat in actu exercito, sed solum in actu signatio: quod nihil aliud est, quam esse cognitum: hinc deducitur, quod, si Deus ideo cognoscit consensum futurum, quia est futurus extrinsecus in ipsa scientia: ideo Deus cognoscet, quia consensus est cognitus: quia consensum esse futurum extrinsecè in scientia, & consensum esse cognitum per scientiam, idem omnino sunt, tam secundum quod dicitur *ut quo*, quam secundum quod dicitur *ut quod*. Ergo de primo ad ultimam ideo Deus cognoscit obiectum, quia obiectum cognoscitur à Deo, sive ideo Deus cognoscit, quia datur in Deo scientia eiusmodi consensus. Pergo vterius.

82. Ergo scientia Divina non fundatur in ipso consensu entitatiue, & exercite sumpto. Ergo consensus entitatiue, & exercite sumptus, nulla vera ratione praecedit ad scientiam. Ergo necessitas, qua consistit in scientia, non est necessitas consequens meum consensum, ut vere, & realiter, & entitatiue, est mihi liber, neque subiectus libertati. Probo hanc consequentiam. Consensus solum subiectus mea libertatis dominio, prout à parte rei existens entitatiue, & exercite acceptus. Sed scientia Divina de consensu futuro non consequitur meum consensum, ut entitatiue, & exercite sumptum, neque, ut existentem; sed solum, ut signatum in cognitione Divina. Ergo scientia Divina de consensu futuro non consequitur consensum futurum, ut vere, & realiter mihi liberum, realiterque, & vere mea libertatis dominio subiectum.

83. Hinc deducitur vere, & à parte rei scientiam Divinam non habere pro determinatio*n* *consensum entitatiue acceptum*, neque exerceitum; sed solum ut signatum in cognitione Divina. Ex quo tandem legitime inferitur me impediendo meum consensum realē, non posse impedire scientiam Divinam de consensu, ut futuro. Hoc probatur. Dum voluntas dissentiendo realiter, & entitatiue, impedit consensum realiter entitatiue, & in actu exercito sumptum, nihil impedit, respectu cuius sit consequens scientia consensus. Sed scientia Divina solum potest impedi*r* à creatura, que tenus impediatur à creatura; id, respectu cuius scientia Divina est consequens. Ergo creatura dissentiendo realiter, non impedit sciē-

cia Diuinam de consensu. Consequentia est legitima, & maior continet propositionem, quam ostendimus necessario inferri ex aduersariorum doctrina. Minor igitur facile etiam ostenditur. Nam creatura non impedit scientiam Diuinam per exercitium, vel posterius omnino, vel impertinenter se habens ad scientiam Diuinam. Deinde neque exercitium creatum liberum est comitans scientiam Diuinam, ullum ve diuinum actum, ut late ostendimus tractatu de Prædicto tota quæst. 9. Ergo creatura solum potest impedire scientiam Diuinam impediendo exercitium, respectu cuius sit consequens Diuina scientia. Plura de hoc ipso dicemus, duæ de determinatio scientie Mediæ sermo instituantur.

SECT. VII.

Propositiones de futuro contingente habent veritatem determinatam præscindendo ab omni de præsenti absolute existente distinto ab obiecto affirmato.

34 Docent aduersarij propositionem de futuro v. g. *Consensus existet*, & similes, affirmare de futuro consensum, quin opus sit quod predicta propositione affirmet de præsenti futuritionem: hæc enim futuritio præsens non affirmatur per hanc propositionem *consensus erit*: que propositione, iuxta ipsos, est de futuro; sed per hanc *consensus est futurus*, quam iudicant esse propositionem affirmantem de præsenti futuritionem. Viterius addunt hanc propositionem *consensus erit* non constitui veram per obiectum affirmatum de futuro, nempe per *consensum*, sed per aliquid de præsenti, quod est determinatio de præsenti ut *consensus sit postea*. & ideo Thomistæ afferunt veritatem huius propositionis de futuro consistere in decreto absolute existente: aliqui vero ex nostris R.R. tenent hanc veritatem non in decreto; sed in ipsa scientia Diuina consistere debere.

35 Nos vero, cōmuni Societatis doctrine insistendo, diciimus hanc propositionem *consensus erit* nullo alio constitui veram, quam in suo obiecto affirmato. Quam obrem, etiā si idemus per hanc propositionem *consensus erit* duo affirmari, & futuritionem de præsenti, & cōsentum de futuro, adhuc dicendum censemus prædictam.

propositionem quatenus affirmantem consensum de futuro non constitui veram per aliquid de praesenti: sed per ipsum consensum, ut respondentem tempori futuro: quia vniuersaliter iudicamus quamlibet propositionem constitui veram formaliter per obiectum affirmatum; minime vero per aliquid aliud. Hoc ergo intendimus in hac sectione. Probatur ergo nostra conclusio.

86. Nequiesce verificatium propositionis, quod non involuitur in propositionis veritate, sed in veritate propositionis non involuitur aliquid distinctum ab eius obiecto: ergo nil distinctum ab obiecto propositionis est verificatium illius. Probatur minor, in qua potest esse difficultas. Id solum formaliter involuitur in veritate propositionis, quod affirmo, quando affirmo propositionem esse veram; sed quando affirmo propositionem esse veram nihil affirmo distinctum ab eius obiecto. Ergo nihil distinctum ab eius obiecto involuitur in veritate propositionis. Consequens tia est bona, & maior evidens. Minor probatur.

87. Affirmare propositionem esse veram, est affirmare obiectum illius, eodem modo, eademque ratione, ac affirmatur tale obiectum per propositionem, quae dicitur vera. Sed per propositionem, quae dicitur vera, non affirmatur, nisi eius obiectum, ut evidens est. Ergo per propositionem reflexam dicentem hanc propositionem directam esse veram, nil affirmatur distinctum ab obiecto propositionis, quae dicitur vera.

88. Probo iam maiorem, quae soia difficultis est. Affirmare propositionem esse veram, est affirmare dari obiectum eo sensu, & ea ratione, ac affirmatur per propositionem directam, quae dicitur esse vera, ut constat ex definitione veritatis. Sed affirmare per propositionem A, v.g. dari obiectum propositionis B, ea ratione, eoque sensu, ac affirmat propositione B; est affirmare idem eodem modo, ac affirmat propositione B. Ergo affirmare dari obiectum, ea ratione, eoque sensu, ac affirmatur per propositionem directam, est affirmare idem, & eodem modo, ac affirmat propositione directa, quae dicitur vera.

89. Respondent aduersarij, quod affirmare propositionem A esse veram, non est affirmare dari obiectum ea ratione, ac affirmatur per propositionem A tenente se ly ea ratione ex parte illius termini affirmare. Sed ex parte illius termini obiectum, id est, eoque affirmare propositionem conditionatam esse veram non est, se affirmare obiectum propositionis conditionatae. Sed affirmare quod obiectum affirmatum conditionate ea ratione, qua affirma-

tur conditionatè, datur de præsenti absolute. Cumque nil ille
tificatum cum consensu futuro conditionate detur de præsenti,
ideo nihil identificatum cum consensu potest esse veritas condi-
tionalis.

90 Præterea addunt duplicitè posse accipi, quod res af-
firmata existat modo, sicut affirmatur. Primo intrinsecè: et si au-
tem intrinsecè, si ipsa res affirmata in se ipsa, & per se ipsam forma-
liter existeret modo, & hac ratione evidens est non requiri ad ve-
ritatem propositionum de futuro, quod res affirmata, eo modo
quo est affirmata, existat de præsenti, & absolute: quia, ut res sit
futura, non requiritur, quod sic præsens. Aliter potest concipi,
quod res affirmata eo modo, quo est affirmata, sit modo de præ-
senti: nempe extrinsecè, quatenus modo detur aliquid absolute,
& de præsenti inferens esse taliter, quod res erit, sicuti affirma-
tur: & hoc modo afferunt quidquid futurum est, ea ratione, qua fu-
turum est, esse modo absolute de præsenti, nempe extrinsecè.

91 Ceterum esse propriè, & absque metaphora proposi-
tionem modo veram, non requirit, iuxta hos Authores, quod res
affirmata, eo modo, quo est affirmata, sit modo absolute, & de præ-
senti intrinsecè, sed quod, vel sit intrinsecè, & hac secunda ratione
omnes veræ propositiones circa obiecta, que non affirmant absolu-
tè de præsenti, veritatem fortinuntur.

92 Sed contra, & in primis: cum ex ipsis aduersarijs con-
flet, quod quodlibet obiectum affirmatum per propositionem ve-
ram de futuro, in se ipso formaliter, & intrinsecè existat, si ly exis-
tat accipiatur eadem ratione, eodemque sensu, quo accipitur in
propositione de futuro: planè fit, quod, si sufficiat ad veritatem
propositionum de futuro existere rem, sicuti affirmatur: iuxta hanc
explicationem, quodlibet obiectum affirmatum per propo-
sitionem de futuro, erit eius verificarium. Paret hæc consequentia;
quia qualibet res verè affirmata per propositionem de futuro se
ipsa existit. Si accipiatur hæc affirmatio existit in eodem sensu,
quo accipitur affirmatio constituens propositionem de futuro. Si
ergo existere hoc modo sufficit ad verificandam propositionem
de futuro, se ipsa erit eius verificarium.

93 Ex quo infertur potissimum huius questionis difficul-
tatem devoluti ad explicationem conceptus veritatis, sive quo sen-
su debeat intelligi, quod, ut proposition sit vera, debeat obiectum
existere, sicuti affirmatur per propositionem: hoc est: Vtrum il-
la reduplicatio sciat debeat se tenere omnino ex parte obiecti,

ita, ut defacto debeat dari absolute existere obiectum, sicuti ex parte obiecti representatur, vel debeat se tenere ex parte modi affirmandi existere obiectum; ita ut ad veritatem propositionis A. V. g. solum requiratur quod existat obiectum affirmatum accepto ly existat, sicuti accipitur in ipsa propositione, qua dicitur esse vera. Hoc ergo supposito probo hac secunda ratione debere intellegi definitionem veritatis.

94 Ut clarius procedamus loquamur v. g. de hac breui propositione: *Anti-Christus existet*, & idem, proportione servata, dictum puta de propositionibus de futuro conditionato. Sic igitur argumentor. Affirmare hanc propositionem esse veram, idem est, ac dicere, *ita est*, sed hic actus *ita est*, iterum affirmat de futuro Anti-Christum, quin aliquam futuritionem praesentem enuntiet. Ergo affirmare esse veram illam propositionem de futuro, non est affirmare de praesenti aliquam futuritionem Anti-Christi, sed affirmare iterum de futuro Anti-Christum. Major est certa. Minor probatur. Qui audita hac propositione *Anti-Christus existit*, dicit: *non est ita*, formaliter negat, quod affirmat propositionem, quia audit: etenim dicere: *non est* quod dicit est formaliter negare, quod alter dicit. Ergo qui dicit *ita est*, formaliter affirmaat, quod affirmat propositionem auditam. Ergo iterum repetit propositionem de futuro.

95 Confirmatur. Nemo est, cui rationis lumen affulgeat, qui possit simul directe affirmare *Anti-Christus existit*, & postea reflexe negare hoc ita esse, sicut affirmat. Ergo haec negatio, *non ita est*, sicut dico, non negat aliquid de praesenti non affirmatum per primam propositionem, sed negat de futuro, quod propositione directa de futuro affirmabat. Probatur. Eatenus non potest intellectus habere illos duos actus, quatenus unus alteri contradicit; sed, si secundus actus negat, quod prima affirmauit, eodem modo, quo primus affirmauit, contradicit illi, secus vero, si solum negat existere aliquid de praesenti connexum, cum eo, quod primus affirmauit. Ergo incopossibilitas secundi a Quis cum primo oritur ex eo quod secundus negat formaliter obiectum primi ex ratione, quia primus affirmauit. Major est certa, quia, nisi secundus actus ex suo modo tendendi appareat contradictorium alterius, siue alteri oppositus, non esset car intellectus ex sola affirmatione unius, cogeretur, ne alterum haberet. Minor autem etiam videtur certa. Quia actus affirmans de futuro Petrum, & actus negans existere de praesenti aliquid inferens quod Petrus existet etas, non apparent illico ex modo tendendi oppositi, secus autem actus

actus affirmatiuus, & negatiuus eiusdem obiecti pro eodem tempore: Ergo hic actus Anti-Christus existet, & actus ille, non est ita sicut dico se habent respectu Anti-Christi, ut affirmatio, & negatio eiusdem de eodem, & codem modo: quandoquidem ex modo tendendi euidenter apparent oppositi.

96 Confirmatur hic discursus ex actu enuntiante de praeterito. Propositio affirmans aliquam propositionem de praeterito esse veram, non affirmat esse aliquid de praesenti, quod sit praeteritio. Sed iterum affirmat de praeterito obiectum affirmatum, per propositionem, quam reflexe affirmat esse veram. Ergo idem dicendum est de enuntiatione de futuro. Consequentia tenet a patitate. Antecedens probatur. Qui, audita hac propositione Petrus extitit, dicit ita est, sicut tu dicas (vidit enim, qui ita respoderet Petru seru existente, & postea obijisse) non affirmat aliquid de praesenti. Ergo, &c. Prob. ant. Qui ita respoderet, eo precise ita responderet quod heri Petrum videt morientem, quin memor sit alicuius de praesenti, ut connexi essentialiter cum eo quod Petrus extiterit: immo, quamvis neget esse de praesenti aliquid essentialiter connexum cum eo quod Petrus eras extiterit, affirmat obiectum affirmatum esse, sicuti affirmatur. Deindeque, si vterius interrogetur, unde scit i.e. esse, sicuti alter affirmat, respodebit se ad istam, sive quem oculis Petrum spirantem aspexisse, quin unquam ad aliquid praesens essentialia litter connexum cum eo, quod Petrus extiterit, recurrat. Cur ergo contra id ipsum, quod experimur, ad credendas affirmationes de praesenti cogemur?

97 Confirmatur, & declaratur iterum in propositionibus de futuro. Supponimus me proferre hodie haec propositionem; Petrus currat cras. Si Petrus currat cras, dicetur mihi verum pronuntiasse. Si autem non currat, enuntiasse falso, quin aliquis meminerit, an modo detur, vel non detur, aliquid connexum cum eo quod Petrus currat, vel non currat cras. Ergo ex eo est, quia lumine naturae constat me proferre verum, dum dico Petrus currat cras. Si Petrus currat crastino die: ad quam veritatem solum est necessarium, quod Petrus currat duratione significata: non autem quod nunc detulit aliquid connexum cum eo quod Petrus currat tempore futuro.

98 Viterius confirmatur. Supponamus aliquem v.g. Ioannem, ignorare Deum habere ab eterno decretum de obiectis futuris: itaque ignorare esse in Deo cognitionem ab eterno de ipsis futuris. immo predictum hominem iudicare omnia Deum in tempore solom, quo existunt, & discernere, & cognoscere. Tunc sic. Adhuc data hac

cognitione falsa, si ego proferrem Petrus curret cras, & accedente crastino die, Petrus currat, dicet Ioannes me verum protulisse, & quod dixi, esse ita, sicut dixi. Ergo esse veram propositionem de futuro apprehenditur a Ioanne, quin aliquid modo connexum cum futuro cursu Petri apprehendatur, ex eo solum, quod videt in duratione affirmata existere cursum. Hoc igitur, quod sufficit in apprehensione Ioannis ad veritatem propositionis de futuro, est quod reuera sufficit, cum sit id, quod ipsa natura duce apprehenditur, ut sufficiens ad veritatem.

99. Argumentor secundo. Connecti cum eo, quod existantur sicuti affirmatur per propositionem de futuro, non est connecti cum aliquo de praesenti, quod sit modo esse futurum cras, sed connecti tali modo cum re futura. Ergo affirmare rem existere sicuti affirmatur per propositionem de futuro, non est affirmare de praesenti aliquid, quod sit rem esse futuram; sed affirmare peculiariter modo rem futuram: quandoquidem ad idem terminatur haec affirmatio, ac illa connexio. Ergo, qui affirmat propositionem esse veram, non affirmat aliquid de praesenti distinctum ab obiecto; sed affirmat obiectum actus veri illo peculiari modo, quo illud affirmat actus, qui dicitur verus.

100. Argumentor tertio ad hominem contra aduersarios. Haec affirmatio: *Propositio de futuro est vera*, ideo apud eos significat veritatem de futuro existentem de praesenti, quia verbum est ex se significat de praesenti, & cum absolute, & sine restrictione dicatur quod propositio est vera, videtur veritatem defacto, & absolute existentem significare. Sed haec ratio, etiam apud aduersarios, non tenet: ergo etiam respectu ipsorum inefficax est. Probominorem. Etiam apud ipsos, & iuxta suam doctrinam, verbum est in explicatione veritatis propositionum de futuro non sumitur propriè; sed per alienationem. Ergo ratio, qua utuntur, etiam apud ipsos inefficax est. Probatur antecedens. Etiam apud ipsos, ideo propositio est vera, quia obiectum representatum, est, sicut representatur. Sed in haec propositione: *Obiectum propositionis de futuro est sicut representatur* ly est accipitur impropriè, & per alienationem: Ergo etiam iuxta suam doctrinam, verbum est in explicatione veritatis propositionis de futuro non sumitur propriè, sed per alienationem. Probatur minor: verbum est si sumatur propriè, & absque alienatione, & absque particula limitante, non significat unum esse alterum extrinsecè, & illatinè, sed verè, & formaliter. Quando enim dicimus: *Petrus est homo*, *Petrus est albus*

non.

non significatur Perrum esse extrinsecè illatiū hominem, aut esse album, sed vere, & formaliter esse hominem; nec album. At obiectum propositionis de futuro, iuxta aduersarios, solum extrinsecè & illatiū, est de praesenti, sicuti representatur, siquidem solum est obiectum res futura, & non futuritio, & res futura solū ex vi futuritionis datur extrinsecè illatiū, quatenus datur aliquid conexum de futuro cum ea. Ergo in hac propositione. Obiectum propositionis de futuro est sicuti representatur ly est accipitur impropriè, & per alienationem.

101 Vtimo probatur hæc sententia argumento, quo Suarez, & alij, ex nostris antiquioribus vñi sunt: quodquidem aliqui non magnificiunt, forsan, quia eius vim, & efficaciam non fatis penetrarunt. Sic igitur cum primis nostris doctrinæ assertoribus argumentor.

102 Præscindendo à quolibet modo existenti connexo cù existentia crastina Petri, vel connexo determinatè cum eius carentia, est determinate vera aliqua ex his propositionibus. Petrus cōsentiet. Petrus non consentiet. Ergo veritas propositionum de futuro non sumitur necessario ab aliquo de praesenti connexo cum existentia crastina Petri. Consequentia est bona. Antecedens probo. Præscindendo à quilibet modo connexo determinatè cum existentia crastina Petri, vel connexo determinatè cum non existentia crastina, est vera hæc propositio disiunctiva, vel Petrus existet cras, vel Petrus non existet cras. Sed esse veram hanc propositionem disiunctivam inuoluit esse veram aliquam determinatè acceptam. Ergo præscindendo à quilibet modo connexo determinatè cum Petro, vel eius carentia pro die crastino, est determinatè vera aliqua ex illis propositionibus. Consequentia est bona, & maior certa apud aduersarios, & de qua disputandum non est: nam vis argumenti procedit ex suppositione, quod propositio disiunctiva inter extrema contradictionia sit vera, præscindendo à quilibet de praesenti connexo determinatè cum aliquo ex extremis contradictionis. Minor autem ex regulis dialecticis constat; nam, ut propositio disiunctiva sit vera, debet fieri descensus per propositiones: ita ut aliqua sit vera determinatè: nam, ut verum sit, vel Petrum currere, vel Ioannem ambulare, necesse est, quod vel determinatè Petrus currat, vel determinatè Petrus ambulet. Sicuti, ut sit vera hæc propositio disiunctiva. Aliquis homo currit, debet posse fieri descensus per propositiones hac ratione, vel hic homo currit, vel bic homo currit, perueniendo ad aliquem determina-

minatum, qui currat: alioquin erit falsa propositione disiunctiuā, prout distinguitur à disiuncta, cuius descensus solum sit per terminos, & non propositiones, ut patet in hic. *Equus requiritur ad equitandum. Ergo vel hic equus, vel hic equus, & in ceteris simili modo, requiritur ad equitandum.*

103 Respondens i. cum Thomistis hanc propositionem *Petrus existet, vel non existet, nō esse propositionem disiunctiuā;* sed disiunctam quia ly vel non accipitur determinatē, sed confusē: sicut *equus* in hac propositione: *equus requiritur ad equitandum:* qua propter ad veritatem illius, non requiritur quod, vel Petrus existat: etas determinatē acceptus, vel carentia eius determinatē sumpta.

104 Hec solutio falso nititur fundamento: nā in hac propositione: *Petrus existet etas, vel non existet etas.* Ly vel non accipitur confusē, sed determinatē: quod sic probo. Primo ex ipsa natura rerum: nam licet in predicatis, quæ ex sua natura respiciunt alia, possit dari disiunctio, & vagitas, ut ita dicam, & ideo possit dari necessitas aliqua vaga huius; vel illius extremi, ut puta decretrum disiunctiuū Dei de Petro, vel I. aulo, vel ipsa libertas, quæ est necessitas vaga extremi, veleius carentia: attamen in praedicto absoluto existendi, secluso respectu ad alia extrema distincta, nullā datur disiunctio; sed omnimoda determinatio: ex eoque repugnat existentia vaga; nulla enim res vagè existit; sed vel determinatē existit, vel determinatē non existit. Ex quo colligitur nunquā posse affirmari verè aliquod extreum existere per acceptiō nem omnino vagam, & confusam. Sed debere affirmari per acceptiō nem determinatam conscienter propositionem disiunctiuā, prout à disiuncta distinguitur.

105 Secundo: quia descensus propositionis confusæ debet fieri, vel per terminos simplices, vel complexos, nunquam tamē potest fieri per puras propositiones: id: oque *equus requiritur ad equitandum* continet sensum confusum & non determinatū, quia descensus non potest fieri hac ratione, vel hic equus requiritur ad equitandum, vel hic equus requiritur ad equitandum &c. Sed hac, vel hic equus, vel hic equus &c. requiritur ad equitandum. In nostro vero casu disiunctio non est inter terminos duū taxata; sed inter propositiones, nimirum *Petrus existet etas*, vel *Petrus non existet etas.* Ergo particula, vel non disiungit terminos; sed propositiones. Non ergo praedicta propositione habebit sensum disiunctum; sed disiunctiuū.

106 Respondebis secundo, cum alijs: quos cum laudibus memorat Gonetus de scientia disp. 4. art. 4. §. 6. n. 131. negando prædictas propositiones esse antecedenter ad decretum contradictorias: quia priori ad decretum Deus nihil de futuritione, aut non futuritione concipit. Ex quo colligit Gonetus; iuxta datam solutionem, neutrā ex his propositionibus debere ante decretū habere veram rationem enuntiationis.

107 Verum hæc solutio, vel negat quod omnes, etiam Thomistæ, pleno ore fatentur. Vel prorsus insufficiens est. Nam omnes fatentur propositionem hanc disiunctiūam. *Vel Petrus existet, vel non existet* eras esse modo veram præscindendo à decreto: sicuti hæc propositio, *quodlibet est, vel non est*: cuius veritas à nullo contingente, ut de facto exercito, desumitur. At hæc propositiones disiunctiæ eatenus sunt necessario vera, quatenus affirmant disiunctiū esse, & non esse. Ergo quatenus affirmant disiunctiū duo contradictoria. Ergo propositiones, ex quibus hæc cōposita coalescit, tales sunt, ut una affirmet contradictorium alterius, quod altera enuntiat.

108 Deinde propositionem esse, vel non esse veram, esse vel non esse contradictem alteri independenter à decreto, ut verificante, de quo est sermo, non consistit in eo quod propositio cōcipiatur mentaliter ante, vel post aliquod decretum, sed quod eius verificatiūm possit intelligi præcisius à decreto. Si ergo verificatiūm huius propositionis disiunctiæ: *Petrus existet, vel non existet* intelligitur sufficienter præcisius à decreto, cum ex alio capite in veritate disiunctiū involvatur veritas determinata: sicut inde quod propositio de futuro, sit vera præcisius à decreto, ut verificante: quod unice intendimus, licet non sit independenter à decreto, ut prærequisito aliter, quam verificatiū ad concipiendam propositionem.

109 Respondebis 3. cum ipso Goneto: vnam ex propositionibus iam commemoratis debere esse determinatē veram; alteram determinatē falsam pro omnī instanti reali; non tamē pro omnipriori natura: quia, licet necessarium sit antecedenter ad omne contingens, quod aliqua sit vera, & altera falsa; nō tamē quod vna sit vera, & altera falsa antecedenter ad omne contingens.

110 Sed cōtra. Præcisius ab omni decreto, ut exercito, nō solū datur necessitas de veritate huius principij. *Quodlibet est, vel non est* verū etiā veritas: ita ut præcisius à decreto, ut exercito, admittatur vera prædicta propositio. Et etiā, eidē principio impetrando, ad

mittitur vera præcisus à decreto hæc propositio. Petrus existet, vel non existet. Ergo præcisus à decreto intelligitur veritas quælibet inclusa in veritate prædictæ propositionis disiunctiæ. At qui, ut supra ostendimus, in veritatè huius propositionis disiunctiæ inclusa includitur quod aliqua ex propositionibus eam componentibus sit determinatè vera. Ergo non solum in omni instanti reali, verum etiam in signo præscindentè à decreto, ut exercito de præsenti (in quo quidem signo est vera propositio illa composita) erit vera aliqua ex illis propositionibus determinatè accepta.

111 Quattro respondebis cum eodem Goneto ibidem num. 133. nec non cum Ribadeneira, & alijs, ad veritatem propositionis disiunctiæ, etiam in vi disiunctiæ, vt distinctæ à disiuncta, non requiri quod aliqua ex cathegorieis, quas includit, sit determinatè vera pro signo, pro quo disiunctiæ vera est; quia ad veritatem in disiunctiæ prout distinctæ à disiuncta sufficit necessitas veritatis determinatæ alicuius, pro aliquo signo, & incompossibilitas falsitatis utriusque determinatè acceptæ, in quo à disiuncta distinguuntur; quæ patitur secum falsitatem utriusque extremi determinati: siquidem componitar equum requiri ad equitandum cum eo quod nullus determinatè requiratur. Cum igitur, ita verum sit Petrus extitum, vel non extitum esse cras, vt ante quolibet contingens existens, sit necessitas de eo quod aliqua ex his propositionibus sit determinatè vera in omni instanti reali pro aliquo signo, & pugnet cum eo quod veraque sit falsa: hinc sit propositionem disiunctiæ esse veram, adhuc in vi disiunctiæ, præscindendo à quolibet conexo determinatè cum aliquo ex extremis, & quod nihilominus nulla ex propositionibus disiunctiæ componentibus sit determinatè vera pro signo præscindenti à quolibet absolutè existente determinatè conexo cum aliquo ex extremis.

112 Sed contra: nam veritas propositionis disiunctiæ, prout à disiuncta distinguitur, fundatur in veritate determinata alicuius ex propositionibys: nam esse verum aliquem hominem currere, fundatur in aliquo, qui determinatè currat. Ergo similiter in nostro casu.

113 Confirmatur. Vnum è duobus non distinguitur ad quæ ab illis duobus: alioquin non erit vnum è duobus. Ergo extitum esse determinatè vnum è duobus, non distinguitur ad quætè ab extitum esse utrumque. Ergo extitum esse vel Petrum, vel carentiam Petri, non distinguitur ad quætè ab extituros esse

Petrum, & eius defectum. Tunc sic. Quod non distinguitur à duobus adæquate, neceſt utrumque adæquate, est aliquid eorum determinatè acceptum. Sed extitum esse Petrum, vel eius defectum, non est exiſtere utrumque, neque distinguitur adæquate ab extitum esse utrumque. Ergo est aliquid eorum extitum esse determinatè acceptum. Ergo pro signo, pro quo datur extitum esse Petrum, vel eius defectum, datur extitum esse aliquod ex illis determinatè acceptum. Sed præcisius à quolibet connexo determinatè, ut abolute exiſtente, datur extitum esse Petrum, vel eius defectum. Ergo cum eadem præcisione datur extitum aliquod ex his extremitatibus determinatè acceptum.

114. Confirmatur viterius. Pro signo talis præcisionis est vera haec propositio iuxta aduersarios, vel Petrus exiſtet determinatè acceptus, vel eius defectus exiſtet determinatè acceptus. Ergo pro signo præcisionis à quolibet de praesenti connexo, datur, vel extitum esse Petrum determinatè acceptum, vel extitum esse eius defectum determinatè acceptum, tunc sic. Ea ipsa ratione, qua est unum è duobus, non potest deficere utriusque. Sed extitum esse Petrum determinatè acceptum vel extitum esse eius defectum determinatè acceptum datur pro signo præcisionis ab omni de praesenti conexo. Ergo non deficit ab eo signo extitum esse Petrum determinatè acceptum, & extitum esse eius defectum determinatè acceptum. Ergo vel datur pro eo signo Petrum extitum esse, vel datur pro eo signo extitum esse eius defectum. Ergo pro eo præcisionis signo, vel est verum, quod Petrus exiſtet, vel est verum, quod Petrus non exiſtet.

115. Confirmatur 3. ea ratione, qua dabitur aliquid, verū est quod dabitur, quia ea ratione, qua aliquid datur, siue hoc, siue illo modo, verum est dari, siue hoc, siue illo modo; sed vel Petrus exiſtet determinatè acceptus, vel Petrus determinatè acceptus non exiſtet. Ergo, vel verum est, quod Petrus determinatè acceptus exiſtet, vel verum est, quod Petrus determinatè acceptus non exiſtet. Minor est certa, in sententia Aduersariorum, quia esse veram propositionem disiunctiuam in vi disiunctiua, est, vel dari unum determinatè, vel dari alterum extrellum determinatè, sed haec propositio disiunctiuam Petrus exiſtet, vel non exiſtet est vera in vi disiunctiua. Ergo vel Petrus exiſtet determinatè acceptus, qui quidem est unum ex extremitatibus, vel carentia eius determinatè accepti exiſtet, que est alterum extrellum. Ergo vel verum est determinatè Petrum extitum, vel verū determinatè Petrum non exiſtit.

exticatum, & hoc est verum in eodem signo, in quo est vera propo-
sitio disiunctiva in vi disiunctiva.

116 Nec hoc, stando regulis dialecticis, negari posse, mihi
videtur; quia esse veram propositionem disiunctivam est esse verū
aliquid extrellum, ex quibus componitur, determinatē accep-
tum, & in hoc consistit esse veram propositionem disiunctivam.
Ergo pro signo, pro quo est vera propositio disiunctiva, datur
aliquid ex extremis determinatē acceptum. Ergo & est verum
dari determinatē acceptum, & hęc veritas datur in ipso sig-
no.

SECT. VIII.

Tiaduntur alij quæ regulæ dialectice ad dissoluenda plura ad-
uersariorum sophismata.

117 **C**um hęc argumenta ex sinistra terminatum acceptio-
nē profecta sint, non absē erit regulas dialecticas circa
terminorum usurpationem exactē ex ponere, ut quidquid per illa-
rum abusum peccatum est, per ipsatum intelligentiam, & rectum
usum correptionem sile piat. Nec leuitatis insimulari debemus,
quod à Theologie fastigio ad summulatum ima descendamus; nō
enim iustis armis adorti tentant nos aduersarij superare, sed tri-
cīs, & sophisticis retibus implicare, & irretire contendunt. Cate-
rūm cum fere omnia argumenta, quæ modo subjiciemus, verbo est
subnitantur, quasi in his propositionibus, *propositio est vera, veri-
tas datur: consensus est futurus*, & alijs similibus, aliquid significet
de præsenti: opere præium duxi, qua ratione aliter, & aliter,
iuxta regulas dialecticas, alienetur, ex ponere, deindeque multi-
plici sophismati solutionem adhibere.

118 Noto primo verbum est aliquando sumi per statum,
ali quando vero per alienationem. Tunc sumitur per statum, quan-
do accipitur in sua propria, & stricta significatione, hoc est, quan-
do præcedem accipitur, ac existit absolute de præsenti, & in hac
propositione *Petrus est albus*, in qua propositione verbum est
accipitur in sensu formaliter determinato, absoluto, positivo, &
de præsenti. Idem enī est *Petrus est albus*, ac *Petrus existit*,
habens formaliter absolute, & de præsenti albedinem. Tunc ve-
ro accipitur per alienationem, quando accipitur: non stricte,

& rigorose, sed improprie, & latè, ratione alicuius particula illud extrahentis à propria ad impropriam significationem: vel quia nō significat formaliter; sed illatiuè, aut similitudinaliter, ut homo pietus est homo existere unionem est existere extrema, vel quia non significat possitne, sed negatiuè, vt in hac enuntiatione: Petrus est mortuus: vel quia non significat absolutè, vt in hac Anti-Christus est conditionatè, vel quia non accipitur de praesenti, vt in his propositionibus. Adamus est prateritus. Anti-Christus est futurus, vel quia non accipitur omnino determinatè, sed disiunctiuè, vt in hac propositione Anti-Christus, & eius carentia existunt iunctio-
ly existunt vagè: hoc est sumpto pro eodem, ac vel existit Anti-
Christus, vel eius carentia.

119 Hac alienatio verbi est, potest esse adæquata, & inadæquata. Erit adæquata, quando le habet respectu unici termini, vel se habet respectu duplicitis, & respectu vniusque alienatur. Ut in his propositionibus Anti-Christus est futurus, Adā & Noe sunt prateriti, quæ equivalentis his: Anti-Christus erit existens. Adam, & Noefuerunt existentes. Tunc erit alienatio inadæqua-
ta, quando verbū est respicit duos terminos, & respectu vnius acci-
pitur per statum; respectu vero alterius per alienationem v. g. au-
dit quis hanc propositionem Philippus 4. regnauit, & Carolus 2.
regnat, & dicit: ita est: tunc ly est respicit duos terminos; nō pe Phi-
lippum, & Carolum, & respectu Philippi accipitur per alienatio-
nem; respectu vero Caroli per statū: idē enim est audita illa propo-
sitione prima, dicere hoc ita est, ac dicere vero Philippus regnauit,
& vero Carolus regnat. Ecce ly est accipitur de præsenti respectu
Caroli, & de futuro respectu Philippi.

120 Alienatio verbi iterum est duplex, alia simplex, alia
composita. Alienatio simplex est, qua vno duntaxat modo ver-
bum alienatur v. g. Adamus est prateritus: in qua verbū est trans-
fertur à significatione de praesenti ad significationem de præteri-
to, quin aliter à propria ad impropriā significationē extrahatur.
Alienatio composita est, qua multiplici modo verbū transfertur
ad impropriā significationē: vt in hac enuntiatione Anti-Christus
est moriturus in qua ly est, scilicet significat negatiuè, & de futuro;
quapropter à significatione positiva, & de praesenti transfertur ad
negatiuam, & de futuro.

121 Noto secundo: Alienationem verbi non anferre
omnem significationem propriam verbi est; sed tantum illam
quam verbum est habet secundum se; non tamen quam habet
prout:

prout coniunctum cum alia particula illud ad aliud sensum transferre rente: propriissime enim verbum est, licet secundum se significet de praesenti, attamen, ut coniunctum cum hac particula futurum non de praesenti; sed de futuro significat. Ita tamen trans fert ad significationem de futuro, ut significatio de futuro non afficiat verbum est, ut alienatum, sed verbum est secundum se v.g. *Anti-Christus est futurus*, in qua propositione ly est accipitur de futuro, non futuro (supra ipsum futurum hoc enim esset iterum alienare ipsam alienationem) sed accipitur in sensu de futuro cadente supra significationem, quam habet verbum est secundum se. Ita ut haec propositio. *Anti-Christus est futurus*, non sonet, quod Anti-Christus erit futurus: sed quod Anti-Christus erit exiliens, & praesens, ut patet manifeste in alijs exemplis: *risus enim metaphoricus* improprius est risus; sed non improprius; sed propriissimus est risus metaphoricus: ly enim metaphoricus excludit proprietatem, quam habet nomen *risus* secundum se; non tamen, quam habet, ut colunum cum hoc termino *metaphoricus*. Præterea *Petrus mortuus* improprius est, sed non improprius est *mortuus*; sed propriissimum: quia terminus *mortuus* tenet se ex parte prædicati tollit significationem, quam habet verbum est secundum se, non vero, quam habet, ut coniunctum cum particula alienante v.g. cum particula *mortuus*.

122 Noto tertio particulam alienantem verbum se debere tenere, vel formaliter, vel equivalenter ex parte verbi, hoc est, non sufficere quod se teneat ex parte subiecti, particula enim, quæ solum efficit subiectum, relinquit verbum, & prædicatum, in sua quæ natura significatione v.g. in hac propositione *Petrus est mortuus* ly est sumitur negatiæ. At vero in hac propositione *Petrus mortuus est* permanet verbum affirmatum, ideo prima propositio est vera, & secunda falsa.

123 Dixi particulam alienantem se debere tenere ex parte verbi, vel formaliter, vel equivalenter: quia aliquando particula alienans quoad apparentiam se tenet ex parte prædicati, aut ex parte subiecti; ita reuera, & quoad sensum, se teneret ex parte verbi. V.g. in his propositionibus *Anti-Christus est existens conditionate* Petrum esse possibilem datur. In quarum prima ly conditionata non appellat supra *existens*, quasi *Anti-Christus sit aliquid existens* conditionata, sed est conditionata aliquid existens ab solute; Ita similiter secunda propositio, ut communiter profertur, non affirmat, quod aliquid, quod sit Petrum esse possibilem, detur absolu-

absolute, & de præsenti, sed solum quod perus detur possibiliter, seu quod, si detur non involvet duo contradictionia.

^{124. i.} Ex hac doctrina inferatur quod cū hi termini modi; lēs possibile:impossibile, &c. positi ex parte prædicati alienari verbum, quod afficiunt: si sit alia alienatio ex parte subiecti, iam verbum non habebit alienationem simplicem, sed compositam. Deinde, cum non bene arguatur ab una propositione ad aliam, si mutetur alienatio à simplici in compositam; hinc sit male argui à propositione continere alienationem ratione tantum prædicati, ad aliam propositionem, cuius verbum alienatur ratione prædicati, & ratione subiecti, licet habeant idem omnino obiectum. V.g. hoc est ineficax argumentum: existere Petrum est contingens, esse possibilem Petrum, non est contingens: Ergo existere Petrum, non est Petrum esse possibilem; quia verbum est in maiori alienatur ratione prædicati: cū ly existere ex parte subiecti non alienetur. At vero in minori alienatur tā ex parte prædicati, quam ex parte subiecti. Quare poterit responderi concessis premisis, negando consequentiam, vel maioris claritatis gratia distinguendo minorem. Esse possibilem Petrum non est contingens: alienato verbo diuerso modo, ac in maioris: concedo, eodem modo: nego minorem, & consequentiam. Ex his præsuppositis facilis erit responsio ad plura, quæ contra nos opponuntur; quæ omnia vnicum, diuerso autem modo propositum, conficiunt argumentum.

SECT. IX.

*Ex prædictis dialecticis notationibus plutium sophismatum
solutio deducitur.*

¹²⁵ **O**B. 1. Consensus est futurus. Ergo modo de præsenti conuenit consensi esse futurum. Ergo aliquid datur de præsenti, & de facto, per quod consensus sit futurus. Distin-
guo antecedens: consensus est futurus accepto ly est per statum, & omnino propriè: nege: per alienationem, & improprie: conce-
do antecedens. Et distinguo consequens eodem modo. Ergo modo de præsenti conuenit consensus de futurum; accepto ver-
bo per statum nego: per alienationem concedo: & nego: cun-
dam consequentiam: quia cum accipi verbum per alienationem,

non sit accipi de præsenti absolute; ideo ut consensus sit futurus nihil requiritur absolute existens. Sensus igitur illius propositiōnis, ut loquentis de futuro absoluto, est consensus erit. Ut loquentis vero de consensu conditionato. Consensus erit, si adhibetur talis conditio.

126. Instabist ergo consensus non est absolute, & propriè futurus: sed conditionatè. Probata consequentia. Eo modo consensus est futurus, quo accipitur verbum in hac propositione. *Consensus est futurus.* Sed per nos accipitur conditionatè, & impropriè. Ergo tantum conditionatè, & impropriè consensus est futurus.

127. Resp. distinguendo primum consequens. Ergo consensus non est propriè, & absolute futurus: prout est propriè significat absque termino aliquo alienante, concedo: prout est propriè, & absolute significat, et coniunctum cum aliqua particula alienante sensum, què est propriè habet secundum se, nego consequentiam. Ad probationem: concessa maiore, distinguo minorem. In hac propositione consensus est futurus verbum accipitur impropriè, & conditimatè, prout conditionatè, & impropriè significant cum alia particula alienante, nego: prout significant, sine alia particula alienante, concedo minorem, & nego consequentiam. Itaque in hac propositione: *consensus est futurus* ly est significat impropriè, impropriate opposita proprietati, qua gaudet verbum est secundum se, non vero proprietati, quam habet verbum est coniunctum cum particula futurum.

128. Ob. 2. Hec propositiō consensus est futurus, est modo vera. Ergo dantur constitutiua huius denominationis. *Propositiō vera.* Sed unum ex constitutiis est veritas obiectiva. Ergo modo absolute, & de præsenti datur veritas obiectiva.

129. Distinguo antecedens. Hac propositiō *consensus est futurus* est modo vera, accepto ly est vera adquatè per statum, sine adquatè absolute de præsenti, nego: accepto ly est vera, per alienationem in adquatam: hoc est per alienationem respectu ad veritatem obiectivam actus, qui dicitur esse verus: concedo antecedens: & distinguo consequens. Ergo modo dantur constitutiua huius denominationis *propositio vera* accepto ly dantur ea ratione, qua significantur prædicta constitutiua per hunc terminum *propositio vera*, concedo: aliter, nego consequentiam.

130. Ob. 3. Hec propositiō est vera, *consensum esse conditionatum futurum* datur. Ergo hoc quod est consensum esse conditionatum futurum

futurū, datur modo. Distinguo antecedens : accepto ly datur per alienationem, concedo : per statum, nego antecedens, & nego consequentiam in sensu intento ab argente. Ad hanc tamen illud antecedens, consensum esse conditionat futurū datur, & posse intellegi alienato verbo, qua ratione communiter accipitur: & etiam posse intelligi pro libito argente stante verbo; significanteque in sensu omnino absoluē, & de praesenti, ita ut sensus sit: consensum esse conditionat futurū absolutē, & de praesenti existit: quo sensu negandum est primum antecedens propter rationem nostrę conclusionis.

131 Ob. 4. Consensum esse futurū conditionat datur ab ēterno. At consensum existere absolute, & de praesenti non datur ab ēterno. Ergo existere conditionat, & existere absolute realiter distinguuntur. Respondeo consensum esse conditionat futurū, ceterus esse ab ēterno, quatenus si daretur ab ēterno actus tendens conditionat in consensum, esset verus. Quia propositio duo affirmat. Primum, quod, si in tempore talis poneretur condicio, existet consensus. Secundum, quod, si existaret actus id affirmans, ad ipsum affirmaret: qua propter praedicta propositio est conditionata respectu utriusque extremitatis ut respectu affirmationis sit necessaria, & affirmet respectum ad ēternitatem; respectu vero obiecti sit respectum ad tempus, & sit de conditione contingente, seu contingentē coniungibili cum conditionato.

132 Hinc deducitur consensum esse conditionat futurū esse ab ēterno verificatiū: non realiter existere, autem consensum ab solute non esse ab ēterno, aut realiter, aut verificatiū: non realiter, ut ex se patet: deinde, neque verificatiū: quia existere ab ēterno verificatiū, est quod, si ab ēterno detur propositio affirmans ab solute existere ab ēterno consensum, sit vera: talis autem propositio vera non est, quia consensus non est absolute ab ēterno, quod quidem affirmaretur ab ea propositione.

133 Sed instabis. Ergo esse realiter distinguitur ab esse verificatiū. Distinguor in adequate, concedo: adequate nego: quia esse ab ēterno verificatiū dicit aliquam veritatem conditionatam circa actum, quam non dicit esse realiter.

134 Ob. 5. Ea, que realiter separantur, realiter distinguuntur. Sed futuritio cōditionata, & absolute realiter separantur. Ergo realiter distinguuntur. Min. probatur, quia in cōmuni modo loquendi cōditionata futuritio datur, quin detur futuritio absolute.

135 Respōd. ex doctrina superius tradita: illas propositiones

posse admitti in aliquo vero sensu minime nostra sententia praesum-
dicante: possunt enim admitti alienato verbo: nam in hac pro-
positione *consensus conditionatus existit* significat condi-
tionate; non absolute: in alia vero: nempe *consensus absolutus existit*,
ly existit sumitur absolute: quia iuxta vulgarem modum lo-
quendi malcties quod se tenet ex parte verbis ponitur ex parte
subiecti, aut praedicari: & tamen quoad sensum se tenet ex par-
te verbis. Quando autem diuerso modo affirmatur, ac negatur, non
inde inferatur, subiectum affirmationis distingui a subiecto nega-
tionis: quia, licet una propositio affirmet, & altera neget idem ob-
iectum; non tamen eodem modo. Quo sit ut, neque sibi contradic-
cant, neque distinctionem subiectorum arguant, ut patet in his *Petrus existit, Petrus non existit*.

136 Si vero praedictae propositionis absque alienatione ver-
bi intelligantur, recte ex earum veritate distinctionem praedica-
torum inferre licebit. Ceterum, si absque alienatione intelligantur,
nunquam affirmativa, & negativa erunt simul vera: quia con-
sensus pure conditionatus reuera non datur sumpto datur absque
aliqua alienatione: siquidem consensus pure conditionatus non est
aliquid realiter defacto absolute existens.

137 Hoc argumentum aliter, parum mutatis terminis, sq-
uet proponi: videlicet existentia consensus non est indifferens ad
hoc, ut coniungatur cum carentia existentiae. Futuritio condi-
tionata est indifferens, ut coniungatur cum huiusmodi carentia.
Ergo existentia & futuritio distinguuntur. Distinguo maiorem.
Existentia consensus nequit coniungi cum carentia, accepto *coniungi*
absolute quoad consensum, & carentiam: concedo: accepto *coniungi*
conditionate, quoad consensum; & absolute quoad caren-
tiam; nego maiorem. Et distinguo minorem. Futuritio potest co-
niungi cum carentia existentiae: sumpto *coniungi* per alienationem;
sive *conditionatem*, respectu futuritionis, & absolute respectu caren-
tiae, concedo: sumpto absque alienatione, & omnino absolute etiam
respectu futuritionis, nego minorem. Et nego consequentiam. Ita
que, qui affirmat coniungi futurum esse consensum cum eo quod,
non existat, affirmat quod consensus erit, & negat quod defacto
sit. In quo nulla vera coniunctio consensus, & carentiae consensus
ex parte obiecti affirmatur.

138 Ob. 6. ex P. Ribadeneira. Sumptis his duabus pro-
positionibus. Conuertetur Petrus in tali instanti. Non conuer-
tetur Petrus in tali instanti, vel ei aliquid de praesenti im-
pe-

pediens veritatem affirmatiꝫ, vel non. Si nihil est impediens de præsenti veritatem affirmatiꝫ. Ergo de facto absolute, & de præsenti datur talis veritas: consequenterque veritas prima propositio n̄ erit aliquid de facto, & absolute existens. Si vero de præsenti datur aliquid impediens veritatem affirmatiꝫ, hoc nihil aliud potest esse, nisi quod detur de facto, & absolute. Non conuertetur Ergo, vel datur de facto futuritio conuersionis, vel datur de facto aliquid quod sit non conuertendum esse Petrum. Ergo, vel verum est Petrum non esse conuertendum, vel, si reuera Petrus sit conuertendus, datur de facto absolute, & de præsenti aliquid, quod sit Petrum conuertendum esse.

139 Hoc eodem argumento probat idem Author possibiliter, præteritionem, & futuritionem, esse quid absolutum: arguit enim hæc ratione, vel datur de præsenti extitulum esse consensum, vel non datur. Si datur de præsenti habeo intentum. Si non datur: Ergo de præsenti: Non extitulum esse consensum, cum per nihil aliud possit deficere à rerum natura extitulum esse, quam per non extitulum esse, quod est eius contradictorium, siquidem deficiente de præsenti aliquo, debet dari de præsenti eius contradictorium, cum ea ratione, qua deficit aliquid, eius contradictorium debeat dari. Ergo semper datur in rerum natura, vel ratio existens absolute constituens rem futuram, vel ratio existens absolute constituens rem non futuram.

140 Respondō duo extrema posse esse contradictionia per negationem præcisè de præsenti, vel per negationem aliam. Porro illud principium: deficiente de præsenti uno contradictorio, debet de præsenti dari alterum, solum est verum, si unum contradicit alteri per negationem absolute de præsenti; non autem si alia ratione contradicit. Ratio colligitur ex ante diuinis: quia ex eo quod deficit aliquid, solum infertur existere defectum illius ea ratione, qua deficit. Quando autem unum contradictorium non excludit alterum de præsenti; sed aliter v. g. de futuro: deficere unum, non prout de futuro; sed prout de præsenti, non infert esse alterum prout de futuro, sed prout de præsenti, ea videlicet ratione, qua alterum deficit.

141 Hinc fit ex eo quod futurum esse, non existat de præsenti, non inferti existere modo non esse futurum, ita, ut illa negatio neget de futuro; sed solum inferti dari de præsenti non futurum est, ita, ut negatio neget dari de præsenti aliquid, quod sit modo futurum esse postea. Quia propter ex eo, quod de præsenti non exi-

rat futurum esse postea, non infertur dari de præsentis negationem excludentem rem à postea, sed dari de præsenti negationem excludentem à tempore præsenti futuritionem, per quam, ut existentem modo redatur res exitura postea: negatio enim, quæ existit, consentanea debet esse modo, quo res deficit. Cum igitur quando non existit de præsenti aliquid, quod sit futurum esse, non deficit de futuro rem existere: hoc est non ex inde inferatur rem non esse postea exituram; sed solum quod non existat de præsenti aliquid, per quod modo absolute, & de præsenti reddatur res absolute futura: ideo non existit, non futurum esse, quod excludat de futuro rem existentia; sed quod duntaxat excludat à tempore præsenti aliquid per quod modo absolute, & propriè constitutus res exitura postea.

142. Ratio fundamentalis huius solutionis est: quia earemus non dari vnum contradictorium est dari alterum, quatenus si bi contradicunt. Quia propter negare vnum contradictorium, qua ratione alteri opponitur, est asserere alterum; non vero negare alia ratione, quia non formaliter contradicit. Ex quo fit quod, si duo opponantur contradictione de futuro, & vnum negetur de futuro, alterum debeat assiri de futuro; at vero si negetur de præsenti, non ideo debeat affirmari de præsenti, eius contradictionem, prout de futuro: quia non opponitur contradictione respectu ad tempus præsens, sed ad futurum: & idem est de alijs temporibus. Vnde deducitur quod, licet non sit de præsenti erit, non debeat esse de præsenti non erit per negationem de futuro: quia erit, & non erit non opponuntur respectu ad tempus præsens, sed ad futurum. At vero, si negetur erit per negationem de futuro, debet enuntiari non erit, non per negationem de præsenti, sed per negationem de futuro; & consequenter si negetur non erit per negationem de futuro, debet affirmari erit per affirmationem de futuro: quia sicut erit negatum, est non erit, ita non erit, est erit.

143. Hac ratione respondetur argumento, quod eidem nō citatur æquinoctio, in hunc modum. Ea ratione datyr futuratio consensus, qua deficit non futuratio consensus. Sed non futuratio consensus futuri deficit de præsenti, quandoquidem nihil datur de præsenti, quod sit non futuram esse consensum. Ergo datur de præsenti futuratio consensus. Maior probatur ex illo principio. Quia ratione deficit verum contradictionum, datur alterum.

144. Respondeo ergo distinguendo maiorem. Ea ratione

Quia deficit non futuritio, datur futuritorum absolute, & indiscernibilitatem, nego. Si deficiat ea ratione, qua futuritio, & non futuritio opponuntur contradictoriis: concedo maiorem. Deinde distinguo minorem. Sed de praesenti deficit *non futuritio*: & *futuritio*, & *non futuritio* sibi contradicunt respectu ad tempus praesens absolute, nego: & non ita sibi contradicunt, concedo minorem. Et nego consequentiam. Ad probationem maioris respondeo distinguendo. Ea ratione, quia deficit unum contradictionium, datur alterum: si deficiat ea ratione, qua contradicit, concedo: aliter, nego. Cum autem esse futurum, & non esse futurum solum opponantur contradictoriis de futuro: non ex eo quod unum deficiat absolute de praesenti, debet absolute, & de praesenti alterum existere.

145 Instabis primo. Nunc non existit absolute, & de praesenti falsitas huius propositionis: conuerteretur Iudas si haberet auxilium A, supponimus enim fore efficax, si Iudas confiteretur. Ergo nunc existit de praesenti veritas eiusmodi propositionis: quia qua ratione deficit falsitas, datur veritas. Instabis 2. Nunc defacto non existit de praesenti veritas huius propositionis absolute. *Anti-Christus existet*. Ergo nunc existit de praesenti carentia obiecti affirmati per talem propositionem. Ergo nunc de praesenti existit veritas huius propositionis. *Anti-Christus non existet*. Probatur consequentia. Existere de praesenti obiectum enuntiatum, est dari de praesenti veritatem enuntiatam. Sed existit de praesenti obiectum enuntiatum per propositionem negatiuam. Ergo existit eius veritas. Probatur minor. Obiectum enuntiatum per propositionem negatiuam abolutam, est carentia obiecti enuntiati per propositionem affirmatiuam contradictionem. Sed defacto existit carentia obiecti enuntiati per hanc propositionem *Anti-Christus existit*. Ergo defacto existit obiectum enuntiatum per hanc propositionem *Anti-Christus non existet*. Ergo defacto, & de praesenti existit veritas huius propositionis. *Anti-Christus non existet*.

146 Respondeo: concessio antecedente prima instantiae: negando consequentiam. Ad probationem subiunctam: nego vniuersaliter loquendo, quod ea ratione, qua deficit falsitas aliquius accus, ea ipsa ratione sit veritas: tum quia solum arguitur veritas ex defacta falsitatis simpliciter loquendo: numerum, si propositio absolute non sit falsa, erit vera. Autem ex eo quo dicitur falsitas de praesenti, debet de praesenti dari

veritas modo quo, licet Com. Iutinon detur Rex, non datur C63 pluti defectus Regis, sed datur defectus existendi Regem Com. plati. Pariter in nostro casu ex eo, quod non detur de praesenti veritas, non infertur dari de praesenti falsitatem; sed solum infertur falsum esse dari de praesenti veritatem: tunc quia veritas, & falsitas propositionis conditionatae non opponuntur contradictione, accepta absolute; sed tantum conditionatae, sub ea conditione, quae est hypothesis: qua propter solum infertur veritas, ut absolute existens ex defectu existentiae falsitatis data absolute hypothesis; non vera aliter.

147 Ad secundam instantiam: concessio antecedenti, nego consequentiam: quia, licet modo non existat Anti-Christus, & tempus futurum: non ideo existit modo carentia Anti-Christi secundum se, vel temporis futuri secundum se; sed solum existit modo carentia existendi modo Anti-Christum ut durantem postea. Ex quo infertur non existere modo hoc obiectum. *Anti-Christus non existet postea: quia hoc obiectum non est carentia existendi modo Anti-Christum, ut durantem postea; sed carentia absolute existendi postea Anti-Christum.*

148 Ob. 7. Omne secundum quid reducitur ad simpliciter aliquid existere. Sed futurum conditionatum existit secundum quid. Ergo consensum existere conditionate reducitur ad existere aliiquid simpliciter. Maior varie probatur.

149 Primo ab inductione rerum existentium secundum quid: nam purè possibile existere secundum quid reducitur ad existere simpliciter Deum, qui est rerum possiblitas. Existere secundum quid carentiam Petri, reducitur ad existere simpliciter aliiquid incompossibile cum non existentia Petri, nempe nolitionem Divinam de existentia Petri. Existere secundum quid salutem praetisse desideratam, est existere simpliciter desiderium salutis. Existere secundum quid hominem; cum praecesse est pictus, est existere simpliciter eius imaginem. Et sic de reliquis. Ergo omne existere secundum quid redditur ad aliiquid existere simpliciter.

150 Secundo probatur eadem major à ratione. Ratio constituta alicuius in esse existentis secundum quid debet existere simpliciter. Ergo secundum quid reducitur ad simpliciter. Antecedens probatur varie. Primo. Si tam deest ratio formalis constitutiva in esse existentis secundum quid, quam deest ratio formalis in esse existentis simpliciter, tam non existet res secundum quid, quam non existet simpliciter. nequit enim alia firma regula prescribi,

quare aliquid secundum quid, & non simpliciter existat. Secundo. Aliquod est fundamentum, in quo funderetur existere secundum quid, & non existere simpliciter. At nullum aliud potest esse fundamentum huius discriminis, nisi quod existat simpliciter ratio formalis constitutiva unius; non autem ratio formalis constitutiva alterius. Ergo. Tertio. Vel existere secundum quid est tam alienum à subiecto, quam existere simpliciter, vel non. Si sit: falso attribuitur. Si non sit tam alienum. Ergo esse secundum quid absolute, & simpliciter ei conuenit. Quarto. Relatè ad libertatem A. conditionalitas, seu esse consensum conditionatè, & secundum quid, non est quid pure possibile, ut est certum. Deinde non existit pure conditionatè. Ergo absolute. Probatur minor. Nam si ipsa conditionalitas præcisè existeret cum hac limitatione conditionatè protesto cum vere negetur conuersioni. Tuda existere, quia existere exercetur pure conditionatè; vere quoque negabitur existere conditionatè, quia ipsa conditionalitas existit pure conditionatè. Consequens est falsum. Ergo & antecedens.

151 Hoc argumentum non difficultè soluitur præmonendo dupli modo posse intelligi aliquid esse secundum quid. Primo ut ly secundum quid se teneat ex parte obiecti, quatenus affirmetur absolute aliquid, quod in se est quid absolute, verum, & reale, dicitur tamen aliud secundum quid propter aliquam similitudinem, aut proportionem, aut habitudinem, quam habet cuncto, quod dicitur esse secundum quid. Hac ratione imago Cæsaris est Cæsar secundum quid, & desiderium salutis, seu salutem esse desiderata, est salus secundum quid, id est, est aliquid, quod habet talenm habitum, dicentem ad salutem realem.

152 Alio modo dicitur aliquid esse secundum quid, non teneente se ly secundum quid ex parte obiecti, sed ex parte modi affirmandi: non quia affirmetur ex parte obiecti aliquid, quod sit esse secundum quid, sed quia ipsa entitas realis, qua dicitur esse secundum quid, non affirmatur simpliciter, prout affirmare simpliciter est in sensu absolute, & de praesenti; sed affirmatur secundum quid, prout affirmare secundum quid est affirmare in sensu conditionato, vel de praeterito, vel de futuro, vel alio, qui non sit absolute, & de praesenti. Igitur omne secundum quid se teneat ex parte obiecti affirmati, esto reuocetur ad existere aliquid simpliciter (quod etiam negabunt, qui admittunt entitatulas diminutas, ve carentias, & possibilitates quidditatibus) verum secundum quid, quod solum se tenet ex parte modi, non reducitur ad esse simpliciter aliquid: sed

sed est aliquis sumpto est per affirmationem secundum quid videbitur, vel conditionatam, vel de praeterito, vel de futuro, vel alio modo, qui non sit affirmare absolute, & de presenti: praecepta enim affirmatio non appellatur simpliciter, & absolute affirmatio.

153 In nostro ergo casu futurum conditionatum non est secundum quid sumpto secundum quid ex parte obiecti: quando, quidem nihil affirmatur distinctum ab esse vero, & reali consensus absoluti, quod ob aliquam habitudinem ad consensum realem dicatur consensus, seu existentia consensus secundum quid, sed est secundum quid sumpto secundum quid ex parte affirmationis: quia realitas consensus est, & datur, sumpto est, & datur, per alienationem.

154 Nunc ad argumentum in forma: distinguo maiorem syllogismi, qui habetur num. 148. omne secundum quid tenetens se ex parte obiecti reducitur ad simplicitatem, omittit: omne secundum quid tenente se ly secundum quid ex parte actus, reducitur ad simplicitatem, nego maiorem. Et deinde distinguo minorem. Sed consensus pure conditionatus existit secundum quid sumpto secundum quid ex parte obiecti, nego: sumpto ex parte actus: id est sumpto existit in sensu, qui huic voci existit conuenit impropositum, concedo minorem. Et nego consequentiam.

155 Ad primam probationem desumptam ab inductione, nego quod existere secundum quid ens pure possibile, & existere secundum quid carentiam, debeat revocari ad existere simplicitatem Deum, & nolitionem Diuinam: quia neque Deus est possibilitas formalis rei possibilis, neque Diuina nolitio formalis defensus rei non existens: possibilitas enim non distinguitur ab existentia conditionata accepta; neque carentia Petri ab ipso Petro negatione sumpto: & ideo iuxta de his, ac de futuro conditionate sentiendum est. Ad alia exempla salutis desiderata, hominis picti, & aliorum: concedo antecedens, & nego consequentiam: quia in his secundum quid, se tenet ex parte obiecti: secus in nostro casu. Et ratio discernimini clara est: quia quando ego affirmo salutem desiderari, affirmo desiderium: quando vero affirmo consensum esse conditionatum futurum, idem affirmo, ac quando ita enuntio consensus existet, si ponatur auxilium: idem enim sub diversis terminis affirmatur in utroque casu. At in casu propositionis conditionatae solum conditionatum affirmo consensum sub auxilio; non vero affirmo absolute aliquam conditionalitatem,

ter. Ergo & per aliam propositionem affirmantem consensum meum se-conditionatum futurum, nihil affirmo distinctum a consensu sub auxilio.

156. Ad secundam probationem à ratione petitam: nego antecedens. Ad huius antecedentis primam probationem distinguo antecedens: si tam de est ratio formalis constitutiva in esse existentis secundum quid, quam ratio formalis constitutiva in esse existentis simpliciter, quam non existet secundum quid, quam non existet simpliciter sumpto secundum quid ex parte obiecti, concedo: sumpto ex parte modi affirmandi, nego: quis licet ratio sit eadem, & deficit a eadem ratione; tamen res non existet absolute, & existet sumpro existet secundum quid, & conditionate: quod nihil aliud est, quam quod res, qua non existit absolute, existet absolute, si posiceretur certa conditio. Ad id quod additur de praesigenda certa regula, & quod praedicta regula alia esse non potest, quam præsumtum uniuersale principium, respondeo ad secundum quid obiectivum, posse utilem esse prædicam regulam. At vero ad secundum quid, quod se tenet ex parte modi affirmandi, Grammaticorum, & Dialecticorum regulas esse consulendas.

157. Ad superioris antecedentis secundam probationem respondeo ad esse secundum quid sumptum ex parte modi affirmandi debere esse fundamentum, ea ratione, qua affirmatur per affirmationem secundum quid, & conditionatam: ac per consequens fundamentum debere esse conditionare. Et ideo falsum est nullum aliquid posse esse fundamentum, modo, quo requiritur fundamentum ad esse secundum quid, modo explicato, præter existere simpliciter rationem formalem constitutivam unius, & non alterius.

158. Ad tertiam eiusdem antecedentis probationem: distinguo illam propositionem, vel existere secundum quid est tam alienum à subiecto, vel non est tam alienum à subiecto, quam est existere simpliciter in sensu ab soluto, & per affirmationem subiecta in utroque extremo, concendo esse tam alienum unum, quam aliud. At vero si sumatur, est à alieno respectu existendi secundum quid in sensu conditionato: & res excludi simpliciter absolute, prout debet accipi iuxta viam modū loquendi, nego esse tam alienum: quia ratio per quam existaret cōuenienter (qua est eadem ex parte obiecti cu reabilitate conversionis) realiter non cōuenire cōversioni, cōuenire etiam, si posiceretur cōditio: quodquidē est cōuenire; sumpto conuenire ita secundum

cundū quid, & cōditionatē. Ad primā partē minoris, nē p[er] si tā
z[am] ienum sit existere secundām quid, ac existere simpliciter, falso ei
tribui existere secundām quid. distinguo, falso ei tribuitur abso-
lutē, concedo conditionatē nego.

159 Ad quartām probationem respondeo ex sape dīctiss.
& inculcatis conditionalitatē, siue futuritionem conditionatā,
non esse purē possiblē; esse tamen conditionatē: quod sufficit,
vt consensus sit absolutē futurus per alienationem; securus per statū.
Ad paritatem de sumptam ab existentia respectu existentis abso-
lutē, respondeo disparem esse rationem: non ex parte obiecti, sed
ex parte modi affirmandi: quia in hac propositione existit abso-
lutē sumitur existit per statum: in alia vero videlicet consensus est ab-
solutē futurus conditionatē, ly est absolutē sumitur per alienatio-
nem.

160 Ob. 8. Consensus conditionatus, vele est, vel non est
præscindendo à nostro modo concipiendi. Si est. Ergo absolutē
est aliiquid, quāmis non existat absolutē. Si præscindendo à no-
stro modo concipiendi non est. Ergo verē & realitē non datur
conditionatē, neque constituit propositionem veram.

161 Hoc argumentum aliquando mihi oppositum fuit. Ce-
terum est inceptus arguendi modus. Est enim manifesta termino-
rum implicatio; siue, vt melius loquar, est interrogare aliquid, &
simul nihil interrogare, & velle confidere propositionem omni
pros[ec]tus sensu carentem modo, quo, si aliquis interrogaret: num ho-
mo est albus præscindendo ab eo, quod homo in tali propositione
accipiat, vel distributinē, vel copulatim, vel determinatē, vel
confusē, vel singulariter, vel alio modo contento in acceptio-
nibus terminorum? Si, in quam, ita aliquis interrogaret, nihil in-
terrogaret; sed vel nobis vellet illudere, vel propositus terminorum
significationem ignoraret: de quo enim homine id inquireret, cū
neque interrogaret de omni, nec de aliquo? Patet ergo interroga-
tionem illam esse propositus omni sensu, & ratione vacuam. Pariter
ergo querere quid sit consensus conditionatus præscindendo ab
acceptione verbi, eādem penitus continet inceptiam: caret enim
sensu, & ratione prædicta interrogatio: ideoque, vt po-
te implicantia in terminis, responda est: potius
que ridenda, quam respon-
denda.

(*)

SECT. X.

Argumenta Thomistarum proponantur, & dissoluuntur.

162 **O**nus bijciuntur i. D. August. & D. Anselm. qui varijs in locis insinuant veritatem esse æternam, & indefectibilem. Ex quo colligitur veritatem omnium propositionum de futuro esse propriè, & strictè ab æterno. Ex quo iterum inferre licet futuritionem, tum identificari cum veritate de eo, quod res sit futura, tum esse propriissime, & strictè ab æterno, cum veritas ab æterno propriissimè sit: consequenterque sicut veritatem, & futuritionem distingui ab obiecto futuro.

Quod autem ita senserint Augustinus, & Anselmus, constare videtur ex ipsorum verbis. Legatur Augustinus lib. 2. de libero arbitrio cap. 8. sub initio, & cap. 12. post medium: necnon lib. de vera religione cap. 30. in fine: vbi haec habet. *Hæc lex omnium artium cum sit omnino incommutabilis, mens vero humana, cui talis legem videre concessum est, mutabilitatem pati possit erroris, satis apparet supra mentem nostram esse legem, quæ veritas dicitur.*

163 Legatur etiam Anselmus in Monolog. cap. 17. infinite: vbi ait: *Cogitet qui potest quando incepit, aut quando non fueroit hoc verum, scilicet quod futurum erit aliquid, aut quando desinet, & non erit hoc verum, scilicet quod præteritū erit aliquid: quod si neutrumborum cogitari potest, & utrumque hoc verum sine veritate esse non potest, impossibile est, vel cogitare, quod veritas, vel finem, vel principium habeat.* Idem repetit in eodem Monologio alijs in locis.

164 His & alijs D. Aug. & D. Anselm. verbis (omisso prolixiori examine an de veritate Divina essentiali, an de veritate humana in intellectu sermo sit: & admissò quod de veritate humana conformitatis loquantur) respondeo cum nostro eruditissimo P. Ruiz de Montoya atomo de Scientia disp. 90. sect. 7. post medium, & disp. 91. sect. 3. eo solum sensu ab Aug. Anselm. & alijs PP. dici veritatē propositionum esse ab æterno, quatenus, si ab æterno affectatio illa conciperetur, vera esset, nunquamque esset falsa. Etenim August. & Anselm. huic rationi insistunt: nempe: si veritas incepit, ante illam inceptionem non esset verum, id, quod, veritate

te adueniente, verum denominaretur. Solum ergo contendunt ut
quam fuisse, aut fore falsum, siue nunquam non fuisse, aut non fore
verum, quod aliquando verum est. Ergo id solum sufficiet ad ve-
ritatem verborum Aug. & Anselm. quod sufficiens fuerit ad hoc
ut, si ab eterno concipiatur, haec propositio v. g. *Consensus existet,*
si ponatur conditio. Vera sit. Sed ut probatum est, nihil requiritur
de presenti. Ergo neque ad saluanda dicta horum P.P.

165 Nec video qua ratione haec verba contra nos vim ad-
dant superioribus argumentis. Nos enim factemur futuri, ab ater-
no esse futurum (intellige verificative) nunquam non fuisse futurum
& semper verum esse quod sit futurum. Verba D. Aug. & D. An-
selm. non clarissim de veritatis loquuntur aeternitate. Ea igitur ra-
tione, qua nostras assertiones explicavimus: ea ipsa, patrum verba
explicare poterimus. Num enim non dixerint veritatem obie-
citur esse aliquid defacto absolute, & de presenti existens: ita, ut
predicta verba absque vila terminorum alienatione accipi de-
beant, nihil contra nos ex eorum verbis poterit convinci.

166 Ob. 2. Licet futurum absolutum non sit de presenti:
debet tamen de presenti esse futuritio. Ergo consistit in aliquo de
presenti. Antecedens probatur. Futuritio est aliquid reale. Ergo
debet aliquando existere. Non quando res existit: quia tunc iam
definit esse futura. Ergo debet existere antequam res existat. Ergo
futuritio consistit in aliquo absolute existente antequam res exi-
stat, siue existente eo tempore, quo res denominatur futura.

167 Respondeo negando antecedens. Ad eius probatio-
nem: concessio antecedente, distinguo consequens. Ergo debet fu-
turitio aliquando existere: rata si nul: nego: in diuersis durationi-
bus, ita ut de presenti detur carentia durationis, cui coexistet po-
tissimum res futura, & postea detur restitura, concedo consequentiā:
Iloquendo, ut loqui: nūr, de futuritione absoluta. Ad minorem sub-
sumptam: nego quod futuritio secundum principale, quod dicit,
non existat, quando existit res, quae erat futura. Ad probationem
infirmitam: respondeo optimè posse: mo debere existere forma
futuri, quando iam non existit denominatio futuri: quia forma
denominationis debet existere pro ea duratione, pro qua signifi-
catur existere per affirmationem denominationis. Cum igitur per
affirmationem futuri affirmetur futurum per alienationem: ita ut
verbum est accipiat ut de futuro, & non de presenti: ideo futuritio
est de presenti, sumpto est per alienationem; quia ea ratione debet
esse constitutum, quae est constitutum. Cum igitur futurū non se-
de

de præsentis, sed solum alienatiū: ideo solūn alienatiū debet esse futuritio de præsenti propriè vero (quoad rem futuram, quæ prin cipaliter significatur) quando iam res est existens.

168 Ob. 3. Futuritio absolute nequit constitui in ipsa exi stentia rei secundum se accepta, ut & nos etiam fatemur. Deinde neque potest, vel ad æquatē, vel inadæquatē consistere in tempore, vel in duratione futura. Ergo absolute nequit constitui in his, quæ à nobis ut constitutiva ali signantur. Quod autem nulla ratione futuritio dicat tempus futurum, probat Illustrissimus Godoy: quia inde sequeretur, quod si tempus futurum non esset, Deus non cognosceret res esse futuras: hoc autem videtur absurdum: quia tunc Deus posset cognoscere aliquam rem habituram esse existentiam, & illam non habere defacto. Ergo posset cognoscere rem ut futuram, etiam si omne tempus, tam præsens, quam futurum Deus destrueret.

169 Concessa prima parte antecedentis; nego secundam; videlicet futuritionem non dicere inadæquatē tempus futurū. Ad probationem fateor quod, si non esset tempus futurum, res nō esset futura. Nec video qua ratione hoc euidentis non sit. Nam, si Deus destrueret tempus præsens, & futurum nullum esset tempus. Tunc autem res (si admittatur posse existere absolute ab omni duratione, quod difficultimum est) si Deus eam produceret, esset existens secundum se; non autem esset, aut præsens, aut futura, aut præterita, cum omni duratione careret: modo quo, si careret omni præsen tia, nec esset hic, nec alibi. In casa autem quod res omni duratione careret, licet Deus cognosceret rem existentem secundum se; non posset cognoscere, quod res non habet existentiam defacto, & habitura esset existentiam: quia de præsentis nos habere, & ha bituram esse, necessario involuit durationes.

170 Sivero fingamus tempus existere usque ad durationē A. tantū, ita, ut nullū tempus, nulla vē duratio ultra sit: Deinde producere Petru carentē durationē in hoc, in quam, cala verum erit Petru non existere nunc; existere tamen secundum se; non tamen verum erit Petru esse positivē futurū, sed ad summū erit verū Petru esse existentē secundū se, & negativē futurum: id est esse existentem, non tamen præsentem, aut præteritum, aut positivē futu rum. Tunc vero futuritio negativa erit existentia Petri secundum se, & carentia durationis eius pro omni reali duratione.

171 Ob. 2. Implicat ré trāsire de statu possibilitatis ad statū futuritionis, nisi medio Diuino decreto. At futuritio, etiā cōditio-

nata, trāsfert rē ab statu possibilis ad statū futuritionis. Ergo præcedere debet Diuinum decretum, ac proinde præcisiū ab illo intelligi non poterit, vel conditionata rerum futuratio. Maior, in qua est difficultas, probatur. Ille transitus non competit rei ratione sui, sed dependēter ab influxu cause prime. At hęc nō agit, nisi medio decreto. Ergo nequit intelligi transitus iste, nisi mediante decreto Dūino.

172 Hoc argumentari ait Illustissimus Godoy, male nos torquere, nec vñquam satis ab eo nos expediri: imo addit nec posse. Sed mirum est doctissimum, & eruditissimum virtutis omnium argumentorum ferme levissimum & que adeō in dubitabilem vim contineat existimasse: cum si recte examinetur, nullo præter vnam, vel alteram dialecticæ minoris regulam ad eius solutionem sit opus.

173 Respondeo ergo negando primam maiorem, si loquuntur de decreto absolute existente, & determinato ad hoc ut res sit extitura. Ad probationem maioris id distinguo etiam maiorem. Ille transitus non competit rei formaliter ratione sui, nego: non competit effienter, nisi dependenter à causa prima sub distinguo: ut ab soluté operante de præsenti, nego, ut operante de futuro, concedo minorem. Deinde distinguo minorem subsumptā. Causa prima non operatur, nisi medio decreto determinato nego; nisi medio decreto, vel determinato, vel indifferenti, & determinabili à creatura, concedo minorem. Et distinguo similitèr consequens. Ergo nequit intelligi transitus iste, nisi mediante decreto Diuino determinato nego: indifferenti: sub distinguo: ita ut ad futurum absolutum requiratur decretum hoc indifferens absolute, ad futurum vero conditionatum conditionatè: concedo, aliter nego consequiam.

174 Explicatur solutio: & loquamur de futuro conditionato, in quo est præcipua difficultas. Transferri, rem ab statu possibilis ad statum futuritionis est consensum extitulum esse si ponatur conditio. De hoc conceptu, & postumus inquirere à quo formaliter, & constitutiū proueniat, & etiam à quo proueniat causativè, & effienter. Si loquamur iuxta primum sensum, dicimus prouenire hanc translationem ab ipso consensu conditionatè accepto: quia ab eo prouenit formaliter consensurum esse conditionatum sub auxilio, à quo prouenit formaliter, quod Petrus consenseret si vocaretur auxilio. Deinde cum consentiret non sit quod defacto datur aliquid, sed quod daretur, ab eo prouenit Petrum fore consensurum, à quo, si Petrus vocaretur, proueniret, quod consentiret;

tiret; quia nihil aliud affirmatur per fore consensurum; quam per consentiret. Cum igitur, si Petrus vocaretur, ab ipso consensu proveniret formaliter, quod consentiret: hinc est quod ab ipso consensu conditionate accepto, proveniat formaliter Petrum esse consensurum, si vocaretur auxilio A.

175 Si vero inquiramus à quo proveniat causatię Petri esse consensurum, si vocaretur auxilio A: respondendum est: ab eisdem causis; à quibus, si vocaretur, proveniret absolute consensus absolutus, ab eisdem omnino proveniet, & consensurum esse, sumpto proveniet per alienationem, & conditionatę: quia eo modo, quo res est, dependet à suis causis: cumque esse consensurum si vocetur, non sit de facto consentire, sed foret: hinc deducitur, quod consensurum esse, si vocetur non causetur de facto; sed causaretur, si provenieret conditio.

176 Viterius: cum: si poneretur auxilium, Petrus eliceret consensum dependenter à Deo per concursum simultaneum, a. quem concursum se applicaret Deus per decretum indifferens per quod subiicit libertati creatura consentire, & non consentire: inde deducitur consensurum esse Petrum, si vocetur provenire causatię, siue efficienter à Deo, & à creatura: à creatura quidem, ut à determinante; à Deo autem, ut à determinato per creaturam. Qua doctrina fit latis proposito argumento: siquidem ex ea convincitur prædictum transitum neque formaliter, neque causatię provenire à decreto subiectiōne absoluto: siquidem transitus praeditus provenit formaliter ab ipso consensu conditionatę accepto respectiū ad libertatem A. causatię vero provenit sumpto provenit per alienationem & conditionatę, à creatura, & à Deo, ut applicato per decretum indifferens, quod foret, si Petrus liber constitueretur, quin requiratur, ut causa, decretum aliquod subiectum absolutum, & determinatum.

177 Ob. 3. Rem esse futuram sub conditione protunc futuritionis est liberum Deo. Ergo pro ipso tunc debet esse volitum ab ipso, & consequenter debet existere decretum Diuinum exercitę. Consequentia est bona, quia non stat, neque intelligi potest obiectum actu libere volitum absque actu exercite ad illud terminato. Antecedens autem probatur. 1. Quia pro quovis priori res sit futura conditionatę, est amabilis à Deo, non minus quam scibilis. Ergo, sicuti non potest non sciri à Deo pro illo priori, ita non poterit, non esse volita ab ipso pro eodem priori. 2. Nam rem esse conditionatę futurā non est Deo necessariū, nec est illi contingēs.

Ergo est actu liberum, pro quovis priori respectu illius, & consequenter actu ab ipso volitum. Antecedens, quoad primam partem est certum, quoad secundam vero videtur facile probari: id namque est contingens, quod evenit ab extrinseco, praeter intentionem agentis. Evenire autem aliquid Deo prater eius intentionem derogat summa perfectioni prouidentiae, & libertatis Divinae.

178 Respondeo distinguendo primum antecedens. *R^e esse conditionatè futuram est liberu Deo absolute, & simpliciter: nego conditionatè sub distinguo, libertate ad determinandum, quod sit, vel non sit: nego: libertate ad finendum se determinari; concedo: id quinam enim de effectibus creature liberis. Ad primam probationem antecedentis: distinguo antecedens. Pro quovis priori est rem tam amabilis, ac cognoscibilis: amore efficaci de eo quod sit futura conditionatè, nego: amore, vel simplicis complacentia de eo quod sit futura conditionatè, vel intentionis efficacis de eius existentia absolute: sub distinguo, tam amabilis necessario: nego: alter: omittio antecedens. Et nego consequentiā: quia, licet omnis veritas beat à Deo necessario cognoscitur: non tamē omne bonū debet à Deo necessario amari: præsertim quia Deus non potest efficaciter decernere, quod eius determinationi non subiicitur: quod autem creature, post libratate, consentiat, non subiicitur libertati Divinit^t propter rationem nostræ conclusionis.*

179 Ad 2. Probationem: dico rem esse conditionatè futuram esse contingens Deo, & non liberum, sicuti ipsa Scientia Media inter liberam, & necessariam: quod autem eveniat Deo aliquid, ab ipso antecedenter non intentum, cum non sit contra eius intentionem, nec prater suam scientiam, nec si aliqua creatura absolute existens, sed vel Divina scientia, vel aliqua creatura, solum conditionatè sub condicione libero domino subiecta, non est, aut contra Divinam prouidentiam, aut contra iura Divinit^t libertatis.

180 Ob. 4. Si futuritio conditionata esset ante omne decretum, esset talis futuritio, nec non veritas conditionata, pro omni signo. At futuram esse consensum non datur pro omni signo naturæ. Ergo neque datur antecedenter ad decretum. Consequentia est bona, & minor certa: nam quod contingenter datur, non datur pro omni signo: alloquin daretur pro signo necessariorum, siue pro signo antecedente ad quodlibet contingens, id ipsum, quod contingens est. Cum igitur futurum esse consensum contingens sit, non potest dari pro signo antecedenter ad omne

contingens. Nam vero maior, nempe: quod, si futurum esse consensum daretur ante decretum, daretur similiter pro omni signo probatur. Non est maior ratio quare detur ante signum decreti; quam, ut detur in omni signo antecedenti. Ergo, vel non datur ante decretum, vel datur in omni signo antecedenti. Consequenter que dabitur futurum esse consensum in signo possibilitatis rerum.

181 Confirmatur. Ideo per nos ante quodlibet decretum vt absolute exercitum debet dari determinate consensurum esse Petrum si vocetur, vel determinatè non fore consensurum: quia ante omne decretum, vt absolute exercitum, verum est quod Petrus, vel consentiet si vocetur, vel non consentiet, si vocetur. Ergo, si argumentum efficax sit pro ligno, pro quo sit vera propositio disiunctiva, erit vera determinata aliqua ex his, ex quibus componitur. At quihac propositio Petrus consentiet, vel non consentiet, ut propositio necessaria, & aeterna veritatis, est vera pro signo possibilitatis rerum, siue pro signo necessariorum. Ergo pro eodem signo erit verum Petrum consensurum, vel erit verum Petrum non consensurum si vocetur.

182 Nego maiorem primi syllogismi. Ad eius probationem respondeo consensum esse futurum conditionatè esse præcisius ab omni decreto absolute exercito; esseque non absolute, sed conditionatè post omnes causas ponentes conditionatè consensum: qua propter est ratio, quare sit ante decretum, vt absolute exercitum; & tamen non sit in omni signo: est, inquam, ante omne decretum, vt absolute exercitum, quia nulla prorsus ratione indiget tali decreto: est tamen conditionatè post omnes causas, quæ posserent consensum absolutum: quia esse conditionatè post illas nihil aliud est quam quod consensus, si poneretur conditionatio, dependet ab illis. Cum igitur, si poneretur conditionatio, non pote auxilium, vel libertas, reuera consensus existeret dependet ab illis, ideo consensus conditionatus: seu futurum esse consensum, est conditionatè post omnes causas, quæ illum ponent absolutè, non tamen est præfigura possibilitatis rerum: quia pro eo signo non solum absolute, verum neque conditionatè intelligitur cause, quæ ponent consensum.

183 Maiorem difficultatem praesertim confirmatio in mea sententia, juxta quam, qualibet veritas disiunctiva, quantumvis necessaria, involuit veritatem determinatam alicuius extremi, ex quibus componitur. Respondeo ergo hanc propositionem consensus erit, vel non erit, & idem dico de hac. Quodlibet est, vel non est, & de quibuslibet alijs disiunctiis circa extrema

contradicitoria, licet sint necessaria, & æternæ veritatis, non tam
men esse veras pro signo antecedenti omnem suppositionem con-
tingentem. Nam aliud est dari necessitatem, ut vera sit hæc propo-
sition. V.g. *Petrus existit, vel non existit.* aliud valde diuersum es-
se veram prædictam propositionem: necessitas enim datur pro
quocumque signo, pro quo datur aliquid essentialiter oppositum
cum eo quod *Petrus* simul sit, & non sit existens, nam talis opposi-
tio est necessitas vaga existendi, vel non existendi Petrum. At ve-
ró veritas non datur, usque dum intelligitur non solum determina-
tiuè, aut illatiue, verumactiam formaliter *Petrum existere*, vel
Petrum non existere. Nam, cum veritas actus, non sit determina-
tio, ut obiectum sic sicuti affirmatur; sed ipsummet obiectum ita
esse: hinc deducitur non esse propositionem veram pro omni sig-
no, pro quo datur determinatio, ut vera sit.

184 Hinc ad argumentum in forma: respondeo conceden-
do totum primum entitem. Deinde nego minorem subsumpti-
onem; quia hæc proposition *Petrus consentiet, vel non consentiet* non
est vera pro signo possibilis rerum; licet pro eo signo sit deter-
minatio, ut vera sit pro alio: esse enim propositionem necessariae;
& æternæ veritatis, solum dicit dari pro signo necessiariorum ne-
cessitatem metaphysicam de eo quod vera sit, non de eo quod ve-
ra sit in eo signo; sed de eo quod vera sit in alijs.

185 Infertur primo ex prædicta doctrina, quod in mea, &
plurium sententia connectente Deum cum possibilitate creature,
rum, & ad struente Deum essentialiter repugnante coexistentiaz
duplicis contradictorij: in hac, inquam, sententia pro primo signo
existentia Dei datur necessitas metaphysica veritatis huius pro-
positionis. Quodlibet est, vel non est, & sic de alijs. At neque hoc, ne
que alia illi similes sunt formaliter vera, usque dum intelligatur
aliquid extreum determinatè acceptum verificari.

186 Infertur 2. hoc argumentum de veritate necessaria
fundata in oppositione duplicis contradictorij, in primis esse et si-
tax ad probandum propositiones de futuro, sine absoluto, sive con-
ditionato esse determinatè veras, vel falsas, Deumque ab æterno
scire unum ex illis duobus, præscindendo modo, tum à verificatio-
ni à medio, in quo Deus ea futura cognoscet; quia cum reuera unum
ex illis extremis determinate acceperum, futurum sit, non potest,
non esse futurum unum ex illis, nec Deus potest ignorare quod eorum de-
terminatè sit futurum. Deinde hoc ipsum argumentum efficax est ad
probandum, præscindendo à decreto absolute exercito, esse verum
deus

determinate, quod, vel Petrus consentiet, vel Petrus dissentiet, se-
meli admissa (ut aduersarij omnes admittunt) hanc propositionem
His iunctam Petrus consentiet, vel dissentiet esse veram pro signo
præscindenti à decreto absolute exercito: nam veritas proposicio-
nis strictè, & rigorosè disiunctiæ involuit veritatem determinatam
alicuius ex extremis determinatè accepti, ut supra diceba-
mus.

QVÆST. XI.

De scientia absoluta Dei circa futura contingentia.

Premissa iam explicatione futuritionis, facilius proposi-
te satisfaciemus quæstioni. In qua: an Deus cognoscat
certè, & infallibiliter futura contingentia absoluta, & in
quo Deus ea cognoscat? Discutiendum est.

SECT. I.

*Deus cognoscit certo, & infallibiliter futura contingentia
absoluta.*

Non nulli ex Gentilibus, ut pote lumine fidei destituti, vs-
que adeò turpiter errauerunt, ut certam futurorum
contingentium cognitionem Deo negauerint. Clarius omnibus
Cicer. 2. de divinatione huic errorem tradidit: quia, vt ait Au-
gustinus lib. 5. de Civit. cap. 9. existimauit Divinam præscientiam
humanam libertatem euertere: id circa, ut humanæ consuleret li-
bertati non renuit ignorantem Deum asperere: atque ita dum (ho-
mines) vult facere liberos, fecit sacrilegos. Eundem errorē tribuit
Philosophorum Principi Ariminensis, sed refragatur P. Francis-
cus de Lugo disp. 29. cap. 2. ubi Philosophum ab hac calumnia
vindicat. Negant etiam Deo hanc scientiam Stoici: Simon Ma-
gus, Bardacenses Vvieph. Lutherus, & Caluinus, apud Ribades
seira de scientia disp. 12. cap. 1. n. 1.

2 De fide tenendum est Deum certò, & infallibiliter cog-
noscere futura contingentia absoluta. Probatur 1. ex Scriptura:
Psalm. 138. Intellexisti cogitationes meas de longè: omnes vias
meas præuidisti. Sapientia 8. Signa, & monstrascit (De
quam

quam fiant, & cūventus temporis, & saeculorum. Isaiae 45. Dicite nobis, que ventura sunt, & diceras Dij, estis. Daniel 13. Deus eterne, qui noski omnia antequam fiant. Secundo constat ex predicationibus, & prophetijs, que in tota scriptura continentur: que quidem, & infallibilem continent veritatem, & certam in Deo futuram cognitionem supponunt. Nec in hoc amplius immorandum est: est enim res omnino certa, & apud Catholicos indubitata. Ob eandem rationem ab authoritate Patrum supersedeo. Legat, qui volet P. Didacum Ruiz de Montoya de scientia disp. 22. lect. 2.

Vbi innumera Patrum pro hac veritate testimonia reperiet.

3. Probatur deinde predicta veritas à ratione. Primo: quia Deus cognoscit omnia, quae existunt, quando existunt. Ut est certum. Ergo, & ea cognoscit antequam existant. Consequentia probatur. Si Deus non cognosceret semper, quod aliquando cognoscit, adquireret in tempore aliquam notitiam. At hoc repugnat Deo: siquidem repugnat Deo aliquando minus scire, quam alias scit, & etiam quia Deus non potest crescere in perfectione cognitionis, quasi discens ex obiectis. Ergo quidquid Deus cognoscit quando existit, cognoscit etiam antequam existat.

4. Probatur secunda ratione potissima. Deo, ut pote Optimo Maximo tribuere debemus omnem perfectionem simpliciter simplicem nullam in suo conceptu involventem repugnantiam. Sed in primis cognosci à Deo, certò, & infallibiliter futura, non involuit repugnantiam. Deinde, semel supposita predicta non repugnativa, ex terminorum apprehensione patet melius esse futura cognoscere, quam ea ignorare. Vteriusque exterminis constat infinita vi cognoscitur diuina tribui debere omnem perfectionem, & extentionem in cognoscendo. Ergo Deus cognoscere debet certò, & infallibiliter futura. Maior est certa, & consequentia legitima. Minor probatur, quoad primam partem, in qua poterat esse difficultas. Si repugnaret cognosci futura antequam existent, ex eo esset, vel quia cognitio, & propositio determinata de futuro, non esset determinata vera, vel quia non esset determinatio, ratione cuius Deus ab intrinseco indifferens ad affirmationem vel negationem obiecti futuri contingentis, v.g. peccati Ante Christi, determinaretur ad affirmationem, potius quam negationem vel econverso. Vel denique: quia præscientia certa, & infallibilis Dei de obiecto futuro tolleret libertatem agentibus liberatis. Nec ullum aliud caput repugnantia potest opponi. Sed ex his, ut his capitulo repugnat Deo cognitio certa, & infallibilis.

fallibilis futurorum, etiam liberorum. Ergo prædicta uotitia abso-
lutè non repugnat. Ergo debet tribui Deo.

5 Triplicem partem continet minor: & quod propositum
de futuro habet determinatam veritatem, aut falsitatem, & quod
Deus habet sufficiens determinatum, ut potius affirmet, quam
neget obiectum futurum, vel è conuerso. Et denique quod scientia
Divina, quantumvis certa, & infallibilis, libertati humana non
deroget. Hoc ultimum ex professo infra probauimus, dum scien-
tiam visionis cum humana libertate conciliemus. Difficultas de-
terminatio scientie Divinae ex professo etiam discutienda est,
dum medium, in quo Deus futura conditionata cognoscit, assigna-
nemus.

6 Et denique propositiones omnes de futuro absoluto ha-
bent veritatem determinatam, consiat ex supra dictis, ubi non so-
lam hanc conclusionem probauimus, verum etiam, quod, præcis-
sime ab omni absolute existente determinate connexo cum re fu-
tura, & res sit determinata futura, & propositione qualibet de fu-
turo determinata vera, vel determinata falsa. Ideo in prædicta con-
clusione probanda non opus est ultra distincki.

7 Vnum placuit in calce aduertere: videlicet plures esse
Authores, qui existimant Aristotelem lib. 1. Per therm. cap. 8. ne-
gare veritatem determinatam propositionibus de futuro singu-
lari. Ita censem P. Suarez in opusc. de scientia conditionator.
cap. 2. nro n. 11. Vazq. 1. p. disput. 66. cap. 1. Conimb. quest.
ynica artic. 3. Herice de scientia disp. 6. num. 29. cum pluribus mo-
dernis post Sanct. Bonavent. in 1. dist. 38. quest. 1. ad 3. Grego-
rium ibidem, & alios. Plures vero tam veteres, quam RR. Aristo-
telem ab hac culpa liberant, minimèque in tam sedum incidisse
errorem arbitrantur. P. Ruiz de Montoya de scientia disp. 23.
sect. 5. assertit communitorem antiquorum sententiam, tam co-
rum, qui librum illum Aristoteles, ubi de hoc insinulatur erro-
re, interpretati sunt, quam eorum, qui de Divina præscientia
disputarunt, ita Philosophum intelligere, ut in nullum prolap-
sum falso errorem existimant; sed veritatem determinatam pro-
positionibus de futuro contingent singulari tribuerit. Ex mo-
dernis hoc ipsum docent non modo ipse Ruiz de Montoya, qui
accuratissime, & efficaciter id probat, sed etiam Fasolus quest.
14. articul. 3. dub. 1. numer. 8. Arrubal hic disput. 4. Alber-
tin. tom. 1. Corollariorum. Coroll. 6. quest. 4. Theologica.
Aldrete de Scientia disput. 21. sect. 1. & plures ex RR. quibus,

& ego subscrivo ; non tamen vacat in Ethnico Philosopho ^{vin}
dicando, licet aliorum Philosophorum Principe, tempus in summe
te.

SECT. II;

In quo Deus cognoscat futura contingentia absoluta.

8 **S**TATUIMUS IN PRÆCEDENTIBUS PROPOSITIONES DE FUTURO , QUAM
TUMVIS DE SUBIECTO SINGULARI , HABERE VERITATEM DETERMINA-
RAM , PRÆSCINDENDO A QUOLIBET DE PRÆSENTI CONNEXO , UT ABSOLUTÈ
EXERCITO : NEC NON OSTENDIMUS FUTURITIONEM IN NULLO DE PRÆSENTI AB-
SOLUTÈ EXISTENTE FORMALITER CONSISTERE , SED IN IPSA RE , QUAE DICITUR FA-
TURA , MODO QUO LATE IN TOTA PRÆCEDENTE QUAESTIONE DECLARAVIMUS .
Quare , ut Deus cognoscat futurum , non requiritur medium distin-
GUTUM AB IPSO OBIECTO , VEL QUIA IPSUM OBIECTUM NON INTELLIGATUR
FUTURUM , NISI CONSTITUTUE AB ALIO A SE DISTINCTO , VEL QUIA PRÆCI-
SUE A TALI CONNEXO ACTUS AFFIRMANS FUTURUM NON INTELLIGATUR DE-
TERMINATE VERUS . CATERUM EX ALIJS CAPITIBUS POTESI DUBITARI IN
QUO Deus cognoscat futura contingentia .

9. PRIMO : quia , cum , iuxta Thomistas , scientia Dei non
habeat creaturas pro obiecto formaliter , adhuc terminatiuo , vide-
tur requiri aliquid diuinum , in quo Deus cognoscat creaturam ,
ut futuram : cum autem hoc Diuinum debet non esse indifferens
ad futurum , & non futurum : quia in indifferente , ut talis , non po-
test cognosci unum , potius , quam aliud : hinc deducitur debere
Deum cognoscere futurum in aliquo Diuino determinate conne-
xo cum futuro : hoc autem videtur nihil aliud posse esse , nisi ali-
quod decretum .

10. SECUNDO : quia actus Diuinæ Scientiæ , non solum debet
habere veritatem conformitatis extrinsecæ , & contingentis cuam
obiecto , verum etiam habere debet veritatem determinationis in-
trinsecæ , & essentialis , ut verus formaliter sit . Ergo actus Diuinæ
Scientiæ debet esse intrinsecè connexus cum obiecto , ut futuro .
At qui actus Scientiæ non aliter videtur posse habere connexionem
cum obiecto representato , nisi quatenus innitatur decreto
Diuino efficaci de eiusmodi obiecto . Ergo prædicto decreto de-
bet inniti . Ergo Deus cognoscit futurum in suo decreto Diuino .

11. TERTIO : quia cum Deus ex se , & antecedenter ad quam-
libet suppositionem sit indifferens ad cognitionem futuri , & ad
cognoscendam .

cognitionem non futuri, debet ab aliquo ab aeterno determinari; ut potius futurum, quam non futurum cognoscat ab aeterno. Sed ab aeterno a nullo alio, quam a se, potest determinari. Ergo a se ipso determinatur. Ergo per decretum determinatur scientia Divina. At qui modus determinandi scientiam prudenter concepcionem, debet esse per ostensionem veritatis. Ergo in decreto ostenditur intellectui Divino veritas futuri contingentis.

12. Ex his capitibus (adhuc admissa futuritione rerum distincta ad equitatem ab omni de praesenti absolute existenti, conexione, cum eo quod res postea existat) questione subiectitur: in quo Deus cognoscat futura contingentia absoluta: posset enim alius dicere verum esse rem esse futuram praecisiue a decreto, propositionemque futurum affirmantem, esse veram praecisiue a decreto: & nihilominus Deum non cognoscere futuram in se ipso; sed in decreto: tum, ut Deus habeat sufficiens obiectum formale, tum etiam, ut eius indifferentia determinetur per alicum intrinsecem, & essentialiter verum, ad affirmandum potius, quam negandum obiectum esse futurum.

13. Thomistae omnes acribler defendunt Deum omnia futura contingentia quantumlibet libera cognoscere in suo antecedenti decreto. Tum quia non aliam rerum futuritionem agnoscunt, tum quia aliter non censem posse indifferentiam Divinam determinari: tum denique, quia existimant rerum contingentiam, qua a Deo formaliter non determinetur, Divino derogare dominio. Praterea addunt plures Thomista Deum cognoscere futura contingentia absoluta in praesentia, quam habent in aeternitate: tenent enim res omnes existere in aeternitate: non tanquam in mensura propria, & proportionata; sed tanquam in mensura aliena, & excedente.

14. Nostri Authores unanimi consensu iudicant Deum cognoscere futura contingentia in se ipsis: quia censem, & Deum posse habere pro obiecto formaliter terminatio sui intellectus creaturas; & etiam indifferentiam Divinam ad affirmandum, & negandum futurum, sufficienter ab ipso futuro, ut tali, obiectu determinari: ratione cuius determinationis scientia de futuro libero est consequens ipsum futurum. Et quoniam ea affirmatio essentialiter habet dependere obiectu a veritate futuri, affirmatio Divina essentialiter est determinata ad veritatem: non determinatione antecedente ipsam veritatem, ne eius libertatem euerat; sed determinatione consequente: quo inter Divinam scientiam infallibilitatem, &

& humanae operationis libertatem, anicum sedus explicare videntur.

15 Sit 1. Conclusio. Deus non cognoscit futura contingencia libera in suo decreto omnino, & simpliciter antecedente. Duplicem principalem probationem habet h.e. conclusio, quas expendimus tract. de Prædestinatione que. 6. & 7. Prima est. Nequit Deus cognoscere futurum contingens liberum v. g. consensum Petri futurum, in medio tollente libertatem ipsius consensus. Sed decetum consensus omnino antecedens consensum, tollit conclusus libertatem. Ergo nequit Deus cognoscere consensum liberum Petri in decreto consensus omnino antecedente consensum. Cōsequentia est legitima, & maior evidens. Minorem late probamus tract. de Prædestin. quæst. 6. ubi per otium reieci præ definitionem si impliciter antecedentem, ut humanae libertatis iura funditus exterritentem, videantur, quæ ibi diximus. Vbi omnia, quæ ad hanc controveriam spectant, ector reperiet.

16 Secunda probatio hanc conclusionis desumatur ex repellentia prædefinitionis peccati, etiam quoad materiale; & coincidetur in hunc modum. Deus cognoscit certe, & in fallibilitate peccata futura. At Deus ea non cognoscit in decreto absoluto, & efficaci peccatorum, etiam quoad ipsorum materiale. Ergo inde pendenter à decreto absolute existente Deus cognoscit aliqua futura. Peterit ergo omnia futura præcisius à decreto cognoscere: siquidem decretum non est medium simpliciter requisitum ad cognoscenda futura, ex eo quod sunt futura: quæ erat potissimum, & fundamentalis ratio adversariorum. Quod vero Deus non cognoscat peccatum futurum in decreto prædefinitione illius, vel quoad eius materiale, probatur. Repugnat puritati Diuinae Sanctitatis, & bonitatis, decretum prædefinitionum materialis peccati. Ergo Deus non cognoscit peccatum, ut futurum, in decreto prædefinitione illius; vel quoad eius materiale. Repugnantiam huius decreti cum Diuina bonitate satis superque ostendimus tract. de Prædestin. tota quæst. 7. ubi ex professo hanc prædefinitionem ratione, & autoritate reieci.

17 Sit secunda conclusio. Iuxta communem sententiam Thomistarum præsentia creaturarum in eternitate non debet reputari necessaria, ut Deus cognoscat futura. Probatur hoc assertum. Iuxta sententiam Thomistarum, nec Deus cognoscit futura in se ipsis, neque in aliquo, quod non sit determinatè connexum cum futuro. Ergo iuxta sententiam Thomistarum Deus cognoscit
rem

rem futuram solum in aliquo connexo cum re futura, & ad aqua-
rē ab illa distincto. At qui ad cognitionem huiusmodi inutilis, &
impertinens est præsentia physica futurorum in æternitate. Ergo
Thomistis prædicta præsentia physica nullo visu potest esse in or-
dine ad futurorum cognitionem. Maior continet doctrinā Tho-
mistarum. Minorem probō. Præsentia physica futurorum in æter-
nitate nec ratio est, ut detur ab æterno aliquid distinctum ab ipso
futuro conexum cum futuro, nec ut decretum de obiecto futuro
sit medium ad cognoscendum futurum. Ergo ad cognitionem fu-
turorum, qualis requiritur à Thomistis, non deseruit præsentia re-
rum in æternitate.

18 Antecedens, ad quod renunciatur difficultas, probatur
per partes. In primis præsentia futuri in æternitate, non est ratio,
quare sit in Deo præter decretum aliquid conexum cum futuro:
liquidem ipsa præsentia consensus futuri in æternitate nihil aliud
est distinctum ab ipso consensu, præter æternitatem, Dei se ipse
ambientem omnem durationem, & ex se, prout præcidentem à
decreto, indifferenter, ut consensus sit vel non sit futurus. Deinde
neque eiusmodi præsentia est ratio, quare decretum sit medium
aptum, ut in ipso cognoscatur futurum. Ergo. Hæc secunda pars
antecedentis probatur. Eatenus decretum est medium aptum, ut
in ipso cognoscatur futurum, quatenus est voluntas efficax Diuina
de consensu futuro conexa intrinsecè, & essentialiter cum
consensu futuro. At decretum Diuinum ex se, præscindendo à
quolibet alio, & est voluntas Diuina efficax, & coactetur cum
consensu directo. Ergo præsentia in æternitate consensus futuri
non est ratio, quare decretum sit medium aptum, ut in ipso cog-
noscatur futurum.

19 Confirmatur futura contingētia pure conditionata
nullā habent præsentiam physicā in æternitate, iuxta Thomistis:
cum eiusmodi futura nullum habeant esse intrinsecum, sed pure ex
triūscum in decreto subiectū absoluto, & obiectū condicio-
nato. Et aliquid minus futura conditionata cognoscuntur à Deo
ab æterno. Ergo præsentia physica creaturarum in æternitate ne-
cessaria, non est, ut futura ab æterno cognoscantur.

20 Neque ad rem esse, quod ait Gonetius videlicet decre-
tum mensurari æternitate rationem esse, quare in decreto cognos-
cantur futura, quia aliter posset Deus mutare suum decretum, &
consequenter decretum non esset conexum cum futuro, sub in-
deque neque medium aptum ut in ipso decreto, & infallibilitet futu-
rum

rum cognoscetur. Hoc in quam, ad rem non est. Primo: quia hoc non probat utilem esse ad cognitionem futuri praesentiam ipsius futuri in eternitate; sed ad summum probat utilem esse decreti praesentiam, de qua non est questio. Secundo: quia falsum est immutabilitatem decretorum illa ratione prouenire ab eo quod eternitate mensurentur: posset enim Deus, ita esse determinatus ad non mutandam voluntatem, ut licet suum decretum eternum non esset, esset tamen immutabile per voluntatem oppositam. Tertio potest dici Deum esse determinatum ad numquam cessandum a decreto; sed potius in sua voluntate permanendum, non quidem per durationem indubibilem, sed per successionem virtualem durationum. Quarto: quia connexionem decreti cum obiecto potest intelligi independenter ab eterna duratione, sicut actus fidei de Anti-Christo futuro connectitur cum Anti-Christo, & tamen solum habet temporalem durationem.

21. Sit 3. Conclusio. Deus cognoscit futura contingentia absoluta in se ipsis. Hec conclusio deducitur ex iam dictis. Primo: quia non est aliud medium, in quo cognoscantur: siquidem, non possunt cognosci in decreto; & nullum aliud restat medium, in quo valeant cognosci. Secundo: quia nihil obstat, ut cognoscantur in se ipsis: nam in primis non est contra perfectionem Divini intellectus cognoscere creaturas in se ipsis, ut probavimus quest. 5. & 6. Deinde neque ad veritatem formalem actum de futuro requiritur aliquid absolute existens quod sit veritatis constitutivum, ut ostendimus late questione. 10. de rerum futuritione.

22. Ulterius neque, ut cognoscatur futurum in se ipso obstat potest scientiam Divinam debere habere veritatem determinationis, quatenus scientia de futuro connexionem intrinsecam, & essentialiem habeat cum ipso futuro. Hoc, in quam non obstat, quia eo ipso, quod scientia Divina de futuro absoluto & essentialiter habeat determinari ab ipso futuro, habebit necessario connexionem cum illo: non quidem connexionem antecedentem, sed potius consequentem: in hac ratione, & non alia, conciliatur infallibilitas scientiae Divinae cum humana libertate, quatenus vide licet humana libertas potens impedit consensum. V. g. (a qua essentialiter pendet in genere obiectivo scientia consensus) potest impeditre ipsam scientiam: quia quia, ut ait Anselmus, descendit ex nostro libero consensu, est necessitas, non antecedens; sed consequens consensum, ideoque cum libertate humana facile coniungibilis. Ut paulo infra magis explicabimus.

23 Quam obrem solum poterat obstat, ut Deus cognosceret futurum in se ipso, quod cum Deus secundum se consideratus indifferens sit ad affirmationem, vel negationem futuri, indigent aliquo determinatio absoluē existente, ut determinetur ad affirmandum, potius quam negandum; alioquin dicenda erit Deum pro sua libertate immediatē determinari, ad affirmationē præ negatione: quia si Deus non liberē se determinet, neque sic aliquid existens, ratione cuius Deus determinetur, videtur omnino casualiter, & fortuitō esse in Deo unam scientiam; potius quam aliam: quod nemo concedere audebit.

24 Huic difficultati posset responderi quod, cum futura absoluta coexistant toti aeternitati Dei, quæ realiter, & virtualiter indiuisibilis est, sufficienter possunt determinare Deum ad cognitionem Diuinam de eorum existentia pro sua duratione: quia cum, adhuc prout existentia absoluē in sua duratione, coexistant aeternitati Diuinæ indiuisibili: prout absoluē existentia poterunt Deum ad cognitionem determinare: quia, prout ita existentia, non distant à Diuina aeternitate.

25 Verum, licet hæc solutio sufficiens sit ad presentem difficultatem de determinatio cognitionis futuri absoluti: cum tamen, dum determinatum scientiæ media inquiramus, hac responsione vti non possumus, quia futurum præcise conditionatum nullam coexistentiam veram, & realem habet absoluē cum aeternitate Dei, quandoquidem futurum pure conditionatum, nihil est absoluē existens: id est dicendum est ad determinandum Deum non requiri, quod existat absoluē determinatum, sed quod detur ea ratione, qua à Deo cognosci debet, & ea solum ratione, qua requiriatur, ut scientia illud affirmans vera sit. Verum de hoc fusius agemus dum de determinatio scientiæ media questionem insituainus.

26 Sit quarta conclusio. Deus cognoscit consensum absolutum, etiam immediatē liberum, non solum in se ipso; verum etiam in alijs medijs connexis cum futuro absoluto connexione, non simpliciter antecedente, sed aliqua ratione consequente ipsum futurum. Nam Deus in aggregato Scientia Media consensus sub auxilio A. & existentia ipsius auxiliij A. cognoscit futurum e sic absoluē consensum: quia prædictum aggregatum connectitur intrinsecè, & essentialiter cum consensu absoluoto: cum tamen Scientia Media ingrediens tale aggregatum, in casu auxiliij sit consequens consensum absolutum, ut posita dicemus: ideo connexione prædicti aggregati.

aggregati est connexio obiectiuè consequens ipsum cōsciemum ab solutum: & ob eandem rationem Deus cognoscens consensem ab solute futurum in prædefinitione efficaci, vel consensu, vel auxiliu ut efficacis, vel glorie, ut corona meritorum, cognoscere consensum in aliquo consequente consensum: nam omnes medioratae prædefinitiones, ut poterit Scientia Media regulare, ne libertate errant, consequuntur ipsum consensum, ut late diximus tract. de Prædef.

27. Plura possunt obiecti aduersus nostram potissimum conclusionem. Sed ferē omnia iam soluimus in antecedentibus. Vbi ostendamus, tum posse creaturas cognosci a Deo in se ipsis, cum creaturas præcissimè ab aliquo absolute existente, transire ab statu possibilitatis ad statum futuritionis, tum etiam propositiones de futuro, quantumvis singulari, esse determinate veras, vel determinatè falsas, præcissiue etiā ab aliquo de præsenti existente. Quæ re tria restant nobis explicanda. Primum qua ratione cū scientia Divina infallibili componatur humana libertas? Ut sic Gentiliū, & Hæreticorum objectionibus satisfaciamus. Secundum qua ratione scientia Divina sit, quia obiectum est futurum, & non potius obiectum sit futurum, quia scitur, & cognoscitur per scientiam Divinam. Tertium denique quatione obiectum, quod erit, & non est de præsenti, potius determinate Deum, ut de præsenti, & ab aeterno habeat unam scientiam potius, quam aliam. De hoc ultimo agemus, dum, ut iam dixi, determinationem Scientiæ Mediæ accuratè discutiamus. Alia duo modis explicabimus. Verum, antequam id exequar, duo peculiares argumenta proponam, quæ contra cogitationem futerotum in se ipsis obiecti possunt.

28. Obiectitur ergo primum D. Aug. lib. 11. confess. cap. 18. vbi inquit. Cum ergo videntur futura, non ipsa, quæ non sunt, id est, quæ futuras sunt; sed eorum causa, vel signiforū am videntur. Ergo non videntur futura in se ipsis, quia sic nullam habent entitatē, nec cognoscibilitatem; sed in causis, vel in signis existentibus. It sequenti cap. 19. scribit Ipse ait Aug. Quis bain ille modus est, quo doceſ futura, cui futurum quidquam non est, vel potius defuturis docet præsentia? Nam quod non est, nec doceri potest que potest. Nimis longe est iste modus ab acie mea. Inualuit ex te, non potero id illum: potero autem ex te, cum dederis tu dulce lumen oculorum meorum. Igitur sentit Augustinus id, quod non est, non posse doceri, seu sciri in se ipso, sed ratione aliquius causa, aut signi existentis. Et ideo apponit exemplum, ut cum video aurorati, pronuncio sole oritur.

29. Respondeo 1. Cum P. Ruiz de Montofia de Scientia disp. 28. sect. 8. Augustinum in predictis locis non assertiuē; sed dubitat in locum faisse petendo à Deo difficultatis enodationem. Quod autem alibi docuerit Deum cognoscere futura in se ipsis, constat ex lib. de Prædest. & Grat. cap. 5. & ex lib. 2. ad Simplician. quest. 2. parum à principio, nec non lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 12. & lib. 15. de Trinit. cap. 7. & libro 83. qq. numero.

17.

Resp. 2. Cum P. Aldrete tract. de Scientia disp. 26. sect. 8. à num. 11. sensum Augustini esse hominem, aut Angelum per proprias vites cognoscere non posse futura contingentia; secus autē Deum: quia quæ futura sunt nobis, Deo præsentia sunt. Ideo Augustinus docet Deum ostendere Prophetis, quæ respectu Prophetarum futura sunt: & ideo à Prophetis solis suis viribus cognosci non posse; posse tamen à Deo, quia ipsi Deo sunt præsentia: siquidem aeternitas Dei indubitate accepta ad omnia tempora extenditur, iuxta illud D. Thomæ 1. Contra-Gentes cap. 56. Cuilibet temporis præsentialiter adest aeternitas. Vbi aduerte à D. Aug. noui tradi hanc præsentialitatem pro necessaria ratione, ut cognoscantur; sed pro sufficiente: nam futura pure conditionata etiam cognoscuntur à Deo in se ipsis; & tamen aeternitati Dei realiter præsentia non sunt.

30. Ob. 2. Etenim per nos Deus cognoscit futura contingentia in se ipsis, quatenus ea cognoscit in illa veritate necessaria consensus v.g. Petri vel existet cras, vel non existet cras. Sed hec ratio est insufficiens. Ergo non redditur à nobis ratio sufficiens, ut Deus cognoscat futura contingentia in se ipsis. Consequentia est bona. Bemator videtur contingerre nostram doctrinam: nos enim ex eo probamus Deum cognoscere futura contingentia independenter à decreto: quia independenter à decreto modo existente est verum quod cras, vel existet consensus Petri, vel non existet: ac per consequens quod aliquid ex his extremis determinatum acceptum est verum. Nam vero minor, videlicet eam oppositionem contradictoriā non esse sufficientem rationem, ut cognoscatur determinatè unum extreum potius, quam aliud, facile probatur. Quia ea oppositio contradictoria non arguit ullum extreum determinate, potius quam aliud. Ergo in ea oppositione nequit cognosci unum extreum potius, quam aliud.

31. Respondeo negando maiorem: nos enim minime doces.

nus Deum etenim cognoscere futurum determinatē, v. g. con-
sensum, quatenus praeclissē cognoscit oppositionem contradicto-
riam inter consensum, & dissensum; sed solum dicimus ex oppo-
sitione consensus, & dissensus, inferri unum ex illis esse determinatē
futurum. Et ulterius docemus hanc veritatem: *vel consensus erit,*
vel non erit, consistere in uno ex iis extremitatē determinatē, ita ut
ali quando verificet hanc propositionem consensus, aliquando ve-
ro dissensus: & cum hæc veritas sit ante decretum, id est ante decre-
tum, vel est determinatē consensus, vel est determinatē dissensus;
& illud extrellum, quod est, cognoscit Deus in se ipso; non autem
in oppositione essentiali consensus, & dissensus. Ulterius addimus
hanc veritatem *consensus erit*, *vel non erit* esse necessariam quoad
speciem, nō autem quoad individuum: quia necessarium est, quod
vel detur consensus verificans eam propositionem, vel quod den-
tur dissensus eandem propositionem verificans; non tamen est ne-
cessus, quod verificetur consensu, potius quam dissensu. Deus ergo
non cognoscit, futurum contingens determinatē, neque in oppo-
sitione illa contradictoria, neque in necessitate quoad speciem
illius veritatis, sed in verificatio, quod de facto verificat eam
propositionem.

SECT. III.

Conciliatur scientia absoluta contingens cum libertate.

Diximus Deum ab æterno cognitione infallibili videre con-
sensum liberum Petri, v. g. in instanti B. & non caret dif-
ficultate quo pacto infallibilitas scientiæ cum humani consensu li-
bertate componi possit. Ratio difficultatis est: quia hæc cognitio
Divina essentialiter connectitur in instanti A. cum consensu futu-
ro in instanti B. ita, ut implicacionem involuat coniungi scientiæ
Divinam de consensu cum carentia consensus. Ergo existente hac
scientia, datur necessitas identificata cum ipsa scientia de eo, quod
existat consensus in instanti B. Ergo antequam adueniat instans
consensus, iam certum est Petrum fore consensurum in instanti B.
Et videtur non esse in mea manu id, quod ante meam determina-
tionem certum, & infallibile est fore extitulum. Confirmatur:
quia ad præteritū non datur potentia. Ergo non dabitur illa po-
testas in instanti B. (semel supposita scientia Divina in instanti A.)

adhoc, ut non sit scientia. Ergo neque ad hoc, ut non sit consensus, cum scientia à prædicto consensu nequeat separari.

Confirmatur vñterius, semel polita scientia de consensu, neque possum ponere carentiam consensus coniunctam cum scientia consensus: hoc enim implicationem involuit: neque video posse ponere huiusmodi carentiam dinisam ab hac scientia consensus: quia non possum facere quod non sit scientia, cum ad præteritum non sit potentia, ut dixi: Ergo nullo modo possum ponere carentiam consensus: præsertim, quia videtur Deus in suis actibus ab æternis conceptis extra humanam iurisdictionem constitui debere. Quod iterum confirmatur: quia impossibilitas alicuius extremi, à qua impossibilitate nullo prius modo me possum expedire, lredit meam libertatem. Sed à scientia Diuina de consensu, quæ est impossibilitas dissensus, non me possum expedire: Ergo eiusmo di scientia lredit meam libertatem.

33. Ut his argumentis solutionem adhibeamus, explicandum sensus diuisus, & etiam compositus, toties in nostris Scholis repetiti, necnon, & in alijs, licet diversa admodum acceptione. Potestas ad amorem v.g. in sensu composito alicuius extremi v.g. cognitionis, est potestas ad ponendum amorem coniunctum, seu coniungendo illum cum cognitione: & potestas in hac acceptione vecatar potestas ad simultatem: nempe ad faciendum, quod simul existant cognitio, & amor. Hæc potestas involuit, vel existentiam unius extremi simul cum potentia ponendi alterum modo prædicto, hoc est coniungendo illud cum alio extremo iam existente, vel involuit potentiam ponendi utrumque extreum, seu aggregatum utriusque. Primo modo potest homo ornatus gratia ponere actum honestum in sensu composito gratie: quia licet non possit ponere gratiam, tamen existit iam gratia constituenta illum potentem ponere actum supernaturalem coniunctum cum illa gratia. Secundo modo potest homo, qui intelligatur amans proximum, vel Deum: ponere amorem proximi in sensu composito amoris Dei: quia, licet in signo potestatis, neque intelligatur amor Dei, neque proximi amor; dat ut tamen in homine potestas, ut se determinet simul, tum ad amorem Dei, tum ad amorem proximi: ex quo sit potentiam ad ponendum B, in sensu cōposito entitatis A involvere, velexistentiam entitatis A, vel potestatem illud ponendisimil, cum potestate ponendi B. coniunctum cum A.

34. Potestas ad aliquod extreum in sensu diuiso alterius: v.g. potestas ad ponendū amorē in sensu diuiso odio est potestas cōiuncti-

gendi amore cum carexia odiū, & hoc etiā potest fieri duobus modis, vel quia iam supponatur ablatum odiū, eiusve carētia existēt; vel quia, licet detur odiū; datur tamen in voluntate potestas ad indiuisim ponendū amorem, & carentiam odiū. Primo modo qui carē prædeterminatione omnino necessitante ad amorem, est liber ad possendum amorem in sensu diuiso huiusmodi prædeterminationis necessitatis: quia licet nō possit determinare carentiam physicæ prædeterminationis; supponitur iam talis carentia, & simul potestas in voluntate ad amorem ut coniunctum cū tali carentia. Vnde potestas in hoc casu ad amorem in sensu diuiso prædeterminationis, involuit carentiam huiusmodi prædeterminationis. Secundo modo, qui cōsentit in instanti A, est potens dissentire in ipso instanti A in sensu diuiso consensus; quia, licet non habeat potestatē includentē carentiam consensus; habet tamen potestatem ad determinandum utrumque coniunctionem, nempe dissensum, & carentiam consensus.

35. Potestas hec in sensu diuiso nō vocatur potestas ad similitudinē consensus, & dissensus (siquidem prædicta simultas implicatio nē involuit, similiterque potētia ad illā, sed vocatur simultas potestatis: quia simul datur in homine potestas ad cōsensum, & potestas ad dissensum. Licet non potestas ad utrumque simul. Et non solum est simultas potestatum, sed etiam est simultas unius extremitatis, & potestatis ad alterum cum illo componibile: quia quando Petrus cōsentit libere, non solum coniungitur potestas ad dissensum cum potestate ad consensum verum cū ipso consensu.

36. Hoc supposito. Notandum erit quēlibet hominē libere cōsentientē in instanti A v.g. impedire quo minus Deus vidcat illū dissentientē in ipso instanti A. Hoc probatur. Eo modo, quo determinatur Deus ad videndum consensum, impeditur, ut videat dissensum. Sed Petrus cōsentiens libere in instanti A, in ipso instanti A determinat Deum, ut videat consensum pro instanti A. Ergo impedit quod videat dissensum. Minor probatur. Eo modo, quo determinatur Deus, ut videat consensum, determinatur, ut non videat dissensum. Sed in instanti A, à consensu libero determinatur ad videndum consensum. Ergo etiam determinatur ad nō videndum dissensum; sed determinari Deum ad non videndum dissensum, est impediti, quo minus videat dissensum. Ergo à consensu libero impeditur Deus quo minus videat dissensum eo modo, quo ab ipso consensu libero determinatur ad videndum consensum.

37. Pro priori etiam huius difficultatis, & aliorū similiū solu cione, distinguenda est triplex impossibilitas alicuius extremitatis, alia

Est absolute, alia est impossibilitas ex suppositione antecedente, alia
enique ex suppositione consequente. Impossibilitas absolute ali-
cuius extremi est quando extremit in se ipso involuit implicatio, &
seu duplex contradictoriū, v.g. chymera: chymera enim in se ipsa,
& independenter à qualibet suppositione, inauoluit implicationē, &
impossibilis est; quæ impossibilitas opponitur veræ, & reali potes-
tati respectu illius extremit, cuius est impossibilitas. Alia est impos-
sibilitas ex suppositione antecedente illud, cuius est impossibilitas.
Illa videlicet, quæ contingenter ex illens independenter omnino ab
extremo, siue carentia extremit, cuius est impossibilitas, connecti-
tur cum calce extremit. V.g. Physica prædeterminatio ad consensum, que
intrinsecè, & essentialiter in coniungibili est cuī consensu indepen-
derque omnino à dissensu, vel carentia dissensus à Deo potest conferri.
Hæc etiā tollit potestatē ad dissensum: quia illud extremit, quod
independenter ab exercitio libero dissentientis necessariū est dissen-
tienti, liberū non est: sed impossibilitas dissensus omnino antecedens
redit consensum consentienti independenter à suo exercitio libe-
ro omnino antecedenter necessarium. Ergo tollit, quod sit liber.

38. Impossibilitas consequens, siue ex suppositione conse-
quenti exercitium liberum, est quæ fundatur in ipso exercitio libe-
ro consensu, vel in aliquo ipsum exercitium liberum subsequente
v.g. impossibilitas consequens mei dissensus identificata, cum con-
sensi, vel cum aliquo subsequenti consensu: Hæc impossibilitas
dissensus, siue necessitas consensus, non tollit veram, & realem po-
testatem ad dissensum. Ratio est: quia cum tota hæc dissensus im-
possibilitas, & consensus necessitas, fundetur in exercitio libero
consensu, non tollit quo minus consensus libere exerceatur, cum
potius tale exercitium liberum supponat: sed libertas ad consen-
sum includit veram, & realem potestatem ad dissensum. Ergo im-
possibilitas dissensus consequens consensum liberum, non tollit ve-
ram, & realem potestatem ad dissensum, ac per consequens non le-
dit libertatem, ad consensum, vel dissensum.

39. His præsuppositis non admodum difficulter concilian-
tur inter se scientia Diuina ab eterno existēs de meo consensu in in-
stanti A, & quod ita libere consentiā in instanti A. vt habeā verā, &
realem potestatē in instanti A dissentienti: quia scientia Diu-
na de consensu, licet sit necessitas consensus, & impossibilitas dis-
sensus, est impossibilitas unius, & necessitas alterius ex suppo-
sitione consequente ipsum consensum: cum enim, vt supra di-
ctum est, consensus in instanti A determinaret Deum ad scientiam

de consensu, inde sit necessitatē consensus identificatā cum ipsa scientia, esse consequentē consensum, ut libere exercitū, propterea que non tollere libertatem illius. Deinde cum ille, qui libere consentit, determinet scientiā, poterit pro sua determinatione impeditre scientiā consensus, & determinare scientiā dissensus, ac per cōsequens, data huiusmodi scientia consensus, erit in homine potestas ad dissensum in sensu diuiso p̄dicit & scientiæ: hoc est impedīdo existentiam diæ & scientiæ. Ex quo etiam fieri simul cum scientia consensus esse potestatem ad dissensum, quod est esse simultatē scientiæ, & potestatis ad dissensum; non tamen esse potestatem ad simultatem dissensus, & scientiæ de consensu: Ex quo constat scientiam consensus, non tollere libertatem illius.

40 Nunc ad argum. in forma respondeo; conced. ant. nempe p̄dictā scientiā esse connexā essentialiter, & infallibiliter cū consensu: & distinguendo illud cōsequens primū. Ergo existente hac scientia datur necessitas. vel absoluta, vel ex suppositione antecedenti ad cōsensum: nego: datur necessitas cōsensus ex suppositione consequente ipsum cōsensum: cond. conseq. Et distinguo similiter secundū consequens. Ergo antequā adveniat cōsensus certū est me cōsensurū esse, distinguo: certitudine antecedēte tēpore, & natura meū cōsensum, nego, certitudine antecedente tēpore, & consequēte natura obiectiū meū cōsensum & ab illo determinata. cōc. cōs.

41 Ad confirm. resp. ad pr̄teritū nō dari potestia in sensu cōposito p̄teritionis; possē tamē dari in sensu diuiso: in casu, in quo posterius in tēpore sit prius siue antecedēt indeterminatione; qua ratione in nostro casu consensus, qui in tēpore subsequitur sciētiā diuinā, ut correspōdentē durationibus antecedentibus, antecedit in genere determinationis ipsam scientiā: siquidē determinat Deū ad huiusmodi scientiā cōcipiēdā. Ex quo inferitur negādā esse cōsequentiam; nempe nou dari in consentiente potestatem ad impediendā scientiam de consensu: ipsa enim, quā est potestas determinandi scientiam dissensus, etiam est potestas impediendi scientiam consensus. Placet hic notare axioma illud commune ad pr̄teritū non datur potentia posse intelligi non solum quatenus afferat non dati potentiam ad pr̄teritum cōponendo quod non sit pr̄teritū simul cum eo quod pr̄teritum sit; verū etiā in casu presenti possant intelligi absolute; ita tamen, ut non detur potentia ad id, quod absolute omnino pr̄teritum est, bene tamen possit dari respectu illius, quod licet pr̄teritum sit; tamen agens, seu quasi agens determinandum à c̄reatura, adhuc prout intrinsece,

& formaliter durans, ut eliciens actum præteritum, sit præ sens modo, quando determinandum est à creatura. Sic ergo, licet scientia Dei admittatur præterita, ex eo, quod sit existens ab æterno; cum tamen Deus quatenus intrinsecè, & formaliter durans ab æterno sit etiā durans hodie, ideo potest creatura hodie determinare Deum ut habeat scientiam ab æterno, quin absolute, & omnimodo derur in creatura potentia ad præteritū: siquidē Deus, ut cognoscens ab æterno intrinsecè, & formaliter nō est præteritus, sed existens hodie.

42 Ad secundam confirmationē: eodem modo respondeo falsum esse existente scientia mei consensus, non esse in me potestatem dissensus in sensu diuisio consensus. Datur enim in me prædicto casu vera, & realis potestas impediendi scientiam consensus, & determinandi scientiam dissensus: quia ad præteritum, modo supra explicato, datur potentia.

Ad tertiam confirmationem fatior tollere libertatem ad aliquid extrellum necessitatem, à qua agens non se possit expedire; nego tamen id euenire in nostro casu; quia, adhuc data scientia mei consensus, suus ego plene potens impedire talem scientiam, ut sapè dixi. Præter has rationes dubitandi.

43 Ob. i. Si voluntas, posita præscientia consensus, posset consentire libere, posset libere non falsificare præscientiam Dei. Sed voluntas, non potest libere non falsificare præscientiam Dei: Ergo voluntas, posita præscientia consensus, non potest libere consentire. Consequentia est legitima. Probo maiore, probaturus posse minorē. Consentire libere est non falsificare actum affirmantē consensum liberum. Ergo, si voluntas in prædicto casu posset libere consentire, posset libere non falsificate. Consequentia est bona, antecedens probatur. Consentire est non falsificate scientiam consensus: siquidem est verificare illam. Ergo libere non consentire, est libere non falsificare.

Probo iam minorem illam. Nec sapè voluntate non posse libere, non falsificare scientiam Dei. Sic igitur eam probo. Libertas ad nō falsificandā scientiā includit potestatē ad illā falsificandā, sed involuntate nequit dari potestas ad falsificandā scientiā diuinā. Ergo neque libertas ad eā nō falsificandā. Min. est certa. Cōsequētia legitima. Maior probatur. Libertas ad aliquod extremū est potestas ad utrumlibet contradictorium. Ergo libertas ad non falsificandum, est potestas, & ad non falsificandum, & ad falsificandum.

44 Respondeo dupliciter posse nō falsificare scientiā diuinā, vel reddendo illam conformem cum suo obiecto, vel impe-

diendo illius existentiam: quia non solum quando existit consonans non falsificatur; verum etiam quando absolute non existit. Rursum voluntatem libere, non falsificare scientiam potest (iuxta hoc presuppositum) intelligi dupliciter, nempe libere, non falsificare libertate versata inter falsificare, & non falsificare, vel libertate versa, inter unum non falsificare, & aliud non falsificare, voluntas ergo non est libera ad non falsificandum libertate versata inter falsificare, & non falsificare, sed inter non falsificare impediendo scientiam, & aliquid non falsificare reddendo illam formaliter veram.

45 Ob. 2. Si, posita scientia visionis de consensu, daretur vera libertas in voluntate, daretur potestas ad dissentendum posita scientia visionis consensus; sed implicat talis potestas. Ergo posita scientia consensus, non datur vera libertas in voluntate. Minor probatur: potestas ad dissentendum posita scientia consensus, est potestas coniungendi dissensum cum scientia consensus. Sed potestas ad talem coniunctionem est chymERICA: Ergo potestas ad dissentendum, posita scientia consensus, est potestas chymERICA. Respond. ly posita scientia consensus posse coniungi in propositione cum potestate ad dissensum, & runc verum est, posita scientia consensus, dari potestatem ad dissensum: quia sensus propositionis est, simul cum scientia de consensu datur in voluntate potestas ad dissensum, & verissimum est dari simul scientiam de consensu, & veram, & realem potestatem in voluntate ad dissensum. Potest etiam in propositione ly posita scientia consensus coniungi cum dissensu, ita ut sensus propositionis sit, voluntas potest dissentire coniungendo dissensum cum propositione scientie. Divisa de consensu, & sic explicata propositio falsissima est; quia potestas ad praedictam coniunctionem chymERICA est.

46 Hinc ad argumentum in formare respondeo. Si posita scientia consensus, daretur in voluntate vera libertas, daretur potestas ad dissensum posita scientia consensus: distinguo: daretur potestas ad dissensum, per simultatem scientia, & potestatis ad dissensum: concedo, daretur potestas ad simultatem dissensus, & scientiae consensus: nego maiorem. Et deinde distinguo minorem: implicat praedicta potestas: hoc est potestas ad dissensum simul existens cum scientia consensus in nego: potestas ad simultatem dissensus, & scientiae consensus, concedo minorem, & sub eiusdem terminis distinguendum est consequens.

47 Idem syllogismus alijs terminis potest aliter distinguiri in hunc videlicet modum. Si, posita scientia visionis de consen-

Iu, daretur vera libertas in voluntate, daretur potestas ad dissen-
sum, posita scientia consensus: in sensu composito talis scientia
nego; in sensu diuisio: concedo: & distinguo similiter minorem: im-
plicat talis potentia: si sit potentia ad dissensum in sensu compo-
site scientia consensus: concedo: si sit tantum potestas in sensu di-
uisio: nego.

48 Ob. 3. Nulla potest dari in voluntate potestas in hoc in-
stanti A, vt mundus non fuerit creatus; sed hoc ex nullo alio capi-
te potest provenire, nisi quia præexistit eius creatio: Ergo nunc in
instanti A nulla potest dari potestas ad faciendum quod non exti-
terit id, cuius existentia præexistit. Respondeo verum esse nunc,
vt res existunt, non posse dari in voluntate potestatem, vt mundus
non sit creatus; quia defacto mundus fuit creatus independenter
ab aliis liberis modo existentibus: immo aeterni liberi modo exis-
tentis dependent a serie causatum, quæ connexionem habent cum
mundi creatione. At vero considerata voluntate humana secun-
dam se, & Dei potentia, bene potest constitui. Voluntas humana
in signo apto, vt determinet Deum ad creationem mundi per exer-
citum voluntatis suæ, vt existentis in instanti A.

49 Explicatur hoc. Supponamus Deum prius decernere
existentiam voluntatis Petri pro sua duratione A: ita vt Deus mi-
raculose, & independenter ab aliis causis conservaturus esset Pe-
trum cum sua voluntate in instanti A, posteaque decernere Deum
create mundum quinquaginta seculis retro ante creationem Pe-
tri, casu quo Petrus videretur elicitus auctum amoris Dei in suo
instanti A; secus vero si non eliceret. In hoc casu posset Petrus
in instanti A facere quod mundus tot seculis precedens Petrum,
non crearetur; quia si libere non eliceret amorem, mundus non
crearetur. Ergo Petrus, facta hac suppositione, posset facere
quod mundus non crearetur: Ergo absolute id implicationem
non involuit.

50 Ob. 4. Nulla est potestas ad hoc, vt iam destructum non
extiterit (est enim ea potestas ad hoc, vt non extiterit, quod ex-
titit) Ergo in hoc instanti B. non est potestas, ad faciendum quod
reuelatio, quæ antecedenter exitit, & iam est destruta, de pecca-
to in hoc instanti, non extiterit; ergo neque ad hoc, quod non ex-
titerit predicta scientia. Probatur hæc ultima consequentia; quia
facto ne extiterit ea scientia visionis, sit etiam ne extiterit radi-
cta reuelatio, quæ necessario pendet ex tali scientia; quippe Deus
non reuelat facienda, nisi quæ facienda videt.

51 Ex principijs supra stabilitis huic obiectioni respondeatur distinguendo primum antecedens. Nulla est potestas ad hoc, vt iam destrutum non extiterit: in sensu composito de destructionis concedo: in sensu diuisio: ego antecedens: dari enim valer potestas, vt id, quod iam est destrutum, neque extiterit, neque destruetum fuerit. Vnde datur potestas modo ad faciendum, quod reuelatio, quia extitit de peccato hodierno, & iam est destruta, neque extiterit, neque destruta fuerit..

52 Ob. 5. Videri ex his certitudinē reuelationum labefactari: nam, posita quacumque reuelatione de mea salute, quia decessurus sim in gratia, adhuc contingens est, & in mea manu, & potestate, impediare predictam reuelationem: Ergo ipsa certitudo reuelationis potest impediiri. Sed certitudo pro mea libertate impedibilis nonne potest reddere omnino securum. Ergo reuelatio de quolibet euentu libero non tribuit omnimodam securitatem.

53 Primo, ut recte notat P. Gaspar de Ribad. apud omnes catholicos eadem est in re difficultas: quia possita, quacumque reuelatione de meo consensu instanti A, contingens est mihi, liberumque talem consensum elicere, ita, vt in mea manu sit elicere consensum, vel carentiam consensus. Ergo contingens erit oppositum illius, quod certitudine infallibili euenturum est: eo igitur modo, quo cum certitudine Diuina reuelationis de meo consensu, componitur me posse impidiare consensum, componitur etiam cum ipsa certitudine reuelationis potestas vera faciendi quod non extiterit reuelatio. Respondeo ergo: possita reuelatione de mea saluatione per deceplum in gratia, contingens est me non saluari: contingentia antecedenti, qua possit existere carentia saluationis in sensu diuisio reuelationis, non vero in sensu composito: ex quo inferitur certitudinem reuelationis coniungi cum potestate antecedente impediendi illam. Deinde certitudo quia pro mea libertate est antecedenter impeditibilis, potest me reddere omnino securum: quia, licet detur vera potestas antecedens impediendi illius existentiam; tamen infallibiliter consequenter certum est impedendum non esse quod sufficit ad me reddendum omnino securum.

54 Ultimo aduento hanc propositionem *in signo scientie consensus non datur vera potestas ad dissensum diuersimode intelligi posse.* Primo ita ut ennuntiet adueniente scientia de consensu destrui potestatem dissensus, siue in signo scientie dari carentiam potestatis vera ad dissensum, & in hoc sentia falsa est propositio, quia scientia non destruit potestatem, sed potius illam supponit: neque

in signo scientiaz datur vera carentia potestatis, cum potius illam intereat. Alium tensum habere potest praedicta propositio; nempe signum scientiaz, non esse signum potestatis: hoc est ipsam scientiam, qua est signum sui ipsius non esse potestatem ad dissensum, neque cum dissensu contingibilem; & sic accepta propositio verissima est. Siquidem scientia de consensu connexa est cum consensu, & incomponibilis cum dissensu. Quando ergo dicimus unum signum v.g. signum A. praescindere ab aliquo, siue illud aliquid non esse in signo A. solum dicimus signum A., & aggregatum entitatum quod componit signum A. distingui ab illo aliquo, a quo praecedit signum A. in hoc tenui dicimus signum consensus non esse signum potestatis ad dissensum; non quia, quando datur consensus, reuera desit potestas ad dissensum. Sed quia consensus distinguitur adaequate a potestate ad dissensum: & in hoc sensu dicimus, neque in signo cause esse effectum, neque in signo effectus existere causam; quia causa, & effectus realiter adaequate distinguuntur.

SECT. III.

Vtrum scientia visionis sit causa rerum?

55 **T**riplicem scientiam respicientem creaturas distinguimus in Deo: alia est, qua Deus cognoscit essentiam, & quidditatem rerum: hoc est: quae sunt predicata cuiusque rei constitutiva; siue quod, si res extiat, existet absque contradictione: quae scientia appellatur scientia simplicis intelligentiae. Alia est, qua Deus cognoscit a solute creaturam existere pro determinata differentia temporis, quae vocatur visio, sine scientia visionis. Et alia denique est, qua Deus cognoscit quid est, si haec, vel illa conditio indifferens apponitur, quae quidem est scientia conditionata contingens, & quam nos medium appellamus. Rursus scientia visionis alia est de eff. Atibus non liberis creaturaz v.g. de existentia celi: alia de effectibus libere procedentibus a voluntate humana: v.g. de consensu absoluto Petri.

56 In hac questione in primis non agimus de scientia conditionata, siue media. Nam qua ratione scientia media dirigatur Deum, partim diximus tract. de Prædest. quest. 2. partim intra dicemus, dum de Scientia Media varias questiones discutiamus. Alterius, cum certum sit Deum omnia operari per intellectum, &

voluntatem, certum similiter debet esse et creaturas per intellectum producere: nihil enim Deus producit, nisi cognoscendo quod producit; neque ad aliquid physicè concurrit, nisi voluntarie, taliter permisum. Quam obrem certum est scientiam simplicis intelligentie, qua cognoscat naturam, & conditionem illius rei, quæ producitur, prærequiri, ut saltem dirigentem Deum ad creaturam producendam. Quare solum potest esse quæstio de scientia visionis.

57 Verum neque in praesenti loquimur de effectibus nominib[us] liberis: an videlicet scientia visionis, sit causa illorum. Cum enim h[ic] effectus procedant per decretum absolutum: quod decretum, & est scientia sui, & effectus decretati, non dubito, quin effectus omnino naturales procedant a Deo per scientiam absolutam illorum: an vero haec scientia concurrat per modum imperij intellegibilis, vel solum quatenus virtualiter identificatur cum decreto; non est huius loci. Solum ergo nostra quæstio procedit de operationibus liberis creaturarum v.g. de consensu, & dissensu.

58 Ceterum cum nos, ut potissimum nostræ Scholæ fundamentum totis viribus contendamus, quamlibet suppositionem immediatè antecedentem, ad opus, & cum opere connexam, tollere illius libertatem: hocque, qua potuimus efficacia tract. de Prædestinatione ostenderimus: modo non est rejecienda causalitas scientie visionis. Ex eo quod scientia visionis connectatur cum obiecto, & haec connexio tollat libertatem: quia hoc est totam de libertate nostrorum quantum, questionem prolixe repetere. Sed nostram sententiam expressis Sanctorum P.P. verbis dumtaxat probabimus, argumentisque adversariorum, tum ab autoritate, tum à ratione peculiariter petitis, satisfacere curabimus.

59 Sit ergo nostra sententia. Scientia visionis potest esse causa remota liberae operationis creaturae: non tamen potest esse causa proxima immediatè influens in liberam operationem, ut Thomistæ contendunt. Prima pars huius conclusionis facile probatur ex nostris principijs ex professo stabilitis tract. de Prædestinatione. Nam Deus ex directione Scientie Media potest habere intentionem efficacem consensus salutaris: qua intentio, cum sit cognitio sui ipsis, cognoscit in se ipsa, quod consensus existet. Deinde de haec ipsa prædefinitio, que etiam est scientia visionis consensus, est causa determinans Deum ad ponenda media indifferentia efficiaciam, & consequenter est causa remota consensus. Ergo bene potest scientia visionis consensus liberum esse causa remota illius.

60 Secunda pars nostra conclusionis est scientiam visionis non esse causam proximam immediatam influentem in liberam operationem: & consequenter non esse propriam, & strictam causam actus liberi, nec actum liberum esse, quia a Deo cognoscitur; sed potius a Deo cognosci, quia est. Hanc sententiam defendunt ex Thomistis Magister Franciscus Romæus Illustrissimi Ordinis Dominicani Magister Generalis, qui libro de libertate verit. 8. circa finem huc habet apud Ribadeneira de scientia disp. 18 cap. 1. Illud non est prætereundum, quod si ad antiquos PP. te conuertas, repries pene omnes in hanc uiam conuenire sententiam; non ex eo quod Deus scit aliquid futurum, id circu futurum est, sed quia futurum est, Deus nouit qui est præscius futurorum. Sic enim locuntur Hieron. Aug. Orig. & Chrysost. & pierique orthodoxi DD. Magister Orlas lib. de quinque verbis Pauli contra Haereses verbo libertas, huc habet apud eundem Ribadeneira ibidem. Manifestum est, quod visio Dei, qua videt aliquem agere, vel non agere, non est causa talis actus, vel operationis: sicut homo videns incidentem per viam, non est causa illius incessus: ita, nec Dei visio causa operationum in nobis. Ex quibus recte inferri Ribadeneira non esse facile creditu grauissimos istos viros aululos vocare nostram sententiam manifestam, omniumque PP. Doctorumque orthodoxorum, si opposita ut expressa Diu. Thoma esset inter suos habitus, & recepta. Hanc eandem sententiam tenent communiter nostri; ideo nullum sigillatum refero. Quibus adhaerent Illustrissimus Episcopus Machin. artic. 9. disput. 25. & Auerla hic lect. 26. afferens hanc sententiam esse, sine dubio D. Thom.

61 Probatur hæc sententia primo auctoritate PP. expresse afferentium, non ideo res esse futuras, quia videntur a Deo, sed potius a Deo videri futuras esse, quia futura sunt. At si scientia visionis esset causa creaturarum, falso esset hoc PP. assertum. Ergo scientia visionis non est causa creaturarum. Consequens est legitima, & minor videtur eidens: si enim scientia visionis esset causa creaturarum, scientia visionis esset ratio a priori, quare existerent creaturae. Ergo existerent quia viderentur a Deo. Falso igitur id ipsum PP. Ecclesia negarent.

62 Iam vero PP. expresse afferere non ideo res esse futuras, quia a Deo videntur; sed potius a Deo videri, quia futurae sunt: constat ex innumeris locis, in quibus id discretissime afferunt. Damascenus dialogo contra Manichæos colum. antepen. Et quia

dem Dei præsentia, vera atque inviolabilis est; verū ipsa haud quia quam causa est, cur omnino fiat id, quod futurum est, quin potius, quia hoc, vel illud facturi sumus, id circopræcognoscit, quae ipsi minime grata sunt. Eusebius de præparatione Euangelica lib. 6. cap. 6. explicans concordiam præscientiæ Diuinæ cum libertate creata. Dicam etiam, si absurdum multis forsan videatur, id, quod futurū est, causa est, ut Deus euenturum illud præuideat: non ideo ergo sit, quia præsedit, sed quia futurum erat præscitur.

63 Sic explicat eandem difficultatem Iustinus cōtra Etni, eos in lib. quæst. contra Gentiles quæst. 58. Non est prænotio causa eius, quod futurum erat, sed quod futurum erat causa prænotionis: non enim prænotiū sequitur res futura, sed rem futuram prænotio. Origenes super epist. ad Rom. Non propterea aliquid erit, quia id scit Deus futurum; sed quia futurum est, ideo scitur à Deo antequam sit: & paulo infra, ut magis explicet scientiam Dei, non esse causam futuri, sed futurū independens esse à cognitione Diuina sic ait. Et si singamus Deum non præcognoscere aliquid futurum; tamen futurū sine dubio erit.

64 Eodem modo (nempe afferendo non rem esse, quia cognoscitur, sed cognosci, quia est) conciliant libertatem creatam cum præscientia Diuina ceteri PP. qui in hanc quæstionem inciderunt. Athanas. serm. de Passion. Domin. inter principium, & medium. Cirillus Alexand. lib. 9. in Ioan. cap. 10. & lib. 11. cap. 21. Epiphanius. lib. 1. Hæres. 38. Leo Mag. serm. 26. de Pas. cap. 2. Beda lib. variarū quæst. Gaudentius Brixiensis de Manducat. agni Paschal serm. 3. Hugo Victorino lib. 1. de Sacram. part. 2. cap. 22. Hieronym. Ezechiel 2. ad illa verba se fortè, vel ipsi audiunt, & si forte quiescant. Nemes. lib. 1. de natura hominis cap. 24. §. 3. & alij plures.

65 Haic argumento varias adhibent solutiones aduersarij: primo respondent ideo PP. negare illam causalem. Ideo res sunt futura, quia cognoscuntur à Deo: quia res non existit, quia cognoscitur à Deo: attenta præcise ratione scientiæ: hoc est: licet Scientia Dei sit causa creaturæ: non tamen secundum rationē scientiæ, vt sicut aliqua enim est scientia, quæ non producit, aut facit obiectum scitum, aut cognitum: nam aliqua est scientia, purè scilicet intuitiva. Quam obrem nou existit creatura, quia præcise cognoscitur, aut scitur: & hoc (aiunt) sufficit, vt absolute possit negari rem esse quia cognoscitur: siquidem non sufficit cognosci, vt sit.

66 Sed contra: nam (ut recte nostri DD.) de eadem scien-
tia, de qua negant SS. PP. esse rationem existendi creaturas, affir-
mant habere ipsas creaturas pro ratione existendi. Sed de scientia
Dei secundum prædicatum scientia Diuinæ, ut sic, non affirmant
PP. neque affirmare possunt habere creaturas pro ratione existen-
di: siquidem scientia, qua Deus se cognoscit habet rationem scien-
tia. Ergo PP. dum negant scientiam Diuinam esse rationem exis-
tendi creaturas non loquuntur de scientia Diuinæ, ut sic, sed de scien-
tia eorum creaturarum.

67 Secundo quia PP. de ea scientia negant esse causam res-
rum, de qua asserabant Gentiles tollere libertatem: siquidem PP.
hac doctrina putabant fieri satis arguento Gentilium existimati-
um scientiam Diuinam de futuris absolutis componi non posse
cum eorundem futurorum contingentia, & libertate. At qui Gen-
tiles solum scientiam absolutam creaturarum existimabant liber-
tatis inimicam. Ergo SS. PP. de scientia absoluta creaturarum, &
non de scientia, ut sic, negant esse causam creaturarum.

68 Tertio: quia iuxta Originem. *Etsi singamus Deum non
præcognoscere aliquid futurum, tamen futurum, sine dubio erit.* Er-
go de mente Originis est præcognitionem futuri, ut futuri, non
esse causam futuri.

69 Respondent secundo aduersarij: scientiam absolutam
consensus Petri futuri v. g. duplicum habere respectum, & ad de-
creta, cui innititur, & ad consensum ipsum, quem reprezentat
ut existente in sua duratione. Prædicta scientia secundum res-
pectum ad consensum dicitur scientia visionis, & speculativa; qua-
tenus autem respicit decreta, dicitur scientia approbationis, &
practica. Quando igitur PP. negant scientiam esse rationem exis-
tendi creaturas, loquuntur de scientia, secundum respectum ad ip-
sum futurum, secundum quem respectum constituitur scientia vi-
sionis, & speculativa; non autem loquuntur secundum respectum
ad decreta, secundum quem respectum est scientia approbatio-
nis, & practica.

70 Hoc ipsum clarius, & expeditius explicat Illustrissi-
mus Godoy assertendo, nimis in scientia Dei, & esse rationem
imperij, & rationem representationis. Scientia igitur Diuinæ est
causa rerum secundum quod est actus imperij: quia Deus (iuxta
hunc authorem, & plures alios Thomistas) omnia per imperium,
quod est ipsum Dei verbum, operatur, iuxta illud: *Verba Domini
celi firmatis sunt.* Ceterum actus Diuinæ intellectus, prout repre-
sentat-

Sentatio, & visio ipsius creaturæ futuræ, non est causa futrum: quia
sunt hoc respectus supponit, tum decretum, tum imperium, tum ip-
sum futurum: ideoque predicta scientia, non est practica; sed pure
speculativa.

71 Viterius addunt, non eo sensu, quo PP. concedunt fu-
turum esse consensum v. g. esse rationem scientiæ Diuinæ, in eodem
negare scientiam visionis esse rationem, quare consensus sit fu-
turus; quia consensus, solum est ratio scientiæ Diuinæ illatiuæ, qua-
tenus videlicet ex consensu libero inferritur Deum cognoscere con-
sensum; & in hoc sensu affirmatur à P. patribus. At vero, dum negat
scientiam esse rationem, quare existat consensus, id negant (loquè-
do de scientia prout strictè scientia visionis est) in sensu reali, &
causatiue.

72 Hec solutio displiceret, quia non est, nec potest esse ad
mentem PP. quād oquidem hac doctrina quacunque ratione ex-
plicetur, eorum responsio ad Gentilium, & Hæreticorum argumen-
tum redditur omnino insufficiens, quod sic ostenditur.

73 Ex eo Gentiles, & Hæretici celebant scientiam Diuinam
aduersari libertati humanae, quia Scientia Diuina, ut pote es-
tentia libera, infert necessario obiectum futurum v. g. conuen-
sum: & videtur libertas, & contingentia subdici, dum ante libertas
exercitium, ad existentiam futuri intelligitor infallibilis deter-
minatio. SS. PP. Ut huic apparenti rationi satisfacant, afferunt
ex eo Scientiam Diuinam nullatenus officere libertati consensus,
qui à non est ratio existendi consensum; sed potius ē conuerso cō-
sensu est ratio existendi Scientiam Diuinam. Ergo eatenus PP.
coasulunt humanæ libertati: quatenus negant scientiam illatiuam
consensus esse rationem existendi consensum. Si ergo predicti
Authores, licet negent Scientiam Diuinam prout respicientem cō-
sensum, vel prout videnter illum, causare consensum; concedant
camen scientiam Dei, vel prout dicentes respectum ad decretū,
vel prout habentem rationem in imperij; si, inquam, concedant scien-
tiā Dei secundum hunc respectum consideratam, & esse illatiuā
infallibilitè consensus, & esse causatiuam illius, concedunt plane
id ipsum, quod PP. Ecclesie iudicant negari debere, vt Gentiliū,
& Hæreticorum rationi adhibeatur responsio.

74 Declaratur ultiarias. PP. dñm vt Gentilibus respon-
deant, negant scientiam illatiuam consensus esse rationem existen-
ti consensum tacite admittunt, quod si daretur scientia illatiua
consensus causans consensum, tolleret libertatem consensus. Ergo
solu-

Solutio, qua secum permittit dari scientiam consensus illatinum, & causatum, est solutio, qua enervat responsonem Patrum, & quæ argumentum Gentilium relinquit in sua vi, vt illa fuerit. At qui solutio, qua solum negat scientiam secundum unum dumtaxat respectum, & non secundum alium, esse causatum consensus, patitur secum scientiam illatinum consensus, & eiusdem consensus causatum, nempo quatenus induit rationem imperij, vel scientie approbationis. Ergo solutio, qua solum negat scientiam secundum unum dumtaxat respectum, & non secundum alium, esse causam consensus enervat responsonem PP. & relinquit in sua apparentia Gentilium, & Hæreticorum rationem.

75. Confirmatur vterius: quia PP. vt explicent concordiam infallibilitatis Diuinae præscientiae cum humana libertate, sape vtuntur exemplo visionis nostræ, quæ nulla prorsus ratione influit in obiectum vñsum. Ergo dum negant scientiam Dei illatinum consensus esse rationem existendi consenso, absolute, & simplicitè negant vlla prorsus ratione scientiam Dei consensus illatinum in consensum influere.

76. Gonetus liberius, quam Viro pio, & religioso parerat, audet respondere hanc similitudinem visionis corporeæ, qua PP. vtuntur esse popularem, & ad vulgi captum accomodatam: & ea solum intendere declarare. Scientiam visionis in Deo non esse obscuram, & ænigmaticam, sicut est cognitio Prophetatum, sed clarissimam, & perfectissime intuituam, vt est visio oculi corporei.

77. Non potest negare Gonetus, nisi id ipsum, quod oculis corporeis videamus, audacter neget, PP. dum hac similitudine vtuntur, disserit pronuntiate hoc exemplo explicari, qua ratione libertas humana scientia Divina non iadatur. Ita præter alios ipse Sanctus Thomas opulculo contra errores Græcorum cap. 10. vt citat, ipsius Doctoris Angelici vñbare referens, ipse Gonetus disp. 4. art. 2. num. 25.

78. Ergo, dum dicit PP. non intendere explicare hanc concordiam, vel negat verba, quæ ipse met refert, vel docet PP. solum sentire illa similitudine explicari claritatem visionis Diuinae; lectis vero libertatem humanam, quoniam, tametsi hoc secundum præsentem: hoc exequuntur, non quia eis ea explicatio videatur solida, & viris doctis, qualis est Gonetus, probanda; sed est quia popularis, & ad vulgiares, quales nostras putatae, accommodata.

79 Secundum, quod addam in solutione, videlicet, in hac propositione aduersaria: *Non ideores sunt futura quia à Deo videntur, sed ideo videntur, ut future, quia sunt futura primam partem accipi in uno sensu, & secundam in alio longe diuerso, ex terminis ipsis videtur falsum, & Patrum authoritati plurimum detrahens; ex inde enim inferetur PP. Obscurè, implexè, imò, & ineptè procedere, dum in una, eademque propositione diversis acceptationibus vterentur, quæ minime ex contextu discerni valerent.*

80 Viterius id ipsum efficaciter refellit: quia PP. vt sepe diximus, hac ratione nituntur explicare infallibilitatem scientiæ Diuinæ nullum, vel minimum humanæ libertati præiudicium afferre. At quod ex futuritione consensus inferatur per legitimam consequentiam scientia Diuina, dum scientia Diuina humanæ non subiaceat libertati, nihil minuit difficultatis. Ergo Patres, iuxta hanc solutionem, vtuntur responsione inepta ad difficultatem propositam evacuandam. Minor, quæ sola posset in dubium verti, facile probatur.

81 Inferi scientiam Diuinam ex consensu per bonam consequentiam, solum probat connecti consensum cum scientia. Sed præcise connecti consensum cum scientia illius, non arguit libertatem consensus. Ergo predicta illatio non probat, imò nec leviter suadet libertatem, quam PP. intendunt. Minor probatur. Eodem modo connecteretur consensus cum scientia, si scientia per modum naturæ insueret necessitando, sicut effectus necessarij etiam inferunt scientiam Diuinam de eorum existentia, existentia que cuiuslibet effectus existentis, non pro libertate creata, connectitur necessario cum scientia Diuina illius. Ergo hæc connexio, si ué illatio inutilis est ad inferendam libertatem in sensu.

82 Tertio respondent alii PP. in textibus allegatis posse intelligi de scientia simplicis intelligentiæ; non autem de scientia visionis: quem admodum enim, dum nobis obiciuntur alii authitates in quibus dicitur, vt infra videbimus, non Deum res scire, quia sunt, sed ideo esse, quia cognoscuntur, id nos interpretamur, non de scientia visionis; sed de scientia simplicis intelligentiæ. Cur (inquit) illis, non licebit similem expositionem adhibere, & vt iisdem licentia eos interpretandi? Præsertim (addit Gonetus) quia cum in his locis interrum Patrum contra Manichæos sit statuere concordiam inter scientiam Diuinam, & libertatem humanam, quando dicunt non res est quia sciuntur: potius videntur loqui de scientia simplicis intelligentiæ, quam visionis: quia scientia simplicis

cis intelligentiæ, ut pote necessaria, magis ad speciem huianæ op-
ponitur libertati.

83 Sed contra. PP. dum contendunt Diuinam præscien-
tiam non officere humanæ libertati, de illa præscientia loqui de-
bent, de qua poterat esse difficultas, & quam Gentiles, & Hæreti-
ci libertati opositam existimabant. Cum autem præscientiæ even-
tus futuri, & non eius præcise possibilis tatis, contenderent nostræ
fidei aduersarij humanam libertatem destruere: de scientia absolu-
ta enentus, & non de scientia simplicis intelligentiæ intelligi de-
bent, nisi omnino extra rem loqui impudenti temeritate dica-
mus. Præsertim: quia quod difficultatem Hæreticis, & Gentilibus
ingerebat, hoc duxerat erat. Qua ratione scientia Dei infallibili-
ter connexa cum eventu futuro, & existens in Deo per totā æter-
nitatem ante existentiam eventus ut in sua duratione: qua, inquam
ratione, hæc determinatio antecedens tempore eventum, connexa
que intrinsecè & essentialiter cum eventu, componi possit cum
eo quod in tempore detur vera libertas ad eventum? Hæc est ra-
tio, quæ adeo difficilis illis visa fuit, ut Ciceronem, & alios eximij
ingenij vitios lumen fidei destitutos, in turpissimum errorem la-
bre compulerit. Quia ratio difficultatis minimè in scientia simpli-
cis intelligentiæ reperiatur, ut pote, quæ nullatenus cum eventu, ut
absolutè futuro, potius quam cum eius defensione connexa sit.

84 Ceterum quando PP. aliqui afferunt res esse, quia à
Deo cognoscuntur, nullum est argumentum probans PP. loqui
de scientia visionis in sensu ab aduersarijs intento: ino eis, positi-
uum fundamentum ad intelligendos PP. de scientia simplicis in-
telligentiæ, vel quod, si loquantur de scientia visionis, solum ne-
gent Deum cognoscere creaturas per species à creaturis accep-
tas, ut infra videbimus. Maneat ergo fixum, ut cuilibet patet
authoritates Patrum à nostris adductas non praædicata causa
legenti, eos, dum libertati humanæ prospicientes afferunt in
eius defensione res non esse quia à Deo noscuntur, sed potius à
Deo cognosci, quia sunt: loqui, non de scientia simplicis intel-
ligentiæ; sed de scientia visionis, vel absoluta eventus futuri, quæ
Gentiles, & Hæretici humanam exercere libertatem impia teme-
ritate proferebant.

85 Quarto respondent aduersarij PP. dum absolute
dicunt, non esse res, quia cognoscuntur à Deo, loqui de pecca-
tis futuris: quæ quidem non sunt, quia cognoscuntur à Deo: quia
cum scientia, quæ est causa rerum, sit scientia Dei prout invenit

decreto, & prout habet rationem imperij; & neque decretum, neque imperium Diuinum sit de peccatis: ideo peccata, non sunt, quia cognoscuntur à Deo.

86 Sed contra. Primo: si hæc propositio negativa, licet solum loquatur de peccatis intelligatur de ratione antecedente, quare sint peccata, ita ut sensus sit præscientia Dei, non est ratio existendi peccata; in eodem etiam sensu intelligetur aduersaria, videlicet: ideo Deus cognoscit peccata, quia dicitur peccata, & consequenter, iam aliquid creatum esset ratio à priori Scientiæ Diuinæ: quod nulla ratione concedunt aduersarij.

37 Secundo: P.P. dum hanc doctrinam tradunt, ea, ut sepe diximus, contendunt ostendere præscientiam Diuinam esse coherentem cum humana libertate. Dum ergo ad conciliani dan libertatem negant esse causam peccati, eo est, quia tentiunt, quod si scientia causa foret peccati, libertatem ad peccandum euerteret. Ergo si Scientia Diuina esset causa operis boni, pari iure operis boni periret libertas. Ex quo colliges, quod, licet P.P. loquantur solum de peccatis, attamen, ut ostendant absque necessitate committi, vt vntum ratione generali, nimis etiam scientiam, quæ non est causa obiecti; sed potius datur, quia datur obiectum, non tollere libertatem, quantumcum cum obiecto cogito intrinsecè, & essentialiter conneatur.

88 Tertio impugnatur eadem solutio: quia iuxta Origenem, ita Scientia Diuina non est causa eventus futuri; et si singamus Deum non præcognoscere aliquid futurum, tamen futurum sine dubio erit. Atqui hoc probat non solum scientiam non esse causam formalis peccati, verum, neque materialis. Ergo adhuc, si loquantur P.P. de peccatis, non potest Thomistæ doctrina salva consistere. Minor probatur. Deus per suam scientiam visionis, vt innitentem decreto, causat iuxta Thomistas materiales peccati, & in hoc decreto materialis peccati cognoscit Deus formale peccati. Ergo deficiente hac scientia, non esset materiale peccati. Ergo neque formale, quandoquidem formale in materiali quasi in radice fundatur. Ergo, ut vera sit doctrina Origenis, videlicet, quod, nisi deficeret scientia, non deficeret peccatum, opus est quod scientia Diuina non sit causa peccati, adhuc, quoad materialia.

89 Quarto denique impugnatur tradita solutio: quia plures PP. expresse loquentes, tam de actibus bonis, quam malis tradic-
dant doctrinam generalem docentem non res esse; quia praesciuntur, sed praesciri. quia sunt. Ita inter allos clarissime Damascenus dialog. contra Manichaeos col. ante penult. Vbi, postquam distin-
guit inter opera libera, & necessaria, assicit Deum ea, quae necessa-
ria sunt, praedefinire (omnino antecedenter) opera vero libera bo-
na, & mala expresse comprehendens. Deus ea (inquit Damascen-
sus) quae voluntarie a nobis futurae sunt, hoc est ea, que in voluntate
nostrae sunt, nimis virtutem, ac vitium, praesciens: ea Deum
prædefinit, quae in arbitrio nostro minime consistunt, & post
paucā subdit, ut ea quae facturi sumus præsciat, a nobis perfici-
tur. Tandem concludit quod ex eo verum est D̄um videre pecca-
ta, quia erunt: quia inuenit saliter loquendo de actibus hiberis,
Deus cognoscet, quia erunt; & non est converso. Et quidem (sub-
lungit) praescientia Dei vera atque inviolabilis est: verum ipsa haud
quaquam causa est, cur omnino fiat id quod futurum est, quin potius,
quia hoc vel illud facturi sumus, id circa præsegit, quæ ipsi minime
grata sunt.

90 Ob hæc, & alia testimonia, quibus aperte loquuntur PP. non solum de peccatis; verum etiam de actibus bonis, &
indifferentibus: respondent vltimo aduersarij PP. solum negare
scientiam Diuinam esse causam totalem, & impedientem liber-
tatem, non vero esse causam attemperatam humanæ libertati, &
cooperantem cum illa, ut se determinante determinatione secun-
di liberi. Quam solutionem confirmant ex D. Thomæ ques. 2. de
verit. art. 14. ad 1. Vbi hæc habet loquens de Origine expresse do-
cente nostram sententia n. Dicendum est quod intentio Originis est
dicere quod scientia Dei non est causa, quæ inducit necessitatem in-
ficio, ut ex hoc cogatur aliquid evenire.

91 Verum hæc iolutio authoritatib[us] PP. plurim vi-
detur detrahere: nam ex ea fieret PP. adeo inepte arguere, ut
assumarent pro medio id ipsum, quod probare contendebant.
Facile ex dictis hoc colligitur. Quoniam intentum PP. ut & ipsi
aduersarij fatentur, est ostendere praescientia infallibilitatem
humanæ libertati non opponi, nec humanam, voluntatem à
Diuina praescientia necessitari. Eigo conclusio, quam PP.
assevere, & stabilitate nituntur, hæc est. Praescientia Diuina
non necessitat humanam voluntatem. Sed, iuxta aduersarios,
ad hanc conclusionem probandam assumunt PP. pro medio

præscientiam Diuinam, non esse causam impedientem libertatem. Ergo ipsam conclusionem assumunt pro medio ad eam stabilendam: quod quidem alienum est à præstantissimo Sanctorum PP. ingenio.

92. Nec D. Thomas verbis adductis nostris aduersarijs consentit: verum enim est Origenis intentum in prædictis verbis esse nostram libertatem cum Diuina præscientia conciliare. Facto quidem eō tendere, tanquam in conclusionem Origenis verba, minimè tamen obinde dicendum est in eis verbis Originem assumere pro medio scientiam Dei non necessitare, sed potius, ut conuineat exclusionem necessitatis, ut, ut medio ad id probandum, res non esse, quia cognoscuntur. Hac quippe ratione verba Origenis argumentum continent: alia vero; non argumentum, sed repetitionem conclusionis continerent.

93. Quod vero addit S. Thomas, nempe Originem, dum dicit Deum cognoscere res quia res erunt, id solum dicere in sensu illatio, quatenus ex rebus inferri scientia Dei, ita intelligo, ut D. Thomas nolit Originem dixisse res cognoscere physice causam scientiæ Diuinæ, sed solum inferre illatione quidem excludente veram causalitatem physicam: non autē negavit illationem antecedenter obiectivæ, sed respectu huius præcisius se habui, ut infra videbimus.

SECT. V..

Soluuntur aduersariorum argumenta ab autoritate deposita.

94. **O**bijcitur r. D. August. lib. 13. confess. cap. 38. ubi haec habet. Nós itaque ista que fecisti videmus quia sunt, tu autem quia vias, ea sunt. & nos fari si videmus quia sunt, & intus, quia bona sunt, tu autem ubi vidisti facta ibi vidisti facienda. Et lib. 15. de Trinit. cap. 13. Uniuersas creaturas corporales, & spirituales, non quia sunt, id est, nouit Deus, sed id quia sunt, quia nouit. Ergo iuxta Augustinum id est res sunt, quia videntur à Deo, ex quibus verbis hic saltem potest consici discursus. Ecce si dem verbis, quibus aliqui PP. dicunt Deum cognoscere obiectum, quia obiectum est, & non è contra, aliij PP. inter quos. Magnus Augustinus dicunt res esse, quia cognoscuntur à Deo.

& non econuerso. Ergo, cum nos P.P. contra nos allegatos cum latitudine, nostræ sententia non præiudicante, benigne interpretar. Cur aduersarijs ad interpretanda verba, quæ nos illis obijcimur, non licebit eadem ut latitudine, & benignitate?

95 Si hic discursus, vt iacet, vim haberet, plerumque, nisi in rebus fide certis, authoritas P.P. inutilis redderetur, cum sapientius, si verba specie tenus accipiantur, opposita videantur docere. Ut ergo, & veritati consulatur, & Patribus debita exhibeat reverentia, eorum, quæ tradunt, ex fine, & contextu Iesus est erendum. Igitur Divus Augustinus lib. 15. de Trinit. cap. 13. vbi magis nobis videtur oppositus, contendit scientiam Dei non esse, in tempore adquisitam, nec res scire, quia eis ab alio dicit. & id. o initio capit. Nunquid (ait) Deus Pater ea ipsa quæ non per corpus quod est ei nullum, sed per se ipsum fecit, aliquando ab aliquo didicit, aut nunc ijs, vel testibus, vt easiret, indigerit? Non utique. Et paulo intra, Non ista ex aliquot tempore cognouit, vt noſſi ſa futura omnia temporalia, at que in eis etiam quid. & quando ab illo petitur, riferueramus, & quos & de quibus rebus, vel ex auditurus, vel non ex auditurus effici, sine initio ante praescrivit. Pollea etiam probat diversitatem inter nostram scientiam, & diuinam, quia nostra distinguuntur a nobis, scientia vero diuina est ipse Deus. Quæ autem scientia Dei est ipsa & sapientia, & quæ sapientia, ipsa essentia, sive substantia.

96 Ex his omnibus in unum collectis, teneo Augustinum contendere Deum non habere scientiam temporalem, & verē, & physicę causatam à rebus: immo, cum realiter scientia Dei sit realiter ipse Deus, scientiam Dei esse physicę causam omnium rerum, cuius Deus est causa: non quia scientia Diuina sumpta quoad denominationem aſtramentis, secundum illam etiam terminacionē, & prout distinguitur virtualiter ab ipso Deo, causæ tres futuras; sed quia vox, & realiter accepta caruet.

97 Itaque sensus Augustini hic est: Deus minime accipit in tempore scientiam à creaturis, nec creatura vila potest causare scientiam Diuinam: immo tam longe absit à talie causalitate creaturacum, vt potius scientia Dei, ut pote, quæ est ipsa essentia Dei causet creaturas. Hic est sensus verborum Augustini, vt constat ex capitis fine, & contextu, sincere & ingenuo examinatis.

98 In eodem sensu intelligo D. Hieronymum lib. 20. mōral. cap. 23. ubi ait. Quæ sunt non ab aeternitate eius; ideo videntur, quia sunt, sed id est sunt, quia viscentur: & lib. 33. cap. 6. Non enim

Scientia videndo creat, existentia videndo continet. Quidquid ergo creator, non videt, essentia subsistendi caret. Itaque Augustinus, & Gregorius in his, & alijs similibus testimonij solum intendunt Deum in tempore non accipere scientiam causatam à creaturis, sed potius scientiam Divinam realiter, & physicè acceptam, ut propter à Deo indistinctam, causam esse creaturarum.

99 Ex his colliges non prohibito; sed maximo cum fundamento, nos authoritates PP. nostra interpretari sententia. Nam, cum dum Patres dicunt ideo Deum cognoscere res, quia sunt, &c non è contra: intendant explicare rationem, quare infallibilitas præscientie non oponatur humanæ libertati; & hæc ratio non aliter vim habeat, nisi quatenus scientia contingentium ab ipsis contingentibus determinetur: ideo opus est afferere Patres in his verbis docere existentiam futurorum esse rationem (objectivam) à priori, quare à Deo cognoscantur; non vero scientiam, ut videnter, creaturas esse rationem, quare ex illant. Vtterius cum, dum assertunt, ideo res esse quia à Deo cognoscuntur, & non è contra: solum velint declarare Deum non adquirere scientiam temporalem causam à rebus, quia scire Dei est suum esse, & ad hanc veritatem stabilendam sufficiat scientiam Dei entitatine acceptam causare creaturas, creaturasque minime causare verē, & realiter scientiam, id eit co hac solum explicatione sit satis textibus allegatis, quin opus sit ulteriori explicationem innenire.

100 Sed instant. PP. non solum dicunt in genere, scientiam Dei esse rationem existendi creaturas; sed signanter affirmant res esse quia à Deo videntur: At videri res non dicit scientiam præcissè entitatine acceptam; sed quoad denominationem videndi. Ergo iuxta PP. scientia quoad denominationem scientiae visionis est causa rerum:

101 Respondeo r. cum D. Thom. sub nomine visionis, & sub nomine videnti non semper intelligi scientiam visionis, prout à scientia simplicis intelligentie distinguitur; sed posse scientiam necessariam, seu simplicis intelligentie visionis nomen fortiri. Nihil prohibet, (ait S. Thom. quest. 2. de verit. art. 6.) aliquando omnem scientiam diuinam visionem dici: aliquando vero solum illam, qua est præteriorum & futurorum.

102 Respondeo secundo paulo aliter: de ipsa scientia visionis verē dici esse entitatine acceptam causam rerum: nec opus est, quod quando prædicamus aliquid de visione Diuina, siue de scientia visionis, id prædicemus de ea reduplicatiæ præsentim,

quatuor.

Quando sensus ex antecedentibus, & subsequentibus non obscure colligitur.

103 Aliorum PP: verba nobis obiectantur, quæ exiguum, vel nullum continent difficultatem. Et enim obiectur nobis Chisolog. serm. 34. loquens de muliere, quæ sanguinis fluxum patiebatur. Vbi ad illa verba conuersus Iesus, & videns eam, &c. hæc ait. *Vidit eam diuinis oculis, non humanis; vidit, ut saluti redderet; non ut agnosceret, quam sciebat, vidit eam. Donatur bonis, malis caret, quem viderit Deus.* Verum hæc verba parum ad rem sunt: nam in eis Christus, sub nomine visionis, non quancumque scienciam intelligit, sed eam, quæ coningitur cum aff. & beneficiendi: ino ut ex ipsis verbis constat, non rigore scholastico adstrictus; sed eloquentia licentia vtens, vocat visionem cogitationem Diuinam, de ægritudine, ut sanet; de malis ut libetet: & de laboribus, ut eis ablatio reddat felicem. Non ergo (ut verum fateor Ivenit in mentem Chisologo Deum terminam eam ab insinuante liberaliter per scientiam visionis de iam recuperata sanitate.

104 Minus ad rem est, quod obiectit Gonetius, nimirum PP. docere Christum plures sanas infirmos per suum vivificum aspectum, & salutarem visionem. Sed hoc omnino extra rem est.

105 Nam quod oculis Christi D. vis inerit sanandi infirmos, vel ita erat, ut physice causaret sanitatem per aliquam physicam vietatem, vel quia Deus se solo sanaret, quos Christus respiceret. Et in uno, & altero caso prior esset, saltem natura, sanitas recepta, quam visio ipsius sanitatis: nec opus est quod visio, quæ consuetudini relinqueret esset, quæ ipsam salutem videret. Adde hos esse effectus necessarios, & non liberos, nosque in praesenti quaestione loqui non de effectibus necessariis, sed de effectibus humanæ voluntati immedietè liberis.

106 D. Thomas putant aduersarij adeò clare pro eius parte, ut solum contentionis iudicio possit negari. Sed re ipsa falluntur: quia clarissimis aliquibus in locis nostra haueat sententia, & verba quæ contra nostram opponuntur sententiam facilem, & expeditam habent interpretationem.

107 Pronobis statu S. Th. non obscure colligitur ex aliquibus locis. Primo nā d. Doctor in 1. dist. 38. q. 1. art. 1. in corpore expressè assertit quod sicut est causalitas artificis per actionem suam, ita consideranda est causalitas Diuinæ scientiæ. Sed causalitas scientiæ artificis duxit at est per modum directionis ad opus efficiendum. Ergo causalitas Diuinæ scientiæ soluta

et per modum directionis. At qui scientia dirigens non est; quæ representat opus factum, sed qua ratione opus debeat fieri, ut ex terminis ipsis est evidens. Ergo scientia Divina, quæ est causa rerum, est quæ representat qua ratione debeat produci qualibet creature. Sed hæc non est scientia visionis, sed simplicis intelligentie, ad quam spectat cognoscere naturam finis, & mediorum. Ergo scientia Divina est, quæ à Diuo Thoma assertur causa rerum non autem scientia visionis.

108. Secundo quia hac quest. 14. art. 8. ait S. Doctor, quod scientia Dei est causa rerum secundum quod habet voluntatem coniunctam. At qui scientia huiusmodi non est scientia visionis, sed scientia simplicis intelligentie. Ergo iuxta D. Thomam scientia simplicis intelligentie; non autem scientia visionis est causa rerum. Minor probatur ex his, quæ infra docet; nempe, quod illa scientia est causa rerum, quæ cum sit indifferens ad opposita, ex determinatione voluntatis prodicit determinatum effectum. At qui scientia ex se in determinens, & habens voluntatem coniunctam, ut per ea non determinetur; est scientia simplicis intelligentie: nam scientia visionis se ipsa est determinata & nonquam est indifferens. Ergo scientia simplicis intelligentie est, iuxta S. Thomam causa rerum, non autem scientia visionis.

109. Objetetur t. D. Thomas in t. dist. 29. qua s. 1. art. 1. ad 5. ubi hic scribit. Licet s. & scire D. i. sint idem secundum rem tamen scire sequitur voluntatem ut imperatum ab ipsa esse autem nos & ideo s. s. non subiaceat libertati voluntatis, sicut scire operæ tium creature. Et a. t. 2. ad 1. cire diuinum respectu futurorum est subiectum libertati voluntatis. Ex quibus verbis hoc conficitur argumentum. Scientia subiecta libertati Diuinæ voluntatis, non est scientia simplicis intelligentie, sive necessaria; sed est scientia visionis, utpote contingens contingencia libertatis Dei. Sed scientia operativa, & causativa rerum, quæ appellatur scire operæ tium, est, iuxta D. Thomam, subiecta Diuina libertate. Ergo scientia, quæ est causa rerum, est scientia visionis. Ergo res sunt quia à Deo videntur; non autem videtur quia sunt.

110. Objetetur secundo idem S. Doctor cum in hac questione, tum quest. 2. de verit. art. 14. ad 1. Vbi adductis verbis Origenis à nobis pro nostra sententia allegatis nimis. Non propterea aliquid erit quia id seit Deus futurum sed quia futurum est ideo seitur à Deo, antequam sit. Respondet quod Origenes locutus est attendens rationem scientia, cui non competit ratio causalitatis, nisi adiun-

adiuncta voluntate, quia explicacione ita efformatur argumentum.
Iuxta D. Thomam causalitas negatur scientiae Diuinæ secundum quod non habet adiunctum decretum. Sed scientia secundum hanc considerationem est scientia simplicis intelligentiae. Ergo scientia simplicis intelligentiae, negatur causalitas in res futuras. Ergo non scientia visionis.

111 Respondeo verissime dici scientiam Diuinam solum causam e prout haber adiunctum decretum, non quia scientia causans, vel decreto innatur, vel ab ipso deriuatur, sed quia, ut scientia sit causans in actu secundo, requirat decretum scientia posteriorius modo quo scientia dirigens artificem non causat articulum, nisi accedat voluntas efficax utendi praedita sententia, huc notitia. Hinc deducitur eam scientiam simplicis intelligentiae causantem medio decreto ad naturam effectum accommodato esse necessariam, & non subiectam libertati Diuinæ quoad esse. Siquidem Deus non est liber in habenda, vel non habenda tali scientia: cetera non liberam, & divino domino subiectam, quoad munus causandi, & operandi, quandoquidem non ei conuenit causare, nisi prius habet adiunctam voluntatem: in quo sensu loquitur S. Thomas, dum ait scire operatum esse subiectum Diuinæ libertati, hoc est inesse actu operantis, & causantis. His politis.

112 Ad tertium argumentum in forma distinguo maiorem: scientia subiecta libertati Diuinæ quoad esse, & representare, est scientia visionis, concedo: scientia solum subiecta quoad munus operandi, & non quoad esse, vel quoad representare, est scientia visionis; nego maiorem. Et distinguo minorem. Scientia causalita rerum est, iuxta D. Thomam, subiecta Diuinæ libertati quoad munus producendi, concedo: quoad esse, vel representare nego minorem. Et nego consequiam.

113 Ad secundum argumentum respondeo eodem modo. Iuxta D. Thomam negatur causalitas scientiae Diuinæ, prout non habet adiunctum decretum: causalitas in actu secundo, concedo: causalitas in actu primo, seu virtus causandi, nego maiorem: quia scientia simplicis intelligentiae secundum se considerata habet vim causatiam, non tamen ad causandum se sola; sed adiuncto decreto. Deinde: concessam non: distinguo consequens. Ergo scientia visionis negatur causalitas in actu primo: nego: causalitas in actu secundo, sub distinguo, deficiente decreto, concedo: præterente, nego consequiam. Et distinguo ultimum consequens. Ergo non negatur à D. Thoma causalitas scientiae visionis præscindendo.

do à scientia visionis in predictis verbis concedo; concedendo
scientię visionis aliquam causalitatem; nego consequentiam.

SECT. VI.

Soluuntur argumenta à ratione.

114. **O**b. i. Scientia, etenus dirigit voluntatem, quatenus illi ostendit, quod decernendum, & producendum est. Sed decernenda, & producenda est existentia rerum, & non pura possibilitas. Ergo scientia dirigenſ Deam ad producendam creaturam, et ea, que a deo id ei eius existentiam; sed scientia visionis est, que attingit existentiam; non autem simplex intelligentia, qua solum attingit possibilitem. Ergo scientia visionis, non autem simplicis intelligentiae est causa rerum. Minor subsumpta probatur, tunc ex D. Thomae serente hic quæst. art. 9. ea quæ nec sunt, nec fuerant, nec erant attingi scientia simplicis intelligentiae, ea vero, quæ aliquando sunt attingi scientia visionis. Tumetia, quia Theologici appellant scientiam simplicis intelligentiae. Cognitio eorum, quæ nec sunt, nec fuerunt, nec erant. Hanc rationem appellat Gonetius plane deinde intratram, sed re vera nihil aliud demonstrat, quam terminorum ignorantiam, quæ Gonetius, & pluribus alijs in locis, tam inane generat confidentiam.

115. In primis. Si hoc argumentum est plane demonstraret plane ante omne decretum de existentia. V.g. consensus Petri, debere esse in Deo scientiam visionis eiusdem consensus, quod est implicitorum. Sequela facile probatur eodem arguento. Nihil Deus potest decernere, quin præ cognoscet, quod decernit. Ergo Deus nullo decreto effici potest decernere existentiam consensus Petri, quin præ cognoscet eius modi existentiam decernendam. Sed cogitatio existentia est, iuxta aduersarios, scientia visionis. Ergo Deus ante quodlibet decretum de existentia consensus Petri, debet habere scientiam visionis huiusmodi existentiae. Ergo non solum ante decretum executium, verū etiam ante decretum pure intentiu, & in quo nascitur scientia visionis, haberet Deus scientiam visionis.

116. Respondeo ergo falsoissimi esse, nec apud Thomistas vlla protinus ratione defensabile, scientiam simplicis intelligentiae, & scientiam visionis ex eo inter se distingui: quia scientia visionis attingat ex parte obiecti existentiae: scientia vero simplicis intel-

ligentia,

Intelligentie eam existentiam ex parte obiecti non attingat, ut diximus, dum has scientias inter se comparamus: tum, quia existentia, non distinguitur ab essentia rerum: tum quia (admodum distinctione inter essentiam, & existentiam) negari non potest scientiam simplicis intelligentie, ut dirigentem Deum propterea ad omne decretum de existentia, cognoscere debere existentiam, qua discernenda est. Tum denique, quia cum de ratione scientia simplicis intelligentie sit cognoscere quidquid Deus potest facere, ut potens fieri à Deo, non potest non cognoscere existentiam rei, ut potens ponit absolute in rerum natura.

117 Ad probationem de sumptuante D. Thoma respondet 1. D. Thomam docere ea, quæ aliquando sunt attingi à Deo per scientiam visionis; non tamen negare ea ipsa, entitatem accepta attingi per scientiam simplicis intelligentie, nō affirmando quod sunt; sed solum quod possunt esse.

118 Respondeo 2. Sæpe sapius, id, quod se tenet ex parte modi ponit quoad verba ex parte prædicati, tametsi reuera illa diversitas, non se teneat ex parte prædicati; sed ex parte modi res piciendi prædicatum, & ideo ea verba non debere intelligi in sensu materiali, sed in formali. Hac ratione dum intellectus, & lumen gloriae concutunt ad visionem dicuntur lumen concutere ad vitalitatem; non autem ad supernaturalem: non quia intellectus nō attingat, siue proximæ, siue remote, à quo modo præscindo, supernaturalitatem, & inuenit vitalitatem; sed quia lumen non concutrit, ut principium vitale, siue vitalitate, neque intellectus, et principium supernaturale. Par ratione in nostro easi potest discerni: tamen simplicis intelligentie attingere, quæ iniquam sunt, nō quia non attingat ex parte obiecti, quæ aliquando sunt; sed quia ex parte modi non attingit affirmando, quod aliquando sunt. Et in hoc sensu est vera explicatio, quam adducit Gonetus scientia simplicis intelligentie, & visionis: aliter vero manifeste falsa, & ab omnibus neganda.

119 Initabis. Iuxta D. Th. q. 2. de verit. art. 9. ad 2. tota distin-
cio scientia visionis, & scientia simplicis intelligentie, nō se tenet
ex parte Dei; sed tantum ex parte obiecti, & connotati materialis.
Ergo debet assignari diuersum obiectum scientiarum visionis ab eo quod
attingitur per scientiam simplicis intelligentie. Cum ergo proprium
obiectum scientiae visionis sit existentia, hanc non attinget scientia
simplicis intelligentie. Sed scientia diligens ad existentiam ponendam,
attingit eandem existentiam. Erit ergo scientia visionis, &
non simplicis intelligentie.

Res-

ADA



120 Respondeo D. Thomam, tam in hac parte, quam ubi dicit nullam esse distinctionem, decretoru n. & voluntatum, nullamque inter ea prioritatem, & posterioritatem, nisi ex parte obiectorum, ita intelligendum est, non, ut neget distinctionem, aut ordinem virtutales aliunde prouenire, quam formaliter ab obiectis. Hoc enim non congruit cum doctrina D. Thomae distinguente per rationem cum fundamento in re plures actus Diuinos ex solo modo tendent ad idem obiectum? Ut intentionem, & electionem scientiam, & decretum, &c. Sed solam ita, ut doceat nullam esse distinctionem realem actuum diuinorum tenentem se ex parte ipsorum; sed, si aliqua sit distinctione realis, solum esse extrinsecam desumptam ab obiectis, quod vero semper scientia visionis, & scientia simplicis intelligentie, distinguuntur ex parte obiectorum, non definit Sanctus Doctor.

121 Ob. 2. Deus producit creaturas per actum imperij. At imperium pertinet ad scientiam visionis. Ergo Deus producit creaturas per scientiam visionis. Respondeo quidquid sit de effectibus naturalibus, de quibus modo non est qualio: nego quod est. Actus liberi producantur per imperium Divinum, sine voluntatis sine intellectus: quia solum producuntur per decretum indifferens applicantium omnipotentem, quod decretum determinatur ab ipsa libera voluntate ad concordandum ad unum extreum, potius quam ad oppositum.

122 Ob. 3. Scientia, quae est causa rerum debet esse libera, alioquin res necessario, & non libere producentur a Deo. Item scientia quae actus est causa rerum, debet esse determinata, & consequenter per se supponere decretum. At qui scientia simplicis intelligentie non est libera, neque determinata, sed necessaria, & indifferens ad effectum, & eius carentiam. Ergo non est causa in actu secundo.

123 Respondeo scientiam, quae est causa operationis liberae creature, neque debere esse in se liberam Deo, cum sit scientia necessaria, neque adhuc in operando debere esse libertam Deo formaliter, & immediatè; sed tantum mediataè, quatenus liberum est Deo conferre libertatem, quam videt coniungendam cum consensu. Quia non alio modo praedita scientia est libera Deo in operando, nisi quatenus est libera Deo operatio immediate libera creature, cum igitur operatio creature non sit immediate libera Deo; sed tantum mediata in applicatione causarum indifferantium, quae previduntur operatur, si apponuntur: ideo scientia hac

hac ratione, & non alia, est liberta in operando. Deinde hæc scientia debet esse determinata ad operandum in ipso signo operacionis, non vero antecedenter simpliciter, ne tollant e medio libertas; bene tamen potest aliquando praedicta scientia esse determinata ad operandum determinatione extrinseca scientia, & consequente Scientiam Medium: quando nimirum Deus pro posteriori ad Scientiam Medium praedestinat consensum liberam creaturæ.

124. Instant aduersarij, ut scientia ex se indifferens ad opus, & eius carentiam, sit causa determinata operis non sufficit decretum indifferens. Ergo requiritur decretum absolutum, & efficax. Antecedens probatur. Est causa operis, seu verificari remesse, quia à Deo cognoscitur; requirit scientiam esse determinatam ad opus, quia requirit quod ex scientia inferatur opus: aliter enim non est vera propositio causalis. Atque scientia simplicis intelligentiae adhuc, ut coniuncta cum decreto indifferente, non infert opus. Ergo ut scientia sit causa operis, ita, ut verum sit opus existere, quia à Deo cognoscitur, non sufficit decretum indifferens. Confirmatur, quia indifferens, & determinatum inter se opponuntur, & unum oppositum non est causa alterius. Ergo cum scientia simplicis intelligentiae adhuc prout coniuncta cum decreto indifferente, sit indifferens ad opus, non poterit causare determinationem ad opus. Ergo scientia causans non est scientia simplicis intelligentiae, ut pote indifferens; sed scientia visionis, quæ est determinata ad opus.

125. Respondeo quod, ut scientia in actu secundo sit causa operis, non sufficit decretum indifferens, quodlibet alio sceluto; requiritur enim ipsa determinatio voluntatis ad opus iron, ut existens propriori, sed ut existens pro signo ipsius operis. Ex quo minime deducitur requiri decretum absolutum, & efficax: quia, ut detur opus nulla requiritur determinatio realiter antecedens ad opus. Deinde nego, quod ut verificetur remesse, quia à Deo cognoscitur requiratur bonitas illationis operis ex scientia, solum enim requiritur conductitia scientia, ut sit opus ut paret in hac verissima propositione. *Homo peccat qui tentatur, & tamen lapsus non inferatur legitime ex tentatione.*

126. Ad confirmatoriem respondeo indifferens, & determinatum non opponi inter se, quia id ipsum, quod est indifferens, potest, vel a se, vel ab alio contingenter determinari. Similiter dicenscum est id, quod est indifferens, esse indeterminatum, non absolute;

solutè; sed solum præcisiuè; hoc est non habet determinationem intrinsecam, & essentialem sibi; non tamen excludit aliam determinationem, vel ex propria libertate, vel aliunde contingenter illi prouenientem.

127. Ob. 4. Deo, ut supremo rerum artifici, debet concedi perfectior directio ex cogitabilis, si repugnantiam non inuoluat. At perfectior directio est per scientiam visionis, ut pote clarus distinguit, & cognoscit obiectum: & ex alio capite repugnat non involuit predicta directio. Ergo Deo tribuenda est. Consequentia est bona, & maior ex terminis evidens. Minorem vero putant aduentarij sufficienter solutione argumentorum probari. Unico verbo respondeo scientiam visionis non esse causam immediatam operis liberis (quidquid sit de alijs effectibus natura-ribus, & necessariis) quia quilibet causa immediata operis conexa cum illo, est necessitas operis simpliciter antecedens opus, & consequenter tollens potestatem ad oppositum: ut constat ex generalissimis principijs circa naturali libertatis.

128. Ob. 5. Illud, quod habet suam perfectionem per adæqua-
tionem ad alterum, se habet ad illud, ut mensuratum ad mensuram
etenim mensura est id, cui res debet ad æquari, ut sorciatur perfe-
ctionem sibi debitam. At cognitionis, qua non facit, sed supponit suum
obiectum; ne mēscientia visionis, habet perfectionem ubi debita-
ta, veritatem scilicet, & certitudinem, per ad equationem, & con-
formitatem cum illo: ideo enim est vera, & certa, quia illi adæqua-
tur, & non è contra. Ergo pendet ab obiecto quantu ad veritatem,
& certitudinem. Ne ergo ita penderat, debet scientia visionis non esse,
quia est obiectum; sed potius esse rationem, quare obiectum exi-
gitur.

129. Respondeo scientiam Diuinam habere veritatem, &
certitudinem transcendentales; nempe determinationem sibi intrin-
secam, & essentialem, ut obiectum sit, uti representatur, & ut actus
sit representatio, uti est obiectum realiter, & verè. Ulterius ha-
bet actus Diuinus veritatem, & certitudinem sibi extrinsecas, fui-
datas nimirum in ipso obiecto, ut distincto ab actu. Hanc ve-
ritatem, & certitudinem extrinsecas habet actus formaliter ab
obiecto: certitudinem autem, & veritatē intrinsecam habet actus
formaliter à se; non autem ab obiecto: quod vero hæc ipsa perse-
ctio actus pendat in genere obiectuo ab ipso obiecto, incon-
veniens non est, ut satis ostendimus tota quest. 4. huius tractatus.

130. In calce aduentarius, quod dum dicimus scientiam
simpli-

simplicis intelligentia esse causam & actionis liberae v. g. Consensus. Per hoc duplex est intelligitur. Primo in genere praecise dicitur, si uno, quatenus videlicet Deus directus scientia simplicis intelligentia de natura, tum operationis libertate, tum mediorum, quibus hic consensus poscit a creatura obtineri, adhibet media, quibus obtineatur consensus. In hoc casu (praeceps quo cumque alio in fluxu) dicitur scientia simplicis intelligentia ratio existendi consensum, videlicet ratio remota in genere directivo, quatenus dicitur Deum, & ad unum consensus, & ad potesta media, ut consensus obtineatur. Non tamen secundum hanc considerationem scientia simplicis intelligentiae constituit causam proximam, sed proximam potentiam ponendi consensum.

131 Secundo potest intelligi scientia simplicis intelligentiae ratio physica immediata productionis creatorum. Cum enim omnipotentia immediate influat, & scientiam simplicis intelligentiae non sit opus dei, inguere virtualiter ab omnipotenti de cunctis scientiam simplicis intelligentiae realiter, & virtualiter sumptum, licet non per rationem nostram, concurrendo physique inmediate ad consensum ex determinatione liberae creaturae.

SECT. VII.

De Ideis Divinis.

132 Ideam communiter definitur. Forma obiecta intellectui intra ipsum existens, ad quam respiciens artifex operatur. In primis dicitur forma id est illud est, in quo efficiuntur, sive explicitantur praedicata rei efficienda: qua proprie. Forma in praedicta definitione, idem sonat, ac expressio. Additur obiecta intellectui ad differentiam habituum, & pecierum impressarum, quae subiectantur in intellectu; non vero ei obiectantur. Tertius dicitur: intra ipsum (intellectum) existens, ad distinctionem exemplarum extenorum, quae artifices obsequulos ad imitandum sibi proponunt. Denique dicitur: ad quam respiciens artifex operatur, quia idea causa est exemplaris, quam interdit artifex imitari. Quia Ideas Divinas plura dubitancur ab Authoribus; quae certe omnia pure de nomine sunt: ideoque nos ab eis breviter expediemus, ut ad difficultiores de Scientia Media questionis procedamus.

133 Primo dubitatur quid sit *Idea Diuinæ*? Prima sententia tenet esse Diuinā cognitionem terminatam ad ipsum opus efficiendum ita P. Vazquez hic disp. 72. Martinò disp. 12. de scie-*tia* sc. 4. num. 24.

134 Secunda sententia docet *Ideam* esse creaturam cognitam à Deo. Ita Durand. dist. 36. quest. 3. Ocham. & cū eo No-*minalis* dist. 35. quest. 5. & alij apud Vazquez i. p. disp. 72. cap. 2. Averroë i. p. quest. 15. sc. 3.

135 Tertia sententia docet *Ideam* esse ipsam creaturam, ut menti Diuinæ obiectam, non secundum proprium esse intrinse-*cum*; sed prout habet quoddam esse diminutum extra Deum, per actum Diuini intellectus ab eterno productum. Ita Scotus in i. dist. 35. quest. 1. §. ad ista.

136 Quarta sententia tenet *Ideam* esse Diuinam essentiā, ut continentem in se creaturas. Ita communiter Thomistæ, & plures ex nostris. Verum hæc sententia diversimode explicatur. Aliqui enim tenent eo essentiā sufficienter habere rationē *Idea*, quatenus gerit manus speciei, & prout comparatur ad intellectū Dicinum permodum formæ intelligibilis illum astantis. Alij quatenus essentia, ut cognita, ducit in cognitionem creaturatum, ut causa, quæ continet enīm etiam creaturas, ut terminum omnipotentiaz, præscindendo ab eo, quod habeat aliquam imitabilitatem passiuam, vel aliquam similitudinem cum creaturis. Alij sententia essentia, ut cognita, ducit in cognitionem creaturarum nō solum quatenus creature termini sunt omnipotenz; verum etiā, ut sunt Diuinæ essentiaz aliqua imitatio, & similitudo. Alij denique addunt creaturas videri in essentia, quatenus in ea, ut in speculo limpidissimo, clarissimè repræsentantur; & ob hanc rationē essentiam Dicinam induere rationem *Idea*.

137 Quinta sententia tenet essentiam esse *Ideam* quatenus essentia Diuina est ipsa actualis intellectio, & intellectio Diuina in se reflexe cognita cognoscit similitudinem expressam creatu-*rum*.

138 Sexta denique sententia docet *Ideam* esse Verbum Dicinum, quia Verbum Dicinum est imago, & similitudo obiectua omnium obiectorum, quæ ab ipso distinguuntur, & in ipso repre-*sentantur*. Has ultimas sententias tenent aliqui, quos suppresso nomine refellit. P. Ruiz de Montoya de scientia disp. 82. sc. 9.

139 Hæc quæstio fere tota denominata est: deo breuiter, & sine contentione meum sensum aperiā, seu potius sensum aliqui-*rum*

rum loquutionem explicabo; & hæc explicatio erit totius quæstionis resolutio.

140 Verum notandum est 1. nihil aliud intelligi cōmuniter nomine idēx, quam id, quod menti obiectum, dum agens rationale aliquid opus efficere aggreditur: etenim operari sine idēa est operari sine consilio, & temere, ita ut fortuito, hoc opus præ alio efficiatur: quem ad modum qui proiicit talos, non consilio, aut ratione, sed omnino fortuito hanc sortem, præ alia conspicendam præberet. Solum igitur requiritur ad operandum cum idēa, ut is, qui operatur tibi menti proponat opus efficiendum, ita ut consilio, & ratione, in operis efficientia ducatur.

141 Notandum est 2. Philosophos diversimodè sentire circa modum, quo nostra cognitio in obiecta non præsentia feratur. Aliqui enim, præsertim RR. tenent nostram cognoscere obiecta non præsentia, ita immediatè, ut nullum aliud sit obiectum medium inter cognitionem, & obiectum reale, ad quod cognitio terminetur; sed omnino immediate terminatiu[m] obiecta quantumvis non præsentia in se ipsis attingere. Alij sunt, qui censem intellexum cognoscere sua obiecta in aliquo esse obiectu[m] menti obiecto; ad quod intellectus se conuertit, & in quo obiecta realia, præsentiæ absentia, dicitur attingere. Siue hoc esse obiectuum sit ipsa cognitionis a se ipsa attacta, ut aliqui velant, siue terminus aliquis productus, & attactus à cognitione, quod sit verbum mentale, siue quidnam aliud.

142 Notandum est 3. plurimos esse Authores, qui, licet cognitionibus creatis regere terminari necessario ad verbum aliquod; quod sit expressio obiectua eorum, quæ cognoscuntur; cognitioni tamen diuinæ necessario concedendam censem verbum obiectuum: quia censem non aliter explicari ratione Verbi in diuinis, iuxta modum loquendi Scripturæ, & PP. nisi asserendo Deum non aliter cognoscere obiecta, nisi producendo Verbum, in quo, ut in expressione obiectua omnia cognoscantur. Alij Authores aliter sentiunt, & iudicant sufficienter explicari rationem Verbi, quin asseratur esse similitudinem obiectuum omnium quæ à Deo cognoscuntur, & in qua Deo omnia represententur His suppositis.

143 Sit nostra r. conclusio. In sententia absolute negante Verbum Diuinum esse similitudinem obiectuum eorum, quæ à Deo cognoscuntur, in qua Deus omnia cognoscat, sufficienter saluatur ratio Idēx Diuinæ in ipso obiecto efficiendo, quatenus cognito. Explicatur hæc conclusio. Ad rationem Idēx hæc requiri-

runtur. 1. Quod menti obiectatur. 2. Quod sit intramentum. 3. Quod ad eam artifex respiciat cum operatur. 4. Iuxta explicationem plurius, quod eam intendat artifex imitari. In primis obiectum efficiendum menti obiectetur, ut supponimus. Deinde praedictum obiectum est intra mentem Diuinam obiectiuem. Tertio denique artifex non solum ad obiectum respicit cum operatur, verum etiam intendit imitari praedictum obiectum, ut est in mente: id est intendit illud exequi, ut illud cognoscit. Ergo obiectum ut cognitum est. Idēa.

144. Confirmatur. Qui proponit sibi in mente opus faciendum, dicitur habere Idēam, & operari cum Idēa. Si ergo ad proponendum sibi opus efficiendum, sufficiat cognoscere opus, opus ut cognitum est Idēa, & nihil aliud ad Idēa rationē requiretur. Nec requiritur ad rationem Idēa, quod ipsa Idēa, entitatiū accepta, sit physicē in mente Diuina: hoc enim sine fundamento discitur: cum sufficiat quod sit obiectiuem, ut absolute possit dici esse in mente Diuina. Viterius, nec requiritur quod artifex intendat imitari Idēam specificatiū acceptam, seu entitatiū simplicem, sed obiectiuem: hoc est reduplicatio ut cognitam, quatenus intendat artifex exequi opus, modo, quo sibi propositum est.

145. Nec obstat frequenter appellari à Patribus Idēam, Diuinam cognitionem: quia cum obiectum sit Idēa, non à te ipso; sed formaliter à cognitione: hinc sit obiectum esse Idēam ut quod cognitionem vero esse Idēam ut quo. Et cetero, cum apud PP. tam apud Scholasticos, cognitione, & obiectum, ut à cognitione attingendum, eodem nomine appellantur. Ita hoc nomen ratio aliquando significat obiectum, quod attingitur: aliquando cognitionem attingentem: & apud D. Thomam hic terminus res intelligentia, & significat obiectum intellectum, & etiam frequentissimè speciem, tām impressam, quam expressam.

146. Ex quo colligere licet Idēam dicere, tam obiectum, tām scientiam simplicis intelligentia practicam: PP. autem aliquando Idēam appellare obiectum connotando cognitionem: quia loquuntur de Idēa ut quod; aliquando vero appellare cognitionem Diuinam resipientem obiectum exequendum, quia loquuntur de Idēa ut quo. Dum autem D. Dionibus 5. de diuinis nominibus, ait Ideas nominari in Theologia prædictiones Diuinæ, & bonis voluntates existentium prædeterminatas, & effectuas, secundum quas substantialis essentia omnia prædisserunt, & produxit loquuntur de Idēa ut quo: hoc est de cognitione

ne practica, reduplicatiue ut practica: quia ita considerata involvit voluntatem operis exequuntiam.

147 Sit 2. Conclusio. In sententia afferente Deum omnia cognoscere in verbo, ut in similitudine, & expressione obiectum omnium obiectorum (de quo ex profecto agemus tract. de Trinitate) dicendum est Verbum Diuinum esse, propriissime loquendo Idem Diuinam. Imo hanc sententiam absolute docent plures PP. quos citat P. Ruiz de Montoya de Scient. disp. 81. sect. 1. non procul à principio, & de Trinit. disp. 111. sect. 5. qui quid m. intelligentiis loquuti sint, & rigorose, & non per quandam appropriationem, ut absque sufficienti fundamento interpretatur ipse Ruiz de Montoya de Scient. disp. 82. sect. 9. num. 3. Facile probatur nostra conclusio. Iuxta hanc sententiam. Verbum est ratio cognita à Deo, ad quam respiciens operatur, intendens eam imitari: siquidem intendit, exequi obiectum, quale apparet in Verbo. Et ergo Verbum propriissime loquendo Idem omnium, quæ à Deo facienda sunt.

148 Dubitatur 2. An sicut plures Idæ in Deo? Respondeo quod, si nomine Idæ intelligatur obiectum ut cognitum, tot sunt Idæ ex sumpta ut quod sunt obiecta a Deo cognita ut factibilia: quæ omnia virtualiter realiter Idem habet ut quo causatione, qua scientia simplicis intelligentiae una realiter est. Si vero in Verbo Diuino Idæ considerare dicatur, unica realiter Idæ erit in Deo: imo & una virtualiter: quia Verbum Diuinum, ut Verbum possibilium, nullam virtutalem patitur distinctionem; sed tantum nostro modo concipiendi; quia Verbum possibilium proportionem seruat cum scientia simplicis intelligentiae, ex qua procedit. Cumque scientia simplicis intelligentiae unica virtualiter sit: ita & Verbum ex ea procedens.

149 Dubitatur 3. Quorum obiectorum habeat Deus Idem. Respondeo eorum obiectorum, quoniam Deus causa est, saltem in actu primo. Cù igitur omnes creaturas à peccato distinctas Deus causare possit, inde fit omnium creaturarum, quæ malitia moralis expertes sunt, esse Idem in Deo. Nec in his dubijs, quæ ad minimum significacionem tandem reuocantur, ulterius opus est immorari: praesertim cum nobis maneat grauissima de-

Scientia Media examinanda

questiones.

(II)

QUÆST. XII.

An detur in Deo notitia certa, & infallibilis conditionatorum contingentium?

Breueriter hanc quæstionem absoluam, quia iam ferme nullum est inter Catholicos dissidium cum hac tempestate omnes, vel etiam Dominicani cognitionem conditionatorum contingentium in Deo defendant.

SECT. II.

Non nulla præmittuntur, & status quæstionis proponitur.

Premitto 1. Duplicem posse distingui, ut supra diximus, conditionata notitiam: alia dicitur conditionata ex parte actus, & absoluta ex parte obiecti: alia contra conditionata ex parte obiecti, & absoluta ex parte actus. Notitia conditionata ex parte actus, & absoluta ex parte obiecti, dicitur absoluta affirmatio, quæ existeret, si daretur aliqua conditio. Hac ratione, si daretur prædestinationis lumen, daretur in Deo absoluta affirmatio eiusmodi prædestinationis. Hec igitur notitia dicitur conditionata ex parte actus, & absoluta ex parte obiecti. Notitia vero absoluta ex parte actus, & conditionata ex parte obiecti, dicitur, quæ absolute existit, & affirmat conditionato modo suum obiectum v. g. *Si Petrus vocetur auxilio A consentiet.*

Premitto 2. Scientiam conditionatorum contingentium, vocari eam, quæ aliquid contingens affirmat: non absolute, sed sub aliqua conditione indifferente ad id, quod affirmatur, & eius oppositum. V. g. hic actus: *Si Petrus vocetur auxilio A coniungibili cum assensu, & dissensu, defacto dicit consensum.* Hec igitur scientia vocatur scientia conditionati contingentis: quia non affirmat absolute consensum Petri contingentem; sed conditionare: & non ut cuncte conditionate: sed sub conditione ad consensum, & dissensum indifferente: nimirum sub conditione vocationis coniungibilis;

nam cum consensu, quam cum dissensu. In hoc actu id, quod affirmatur sub conditione dicitur *conditionatum*, & id, sub cuius conditione affirmatur dicitur *hypothesis*, sive *conditio*. Quia propter in propositione predicta vocatio indifferens est *hypothesis*, seu *conditio*, & *Petri* consensus est *conditionatum*.

3. Præmitto 3. Hanc scientiam conditionalem, prout ad nos spectat, varie diu di posse: nimirum, & ex parte temporis affirmati, & ex parte modi affirmandi coniunctionem conditionati cum hypothesis ex hypothesis suppositione. Ex parte temporis affirmati triplex est scientia, utique de praesenti, preterito & futuro; quia pro quolibet ex his temporibus potest affirmari. De praesenti, ut in hac: *Si Petrus nunc vocatur vocatione A. consentit nunc.* De preterito, ut in illa, que continetur in Euangelio: *Si Tyrus vididit opera Christi penitentiam egisset.* Et denique de futuro, ut in propositione, que communiter circumfertur. *Si Anti-Chriſtus puer auxilio A. operabitur bene.* Nam vero vius obtinuit, ut valgo obiectum conditionatum contingens appelletur sine discrimini futurum conditionatum, & scientia illius scientia futuri conditionati contingentis.

4. Ex parte modi affirmandi coniunctionem conditionati, & hypothesis triplex est scientia: alia pure coniunctua: alia non pure coniunctua. Affirmatio pure coniunctua est, qua præcise affirmatur conditionatum pro casu hypothesis, quem vello modo affirmetur hypothesis, ut rationans, aut conducens ad conditionatum. V.g. *Si Gallus cantet Matri, Turca conuertetur.* Scientia non pure coniunctua est, qua affirmat conditionatum pro casu hypothesis, affirmando si niliter hypothesis non impetrinatur; sed coniuncter se habere respectu conditionati v. g. *Si Petrus vocetur auxilio A. consentiet alientiae huiusmodi auxiliij*, siue alienia iact per modum causa, siue per modum conditionis.

5. Hec affirmatione non pure coniunctua iterum est duplex: alia illativa; alia non illativa. Illativa est, in qua non solum affirmatur quod conditionatum existet, si existat hypothesis, & quod existet conditionatum dependenter ab hypothesis, verum etiam affirmatur connexio inter hypothesis, & conditionatum; sub indeque ex hypothesis conditionatum inferri: ut in hac: *Si ignis applicetur stupore, comburet illam.* Ceterum, si hec connexio sit inuitabilis, & metaphysica: iam scientia conditionati, sub tali hypothesis, non erit scientia conditionati contingentis; sed conditionati necessarij; neque erit scientia veritatis contingentis; sed veritatis

omino necessariis: necessarium enim est quod, si detur aliquid est, sentialiter conexum cum aliquo termino, detur terminus, cù quo illud aliud connectitur, vt igitur sit affirmatio conditionati contingens, & simul affirmatio illativa, requiritur quod illatio tantum sit moralis, vel ad sumam physica, prout metaphysica opponitur. V.g. *Si homo diu viuat, certo peccabit & vniuersaliter, nisi speciali præveniatur gratia.* Hac propositione affirmatur, & quod homo defacto sub conditione diuturnæ vita, & deflectus gratia specialis, peccabit contingenter physice (aliter enim nequit stare peccatum) & quod peccatum inferatur moraliter ex tali hypothesi. Ob eandem rationem est scientia contingens; hæc: *Si ignis applicetur stupre, defacto comburet illum;* potest enim Deus negare concursum igni ad comburendam stupam.

6. Præmitto 4. Duplex esse conditionatum contingens. Aliud pure conditionatum; aliud, quod est etiam absolutum. Pure conditionatum est, cuius hypothesis non purificatur, vt est illud: *Si Tyrij, & Sydonij vidissent miracula Christi, pœnitentiam egissent, non enim Tyrij, & Sydonij unquam miracula Christi vide-re.* Conditionatum non pure conditionatum, sed quod transit in absolutum, est, cuius hypothesis purificatur: vt, *si D. Petrus vocatur auxilio A, pœnitentiam agit;* hec enim propositio semper fuit veram: quo quiscumque sit verum, quod defacto, posita tali conditione, datur hic eventus, verum pariter est, quod si detur ea conditione, dabitur ille eventus. Ex quo colliges falso Cabrer. 3. p. q. 1. art. 3. §. 22. & F. Franciscū Felix cap. 6. de scientia Vei diff. 1. n. 1. docuisse societatis Authores tenere obiectū scientię cōditionatę solū esse futurū cōditionatū: quod nunquā erit absolutū.

7. Præmitto 5. Duplicem posse considerari notitiam conditionatam: aliam certam, & infallibilem: aliam conjecturalem. Conjecturalis iterum duplex potest distinguiri: alia subiectivè: alia obiectivè conjecturalis. Conjecturalis obiectivè est notitia, quæ non iudicat absolute eventum; sed esse conjecturas suadentes existentiam obiecti: & cognitione huiusmodi non est propriè conjecturalis ex se; sed absolute, & simpliciter potest esse certa, & infallibilis. Conjecturalis subiectivè (quæ propriè conjecturalis est) est que iudicat absolute eventum; sed ita conjecturis duntaxat innoxia, vt quatenus est ex se obnoxia sit falsitati.

8. His igitur præmissis dubium est: an Deus habeat notitiā conditionatam de eventibus sub conditione indifferenti ad eventum, & ejus carentiam? Et præsertim est difficultas de nostris libertis operis

operibus: an videlicet Deus cognoscat, quod nostra voluntas operabitur, si sub tali, vel tali constituantur libertate; & similiter quod operatura fuisset, si tali auxilio fuisset vocata.

9 Deum non cognoscere certo, & infallibiliter euentum futurum, sub conditione contingente, sed probabilitatem duntur illius, seu in quam partem conditio ex se inclinet, tenet Author Annonimus quidam lib. de ord. prior, & poter. tenet etiam Ledesma, Dominicanus, qui disp. 2. de scientia conditionata assertus fuisse sententiam omnium Thomistarum. Hoc idem dicit. Gonzalez 1. p. d. 44. sect. 2. versu. 1. sententia, & Cursus Carmelitanus tract. 2. de scientia disp. 9. dub. 2. §. 1. n. 9. vbi clare ostendit plures alios Tomistas hanc tenuisse sententiam: quidquid in oppositum reclamet Iohannes à S. Th.

10 Deum certo, & infallibiliter cognoscere conditionata contingencia non solum quoad inclinationem conditionis; sed quoad euentum ipsum sub conditione conducenti: non solum societas semper, verum etiam constans est iam omnium Authorum nunc scribentium SS. quare pro ea nullum sigillatum referre opus est. Discremen igitur solummodo duplex testat. Primum minus præcipuum; an Deum cognoscere conditionata contingencia omnino uniuersaliter intelligendum sit, ita ut Deus quemlibet euentum sub qualibet conditione conducenti cognoscatur, vel tantum aliquos? Hoc dubium indecissum reliquit Iohannes à S. Thoma d. 20. art. 2. fine alij vero Thomistæ omnino uniuersaliter assertent Deum cognoscere omnia conditionata sub qualibet combinacione conditionis possibilis. Secundum, & præcipuum dubium est: in quo Deus prædicta conditionata cognoscatur? Thomistæ, & plures ex scotistis, tenent Deum ea conditionata cognoscere in decreto similiiter conditionato omnino antecedente. Alij scotistæ in decreto comitante. Nostra vero Societas tenet haec conditionata ita in se ipsis cognosci, ut excludatur exercitium Diuinæ libertatis; ut medium necessarium ad ea cognoscenda.

11 Ex his inferitur Scientiam Medium, prout defenditur à Societatis Schola, & ab alijs refellitur: ita posse definiti. *Ascensus diuinus conditionatus de euentu aliquo sub conditione indifferente diuinæ libertatis exercitio absolute exercitari non innexus.* Consulto non dixi esse assensum euentus in se ipso, propter varias inter Societatis Authores opiniones circa determinatiuum Scientia Media.

SECT. II.

Probatut ab autoritate scientia conditionata contingens.

12. **D**rum certo, & infallibiliter cognoscere conditionata contingentia, probant plura Scriptura, & Parrum testimonia. In Scriptura sunt plures Dei affirmationes omnino conditionatae; sed quod Deus affirmat, certo scit, scient affirmat. Ergo Deus scit veritates omnino conditionatas. Maior constat ex verbis Christi Domini Matth. 1 r. vers. 2 r. ex probantibus dicitur habitantium Bedaide, & Corozain nolentium verbis, & miraculis Christi Domini fidem adhibere. Sic igitur eos increpat. *Vae tibi Corozain, vae tibi Bedaide, quia si in Tyro, & Sydone facta es. Non virtutes, qua facta sunt in te, olim in cilicio, & cinere penitentiam egissent.* Per hæc verba non reuelari inclinationem cariarum ad penitentiam; sed ipsam penitentiam, quæ in te fuisse, ostendit, eruditus P. Ruiz de Montoya d. sp. 62. & 63. de Scientia, necnon P. Annatus de Scientia Media disp. 2. & P. Martinon disp. 6 de Scientia sc. 10. & sequentibus. Constat etiam ex Augustino de dono persever. cap. 90. ubi hæc habet. *Nunquid possumus dicere etiam Tyros, & Sydonios apud se virtutibus factis credere noluissent, aut credituros non fuisse sifuerint cum & i se Dominus, attestetur, quod acturi essent magna humilitatis penitentiam, si in eis facta essent diuinarum signa virtutum?* Ergo iuxta mentem Augustini negari non potest, quod de facto egissent penitentiam, & hoc quia Dominus attestatur. Ergo non affirmat Dominus inclinationem circumstantiarum ad penitentiam; sed futuram de facto penitentiam, si tales circumstantie adhiberentur, vide si placet et Ruiz de Mont. loco citato, & Fasolum art. 13. dub. 13. punct. 2 à num. 218. apud quos reperies hanc esse communem Interpretum expunctionem.

13. Secundo constat ex illo loco à tempore Augustini in hac controuersia celeberrimo sap. 4. vers. 11. Vbi dicitur Deus propera morte rapuisse iustum: quia si diu viveret, deceptus, in prænosmutaretur sensus, & à iustitia deficeret: ideo inquit Spiritus Sanctus: *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius,* quod autem his verbis enuntietur lapsus futuris sub conditione diuturnæ vita: quodque ex hoc loco præscientia Dei conditionata de ipso in.

infelici euentu futuro, si iusto longior vita conceiceretur, inferatur, constat ex Augustino lib. de corrept. & gratia cap. 8. prope finem his verbis: *Respondeant, p[ro]funt, cur illos Deus cum fideliter & die viuerent, non tunc de vita huius periculis rapuit, ne mai[or]ia mutaret intellectum eorum, & ne scietio deciperet animas eorum. Vtram boc in potestate non habuit: an eorum mala futura nosciuit? Nempe nibil eorum nisi perverissime, & insanissime dicitur. Ecce quo modo iuxta Augustinum, non nisi perverissimè, & insanissime, præscientia peccati sub conditione potest Deo negari.*

14. Constat 3. eadem veritas ex 1. Reg. 23. ubi David debellat s[ed] Philisteis Zeila letemens cum ad eum fama deculisset Saulum Zeila obsidiam parere, ut Davidem caperet; sic consuluit Dominum: *Domine Deus Israel audiuit famam seruus tuus, quoniam disponat Saul venire in Zilam, ut euertat urbem propter me, si tradent me viri Zeila in manus eius? Etsi descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus?* Huius interrogatio respondit Dominus. *Descendet: tradent.* Quibus verbis duplex veritas conditionata de conditione contingente reuelatur à Deo. 1. Quod, si David manaret in Cinitate, Saul veniret ad expugnandam urbem, ut caperet Davidem. 2. Quod Zeilitæ tradarent eum Sauli. Et quidem hic veritates conditionatas, non absolutas, reuelari à Deo, constat ex ipso euentu: Cum enim David excederet urbe, neque Saul descendit, nec à Zeilitis traditus est Saul. Ergo Deus non reuelauit descendum Saulis absolute futurum, nec traditionem absolutam; sed sub conditione, quod Zeila maneret.

15. Hac ratione exponit hunc locum Maximus Ecclesiæ Doctor Hieron. com. 3. in traditionib[us] Hebraicis ad lib. 1. Regum cap. 23. his verbis. *Art. Dominus descendet; ac si dicaret, si sistet[ur] his hic descendet. Et quod ait ē tradent me viri Zeila. & Domini[nus] ait, tradent: iste est sensus: si descenderit Saul, & hic te inuenierit, tradent.* Videntur P. Ruiz de Montoya. lIp. 63. lect. 2. num. 13. & 14. Vbi hanc expositionem pluri[bus] alijs. Confirmat, nec non P. Fasolus art. 3. dub. 13. à num. 222.

16. Probatur 2. h[ic] conclusio ex Patribus: & omissis testimonijs iam adductis exponentibus Scripturæ loca, quæ iam expeditissimis. Probatur nostra conclusio à nostris Doctoribus ex pluribus questionibus excitatis ab Ecclesiæ Patribus, quæ pl[ene] in Deo scientiam conditionatam supponunt. Inquiritur enarrat[us] à Patribus: quare creaturas rationales Deus condiderit; quas in pec-

catum lapsuras cognovit? Cur Deus homini libertatem donauit, cum ea abusum sciuerit? Cur iniunxit praeceptum, quod violandum esse seiebat? Et in hunc modum innumeratas alias questio-nes P.P. examinat. Haec questiones, ut locum dabitationis reliquāt, supponunt in Deo scientiam infelicitatis euentus: aliter enim subsiste-re nequeant. Deinde haec scientia non est scientia absoluta pecca-ti futuri. Ergo solum conditionata talis euentus sub ea conditio-ne. Minor subsiupta probatur a nostris Authoribus hoc dilucar-su efficacissimo. Scientia v.g. peccati Adami sub tali libertate, de qua loquuntur Patres, est scientia, qua Deus posset efficaciter retrahi a creatione Adami; sed scientia huiusmodi non est scientia absoluta peccati Adami, sed conditionata. Ergo scientia, de qua loquuntur Patres, est conditionata. Consequentia est legitima, probo maiorem, & postea minorem probatur. Scientia, de qua loquuntur P.P. est scientia, qua difficultatem ingerit. Cur Deus ea praeditus hominem creauit? Cui difficultati non aliter respon-dent P.P. nisi expendendo utilitates plurimas peccatum sequutu-ras. At qui si scientia non possit retrahere Deum a creatione, inep-ta eset haec responsio; cum potius respondere deberent, ex eo Deus hac scientia non retrahi, quia ea non potest Deum retrahere. Ergo ut Patrum responsio congruit & ut qualiter difficulta-tem ingerat, opus est hanc scientiam Deum ab hominis creatione posse retardare.

Iam vero min. videlicet scientiam absolutam peccati Adami non posse Deum retrahere, quo minus Adamum creet: fa-cile, & efficaciter probatur. Retrahi defacto Deum a creatione Adami per hanc scientiam, est quod Deus simul cum hac scientia, & ex illa ductus, non creet Adamum: Ergo est coniungere hanc scientiam cum defectu creationis Adami. At scientia absoluta pec-cati Adami, ut pote essentia litera vera, inconiungibilis est cum non existentia Adami: siquidem Adamo non existente peccatum eius minimè existet. Ergo scientia de peccato Adami potens Deum a creatione Adami retrahere, non est scientia absoluta, sed conditio-nata. Hoc argumentum proposuit tract. de Prædestinatione q. 2. se & 3. & Goneti solutionem reieci. Videatur P. Ruiz ubi supra, vel certe quilibet Societatis Author, apud quem hoc argumen-tum tota sua efficacia propositum reperietur. Nec puto, etiam propositis terminis, ulteriori explicatio, ne opus esse.

SECT. III.

Probatur à ratione nostra sententia.

18 RATIO à priori nostra sententia est, qua communiter vtrum
tut Societatis Authores, & qua, ut supra diximus, vtrum
non licet his, qui pro verificatio propositionum de futuro sem-
per aliquid existens indispensabiliter ex poscent. Igitur ratio à
priori nostra sententia sic se habet. Deus scit omnem veritatem;
sed vnum ex his duobus est determinate verum. *Anti-Christus, si
vocetur auxilio A, consentiet. Anti-Christus non consentiet, & si
vocetur auxilio A.* Ergo Deus scit determinate vnum ex his duo-
bus. Consequentia est bona, & minor certa: aliequi Deus aliquā
veritatem ignoraret; consequenterque per se fœtus sapiens non foret.
Minor igitur, ad quam tota difficultas devolvitur, probatur.

19 Ex duplice propositione contradictoria etiam de fu-
ro vna est determinatē vera, & altera determinatē falsa: sed illæ
duæ propositiones contradictoriarunt. Ergo vna ex illis est de-
terminata vera, & altera est determinata falsa. Maior probatur.
Hoc discursum.

20 Esse propositionem determinatē veram nihil aliud
est, quam dari obiectum modo, quo affirmatur per proposicio-
nem, & propositionem esse falsam, etiam nihil aliud est, quam non
dari obiectum sicuti enuntiatur per propositionem; sed obiectum
enuntiatur per propositionem de futuro conditionato, vel da-
tor, vel non datur, sicuti enuntiatur. Ergo quælibet proposi-
tio, quantumvis de futuro conditionato, vel est determinata
vera, vel determinata falsa. Maior est definitio veritatis, & fal-
sitatis. Consequentia est legitima. Minor probatur. Obiectum
affirmatum per propositionem de futuro conditionato, possi-
ta conditione, & accidente duratione, pro qua affirmatur, vel da-
bitur, vel non dabitur. Si dabitur. Ergo datur, sicuti enuntiatur
per propositionem de futuro conditionato. Ergo propositione de
futuro conditionato est determinata vera. Si non dabitur. Ergo
non datur sicuti affirmatur. Ergo propositione est falsa: ergo pro-
positio de futuro conditionato, vel est determinata vera, vel de-
terminata falsa. Maior est evidens: quia quodlibet in qualis-
ever duracione, vel est, vel non est. Ergo accidente duratione,

pro qua obiectum affirmatur, & posita coaditione, sub qua affirmatur existentia rei, vel determinate existit, vel determinate non existit. Si determinate existit: ergo existet in ea duratione; si vero determinatè non existit. Ergo non existet in ea duratione. Ergo obiectum affirmatum per propositionem de futuro, accedente duratione, pro qua affitatur, vel dabitur, vel non dabitur.

21 Confirmatur hæc propositio si Petras vocetur consenserit nihil affirmat de praesenti absolute; sed tantum sub conditione, quod vocetur, affirmat consensum. Ergo dari obiectum, sicuti affirmatur, non est dari absolute, nec est necessario absolute aliquid sedetur, si detur vocatio. Sed, si detur vocatio, vel existet, vel non existet. Ergo obiectum affirmatum per predictam propositionem, vel datur sicuti affirmatur; & hac ratione erit determinata vera; vel non datur, & erit determinata falsa. Reuoca huc questionem de Futuritione.

22 Aliæ sunt probationes Scientiæ Medicæ, sive scientiæ conditionatae, quæ licet verissimam contineant doctrinam, facile ab aduersariis poterant eludi: & ideo consulta eas omitti.

SECT. IV.

Soluuntur obiectiones ab authoritate.

23 **P**rima, & celebris, obiectione aduersus scientiam contingentium conditionatorum sumitur ex D. Augustino de praedest. sanct cap. 14. proprius ad initium, quam ad medium. Vbi locuta illum sapientia 14. raptus est ne malitia mutaret intellectum eius, ita explicat, ut neget intelligi debere secundum præscientiam peccatorum, quæ foreat, si iustus ille diutius viveret, sed secundum pericula huius vite. Hec ait, est tota causa eundem est raptus est ne malitia mutaret intellectum eius. dictum est enim secundum pericula vite huius, non secundum præscientiam Dei, que hoc præscibuit quod futurum erat non quod futurum non erat, id est quod à morte in naturam fuerat largitus, ut tentationem subtrahetur in certo, non quod peccaturus erat, qui permanens intentatione non erat. Ex his verbis videtur inferri Augustinum non admittere scientiam conditionata in tunc, quia, si admitteret scientiam peccati futuri sub conditione quod iustus diutius viveret, non dicetur iustus raptus à Deo secundum pericula vite; sed secundum præsci-

Scientiam in ex eo raperet cum Deus, quod præuidereret eum lapsum, si viueret. Ne igitur laberetur, cum ē viuis abstulit. Ergo rapuisset eum secundum præscientiam conditionaram. Tum etiam quia apperte viderunt Augustinus eam negare scientiam, cum dicat Deum id dunt axar scire, quod futurum erat absolute, ergo peccata, non absolute; sed solum conditionate futura, minime secundum Augustinum à Deo præscientem.

24. Caterum Augustinum non negare scientiam conditionatam necessario dicendum est, ne sibi contrarius pluribus in locis, & in hoc potissimum existat. Nam Epist. 405. ad Sextum column. antepenul. concedit plane Semipelagianis scientiam, quæ Deus præuidet quem admodum quis victurus esset, si viueret. Hac autem, ut ex terminis patet, est scientia conditionata. Deinde libro 9. de dono perseuer. cap. 9. in principio, ait. Poterat Deus præscient effe lapsuros antequam id facerent auferre de vita. Ergo iuxta August. datur in Deo scientia de lapsu futuro sub conditione longioris vita, qua scientia coniungi posse cum eo quod ab initio non esse. Iipsum, vitam lapsu austerendos. Ergo Augustinus concedit scientiam conditionatam. Etiamque lib. de don. pericul. cap. 11. clare admittit scientiam conditionatam recta opera, quæ nunquam statim consequenti ab solutum ita enim habet conclusus ratiocinariorum, quam expedit c. 9. Majoribus etiam his, quos prævidit, si apud eos facta essent, suis miraculis credituros, quibus non vult subvenire, non subvenit. Ergo admittit scientiam scientie sub conditione miraculorum respectu illorum, quibus ut credant subvenire non vult, consequenterque respectu eorum, quæ nunquam credent.

25. Confirmatur ex ipso Augustino lib. de correp. & gratia cap. 8. verbis illis, quæ in probationem nostræ sententie adduximus sect. 3. n. 13. ex quibus patet Augustinum clare sentire. Deum scientia conditionata prædictum esse, immo supponit Deum, quando rapuit Iustum, ne malitia mutaret intellectum eius, certi cognouisse peccatum, si viueret: hinc enim sumitur paritas, quasi diceret Augustinus profundissima Dei admiratus consilia. Quæ admodum Dei prævidens iusti lapsum, si viueret, eum rapuit, ne malitia mutaret intellectum eius. Cur Deus alios Iustos, cum fideliter, & pie viuerent, non tunc de vita huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne scito desiperet animas eorum, sed potius eorum vitam ulterius produxit, & ita eorum lapsum, & damnationem permisit? Vixrum hoc in partibus non ha-
bitat.

buit aut eorum mala futura nesciunt? Nempe nihil eorum, nisi per
versum est, & insanus sine dicitur. Ergo, cum à parte propter
mortis luctu, de quo sap. 14. ratione dubitandi accipiat, & alio-
rum Iustorum, quos à iustitia deficere permittit, tam constanter
asserat Deus prævidisse lapsum, nō omnesque impedire. tamen suppo-
nit etiam iustum, de quo sapientia loquitur lapsuram esse, Deo pa-
tuisse. Imo in hac difficultas versatur, cur illius luctu previssimum
lapsum Deus morte impedit, & aliorum Iustorum peccata non
minori claritate præcognita simili benignitate nō impedit. Cui
difficultati non alia ratione responderet Augustinus, nisi illa Apo-
stoli exclamatione. O altitudo divitiarum sapientiae, & scientie
Dei, &c. Fixum ergo maneat, Augustinum scientiam conditiona-
tam semper in Deo indubitanter cognouisse.

26 Nunc iam sensu verborum, que nobis obiciuntur,
expendamus. Quis ergo varijs explicacionibus, quas vide-
re poteris, tum apud Ruad. disp. 14. de scientia cap. 3. tum apud
Aldrete disp. 27. de scientia lect. 6. iam diu, dum Augustini con-
textum legerem, menti in sedis exppositio, quam etiam insinua-
ta, à P. Ruiz de Montoya disp. 66. lect. 8. posita cognoui.

27 Agebat Augustinus contra Massilienses Semipelagianos
asserentes, Deum vitam priuare ante Baptismum, infantes aliquos in
potiam peccatorum, que commisuri essent, si in vita permanis-
sentes, conseque, iterque docebant scientiam operum contra le-
gem Dei, que forent, non esse scientiam duaxat conditiona-
tam; verum etiam ad solitam: nam scientia, qua Deus condicio-
nate iudicaret, quod si vinerent, agerent contra legem Dei, simul
etiam assereret, eos propter ea opera esse absolute dignos, qui pu-
nirentur: siue ea opera, que forent, esse absolute culpas dignas
supplicio. Aduersus hanc Semipelagianorum errorum militat
Augustinus, & in ostendendo opera puræ conditionata non es-
se vere simpliciter merita, aut de merito, toto pectore incumbit.
Postquam igitur varijs laudibus effert lib. 14. de mort. à Beato
Cipriano scripto, in quo sepe sapius utileme, sse acceleratam mor-
tem ostendit, hoc conficit arguentum Aug. vñius. Deus plus
res male operaturos, si viuerent, è vita tollit, ne peccent. Et
go opera prava sub conditione futura non sunt absolute pecca-
ta; si enim iam peccata essent, Deus misericordie posset tollere quod
non peccarent, cum non tolleret, quod peccaturi essent, &
quod peccaturi essent sufficeret in Massiliensium sententia, ut
absolute peccarent. Falsum igitur est eos, qui accelerata morte
rapiunt;

rapiuntur, eoripi, quo vel merita, vel de merita absolute habeant.

28 Ex hac doctrina colligit Augustinus id, quod dictum est cap. 14. *Raptus est ne malitia non intelligendum esse secundum præscientiam absolutam peccati illius Iusti, quasi Deus illius vitam brevia erit, quia illum cognovit absolute peccatorem ex eo quod præoperatorus esset si viueret, sed Deum vivis eum rapiisse, ut à periculis huius vita, quibus si viueret vincendus foret, subduceret. Ex quibus patet Augustinum non negasse scientiam conditionata operum illius iusti, sed scientiam ita conditionatam, ut etiam e sit absolute scientia peccati, potensque Deum inducere ad infligendam penam.*

29 Hæc explicatio colligitur ex ipsis verbis Augustini, cum subdit loquens de Deo rapiente iustum. *Qui hoc præscivit, quod futurum erat, non quod futurum non erat, id est quod ei morte immaturam esset largitur, ut tentationum subtraheretur incerto: non quod peccatus esset, qui mansurus intentatione non esset. Ac si diceret Augustinus. Non potuit Deus rapere iustum secundum præscientiam absolutam eius peccari, qui enim fieri posset peccatum esse absolute, qui absolute permansorus in temptatione non est. Siue quia ratione cognoscet Deus absolute peccare, quem non cognoscit absolute operari? Errant ergo turpiter Massilienses, dum opus, quod non erit, sed fore, absolute peccatum esse pronuntiant.*

30 Consonant huic explicationi alia verba ipsius Augustini: nam in eodem libro cap. 13. inquit. *Hominum natura, qua non sunt futuri apud procul dubio nulla sunt merita: & hoc videre facillimè est. Ideo nec Pelagiani hoc dicere potuerunt, & multo magis, nec isti dicere debuerunt. Clarius id ipsum docuit b. 1. de Anima, & eius origine cap. 12. Quo modo ergo panuntur peccata, que nulla sunt, id est, que nec vita ista novarum incipiente commissa sunt ante carnem, nec morte præveniente, post carnem. Ergo Augustinus non damnar scientiam, qua Deus præuidet quæ admodum quis visurus esset, si viueret, sed scientiam, qua in operibus pure conditionatis agnoscar absolute merita, vel de merita: & in hoc sensu dicit iustum non esse raptum secundum præscientiam; sed secundum pericula huius vita.*

31 Sed ob. 1. Adiecte aduersus hanc explicationem Augustinus ait dictum esse illud sapientis secundum pericula contra ponendo pericula præscientia. Ergo absolute negat illud dictum esse

secundum præscientiam. Ergo absolute, non solum negat Augustinus illis demeritis vim mortuam ad penam: verum etiam illa scientia negat quoque modo rationem fuisse, ut caperetur Iustus. Atqui, si Deus præsciens Iustum lapsum esse, si viueret; quamvis non moueretur ex peccato futuro sub conditione, ut ex culpa punienda, moueretur ex illo præcognito conditionate, ut evitando: siquidem Deus rapiisset Iustum, ne incideret in pericula sibi certe, & infallibilitatem impendentia. Ergo iam caperetur Iustus secundum scientiam sui peccati, non ut puniendi; sed ut impediendi. Ergo Augustinus amplius negat, quam quod Deus moueat ex peccato futuro sub conditione, tanquam ex ratione mouente ad supplicium.

32 Respondeo Augustinum negare raptum esse Iustum secundum præscientiam, que adstruebatur à Mansiliensibus: imo ea scientiam absolute negare. Etenim, licet concedat Augustinus scientiam operis præi conditionati; non tamen concedit scientiam, que opus præuum conditionatum, ut absolute peccatum representet. De hac igitur scientia verum absolute est nullo protinus modo rationem esse, ut Iustus rapiatur, ideoque loquendū de illa recte ait Augustinus illud sapientiæ. *Raptus est, &c.* dictum esse non secundum præscientiam; sed secundum pericula huius vite; quia pericula vita iulus, ut certo imminentia Iusto ratio fuisse, ut Iustus caperetur: scientia vero Semipelagianorum representans conditionate opera, ut absolute peccata, minime potuit quopiam modo esse ratio, ut Iustus evita propera morte tolleatur.

33 Obij 2. Idem Aldrete illa Augustini verba, in quibus rationem reddit cur illud sapientis dictum sit secundum pericula, & non secundum præscientiam: videlicet illud præscivit quod futurum erat non quod futurum non erat: ergo supponere videtur, nec sub conditione illa peccata prævidisse. Respondeo, optime id dixisse Augustinum refilendo scientiam illam commentariam à Mansiliensibus ex cogitatam: cum enim illa scientia attingeret in eorum sententia opus præuum conditionate, & simul absolute in esse peccati, recte ait Augustinus Deum non præscire, ut absolute futurum illud opus, quod non erit absolute; quia Deus illa prescivit (ut absolutum seu, ut absolute futurum) quod futurum erat, non quod futurum, non erat. Aliter scientia Divina, & talia, & implicatoria esset.

34 Hic discursus confirmatur ex ipso Augustino lib. 1. de Ani-

Anima, & eius origine cap. 12. vbi hæc habet: quid, quod omnino exinanitur, præscientia, si quod præscitur non erit. Quomodo enim recte dicitur præsciri futurum, quod non est futurum. Id est: quoniam non potest præsciri ut absolute peccatum, quod absolute non erit; aut qua ratione poterit Deus cognoscere opus ut absolute futurum prauum, cum tantum cognoscat non quod futurum erit, sed quod esset futurum, si hæc, vel illa conditio adhiberetur.

35 Hac ipsa ratione venit intelligendus Prosper in epist. ad Aug. sic loquens contra Semipelagianos; Sed in tantum com-memorantibus meritis electionem Dei subiiciunt, ut quia preterita non extant, futura, quæ non sunt futura, configant nodoque apud illos absurditatis genere, & non agenda præsebit a fini. & præcit a nobis acta sint. Ecce quo modo absurditatem eorum in eo Prosper agnoscit, quod peccata, quæ non existent, sed existerent, & sunt absolute, & præscientur ut absolute peccata. Etiam Damascenus hac interpretatione intelligitur: ait enim in Dialogo contra Manicheos. Si Deus aliquem non condidisset, quia præsciret peccatum, non esset haec præscientia; sed impostura: nam, sicut cognitum est ea-cum rerum, quæ sunt, ita prænotio est earum rerum, quæ certa fu-tura sunt. Loquitur igitur Damascenus de præscientia peccati ut absolute futuri, ideoque dicit, quod si Deus aliquem non con-didisset propter opus prauum conditionate futurum cognitum ut peccatum absolute dignum simpliciter suppicio: scientia, qua id Deus iudicaret, in postura esset, cum iudicaret absolute dari peccatum, quod absolute non committeretur.

36 Ex hac doctrina facile deducitur, quam longo intervallo scientia media Societatis à scientia meriti, & de meriti condi-tionati à Masiliensibus excoxitata dissita sit. Dissident hæ sci-en-tia. Primo ex fine, & scopo: nam scientia Semipelagianorum eo excoxitata est, ut merita nostra gratia existentiam præcedant: as-serebant enim Semipelagiani semper gratiam nostri liberia; bitriji pedis sequam esse, & non econtra. Ceterum ab Augustino vchemē ter urgebantur argumento de sumpto à pueris ad rationis usum non pervenientibus. Ex quibus aliqui sine Baptismo decedunt, & ita pereunt; alij vero post baptismum moriuntur, siveque vitam æternam consequuntur. Ex quo inscribat Augustinus. Ergo iam aliqui absque meritis proprijs talcantur ex sola gratia Dei, & alij absque personalibus de meritis pereunt, ut igitur Semipelagiani hoc argumentū eluderent, & natura merita ad grat. à semper præcedere propugnarent, cum merita absoluta nō suppetarent, ad eos

ditionata fecere recursum, quæ verè, & propriè esse merita statuēbant: assertebantque ex pueris morientibus ante vsum rationis, alii quos absque baptismō decadere in pœnam peccatorum, quæ committerent, si diutius viuerent; alios vero baptismū cōsequi poster bona, quæ ex viribus arbitrij gesturi essent, si ad adultam pervenissent etatem. Ex quo patet finem Hæreticorum in hac scientia tuenda, esse propugnare, quod opera meritoria semper ad gratiam præcedant. Nos vero cum opera pure conditionata non absolute meritoria esse arbitremur, non intendimus, quod gratia ex meritis præueniatur; sed quod gratia nostra merita indispensabiliter semper antevertat.

37. Secundo differunt hæc scientiæ ex vsu: quippe scientia Mediae Societatis solum adstruitur conducens, ut Deus illa prælumente, possit dirigi ad ponenda media, vel ad discernendum finem, cognoscendo utique utilitatem mediorum. Cæterum scientia Semipelagianorum ab iōsis iudicatur idonea, ut Deus vñ illius monetur ad premiandum, & puniendum: qua propter diverso admodum vsu una, & altera, secundum suos Authores potiuntur.

38. Tertio potissimum differentia inter se ex ipso obiectorum quia Semipelagiani non extendebant suam scientiam conditionata n ad omnia obiecta conditionata; sed ad certa dunt taxatum quia hæc merita, & de merita conditionata, quæ Semipelagiani adstruebant, non ex gratia Dei; sed omnino ex puro libero arbitrio provenire iudicabant; non enim pro obiecto sua scientiam considerabant, quod voluntas operatura foret auxilio gratia Dei præuentia; sed quod ipsa suis naturalibus in his tali gestura effet bene laudabiliter, & meritorie, ut ita in omnem prædestinationis à solo libero arbitrio acciperetur. Tum denique, & potissimum, quia Semipelagiani scientiam cōditionatam nostrorum operum, scientiam absolutam fingebant, quatenus iuxta illos Deus indicabat ratione operis conditionate, dunt at futuri, hominem absolutè laude, vel vituperio, præmio, vel pena dignum existere.

39. Cæterum Societatis Authores, & scientiam Medium uniuersalissimam agnoscent, per quam Deus omne cōditionatum sub qualibet hypothesi cōducēti ad cōditionatum atringat & opera conditionata meritoria dependentia conditionata à gratia Dei supernaturali fatetur, & opera pure conditionata, ut absolute meritoria, vel de meritoria à Deo cognosci constantissime respuit.

Vnde pater toto cœlo unam scientiam ab altera
dissimile.

SECT. V.

Soluuntur objectiones à ratione;

40 **O**bij. i. cum Annonimo: scientia conditionata continens dicit in suo conceptu plures imperfectiones; nimirum compositionem, discursum, simplicem apprehensionem, abstractionem, & cognitionem rei aliter, ac est in se. Ergo multis titulis implicat. Antecedens per partes probat Annonimus. Ego vero breviter, qualiter scientia conditionata attingat suum obiectum explicabo, & sic has obiectiunculas præcidam. Loquamur igitur de hoc actu: Si Petrus vocetur auxilio A consentiet. In primis hic actus non continet compositionem, vel diuersorum actuum, vel diuersarum partium eiusdem actus: potest enim Deus per unum, & indiuisibilem, adhuc virtualiter, tendentiam totum id attingere: quæ enim plura sunt ex parte obiecti, possunt actu indiuisibili cognosci, ut constat ex lib. de Anima. Nec ex eo, quod pluribus vocibus significetur, inferatur actum mentale plures partes continent, ut etiam ibi dicitur. Est igitur prædictus actus Divinus realiter, & virtualiter, omnino simplex, & indiuisibilis. Ex quo etiam infectur discrus non esse, siquidem discrus actuum distinctionem indispensabiliter importat.

41 Deinde nihil est in hoc actu, quod per simplicem apprehensionem attingatur: ipsa enim vocatio, quæ in hypothesi cognoscitur, ita attingitur à Deo, ut de illa non solum enuntiet esse conditionem, sub qua erit conditionatum, verum etiam omnia sua prædicata realia, essentialia, secum identificata, necnon alia prædicata contingentia, quæ pro illo signo enuntiabilia sunt, ut iam diximus quæst. 7. sect. 5. Prædictus actus nihil attingit aliter, ac est in se; omnia enim cognoscit, ut in se sunt, quod autem attingat suum obiectum conditionate, non ita intelligendum est, ut ly conditionate sit aliquid se tenet ex parte obiecti, quod, cum vere non sit, singatur à cognitione; sed ly conditionata se tenet ex parte actus, quia actus conditionate affirmat obiectum. Nec ob inde necesse est aliquid cognosci à Deo abstractius præscindendo unum prædicatum ab alio, omnia enim prædicata, tum vocationis, tum confessus, distinctè percipit Deus. Quod vero per hanc scientiam non

Indicet Deus quod existentia, & consensus, non est abstracta
here, siquidem pro signo, pro quo datur scientia, non est indicabili
lis determinate futuritio, ut infra dicemus.

42. Obij. 2. In omni instanti habet Deus notitiam absolutam de existentia, vel non existentia vocationis, & consensus. Ergo nequit in eodem instanti habere notitiam conditionatam de eo quod existet consensus, si ponatur vocationis. Antecedens est certum. Consequentia vero, nempe non esse simul in eodem instanti cum notitia absoluta notitiam conditionatam: sic probatur. Stulta est affirmatio conditionata de aliquo obiecto, quando affirmatur etiam absolute ipsum obiectum. Ergo utraque notitia, seu affirmatio, non possunt coniungi in Deo. Antecedens probatur ex ipsa experientia. Quis enim non rideret, si affirmaret, quod, si luna luceat, eam aspicerem, si simul affirmarem lucere, meque suspicere illam.

43. Respondeo posse in eodem instanti coniungiri notitiam conditionari, & absolutam, modo notitia conditionata sit in signo antecedenti ad notitiam absolutam, siue in signo indifferenter ad praedictam absolutam notitiam. Evidem ergo possum habere pro instanti A priori natura hoc iudicium, felicitate nunc actum contritionis, iustificabor: deindeque in eodem instanti reali pro diverso signo enctere actum contritionis, experiri que me illum eliciuisse. Ergo possunt notitia conditionata, & absoluta esse in eodem instanti reali temporis pro diversis signis naturae, ita ut signum notitiae conditionatae sit independens a signo notitiae absolutae. Hoc ipsum patet in scientia simplicis intelligentiae & visionis: in eodem enim instanti reali cognoscit Deus possibilem esse Petrum, deindeque decernit eius existentiam, & cognoscit absolute existere. Pariter ergo evenit in nostro casu.

44. Obij. 3. Quodlibet obiectum, vel est, vel fuit, vel erit, aut neque est, neque fuit, neque erit. Si primum, cognoscitur per scientiam visionis. Si secundum, per scientiam simplicis intelligentiae, cum obiectum sit pure possibile. Ergo non est alia scientia praeter istas. Probatur consequentia. Non est aliis modis essendi in rebus, nisi vel manendo intra statum purae possibilitatis, & tunc cognoscatur obiectum per scientiam simplicis intelligentiae, vel cre- diendo extra statum possibilitatis, & tunc cognoscitur per scientiam visionis. Ergo non est alia scientia praeter istas.

45. Respondeo: cōcessō primo antecedente: negando cōsequētiam. Ad huius probationē: respondeo distinguendo antecedens.

Non.

Non est alius modus essendi nisi, &c. sumpto verbo *essendi* absolute duntaxat concedo; sumpto etiam conditionate: *nego antecedens*; quia obiectum non solum, velexisit, vel non existit absolute; sed etiam quando non existit absolute, verificatur de illo, quod, si existeret, habaret hoc, vel illud, quod sub conditione dicitur haberet ideoque, licet absolute existat intra statum pure possibilitatis, conditionate vero aliter se habet; quia, si existeret v.g. auxilium A. coniungeretur, vel non coniungeretur determinate cum coniunctione.

46 Obij. 4. Secundum admittentes hanc scientiam conditionata non conuertetur Petrus si detur talis vocatio, talis scientia. Divina est aliquomodo prior hac scientia absoluta, conuertetur absolute Petrus per talem vocationem. At nullatenus potest esse prior. Ergo non est admittenda. Minor probatur. Non est prior prioritate durationis; quia omnia Divina sunt aeterna, & consequenter simul duratione. Non prioritate naturæ, & causalitatis; quia nihil Divinum est causabile. Ergo nulla datur prioritas naturæ inter scientiam conditionatam, & absolutam.

Respondeo scientiam conditionatam precedere ad absolucionem precedentia indifferentiae, seu directionis, quatenus Deus per scientiam conditionatam dirigitur ad liberum ordinum absolute id quod per scientiam visionis attingitur. Verum de ordine, quem inter se habeant Scientia Media, & Scientia visionis, & dictimas tract. de Prædestinatione: & infra etiam dicemus.

47 Ob. 5. Hac propositio: Si existat vocatio, existet consensus, equivalit huic, casus vocationis, est casus consensus. Tunc sic. Vel predicta propositio reddit sensum universalis; vel particularem. Neutrum potest reddere. Ergo absolute non est admittenda talis propositio. Minor probatur quoad primam partem: quia sensus universalis est hic: Omnis casus possibilis vocationis est casus consensus, & in hoc sensu est falsa: siquidem casus vocationis, & diffensus est casus possibilis vocationis, & tamen non est casus consensus. Si ita propositio habeat sensum particularem, & quoniam est erit huic aliquis casus possibilis vocationis est casus consensus: & in hoc sensu non est contingens, sed necessarius quandoquidem casus vocationis, & consensus, est aliquis casus possibilis vocationis. & hic casus necessario est casus consensus. Ergo iuxta nullum sensum potest predicta propositio esse contingenter vera.

48 Respondeo predictam propositionem, nec habere sensum universalis, neque particularem; quatenus ex parte hypo-

thesis ponitur auxilium *A* v. g. quin aliorum casuum possit admittere varietatem: quia cum casus hypothesis sit solum id, sub cuius conditione dicitur futurus consensus, & solum dicatur futurus consensus, si ponatur auxilium *A*, quin ex parte hypothesis ponatur, vel consensus, vel dissensus: inde fit casum hypothesis esse singularem, quatenus dicit singulare auxilium, non vero esse casum uniuersalem, vel particularem, prout involuentem, vel consensum, vel dissensum ex parte hypothesis: quia ex parte hypothesis praescinditur ab omni eo, quod vel cum consensu, vel cum dissensu connexu est.

Sed adhuc instabis. Casus vocationis est casus consensus: sed casus dissensus, & vocationis est casus vocationis. Ergo casus dissensus, & vocationis est casus consensus. Syllogismus videtur rectus: siquidem est expositorius in prima figura. Maior est certa: quando quidem continet scientiam conditionalem, quam supponimus. Minor eiusdem syllogismi non est minus certa: quid enim evidenter, quam quod, si existant vocatio, & dissensus, existet vocatio. Ergo ex nostris principijs inferatur propositio implicatoria: nempe fore consensum ex iuspositione quod coexisterent simul vocatio, & dissensus.

49 Respondeo ex doctrina tradita in Philosophia ex duplice propositione conditionali nihil inferri; sed solum bonam esse consequiam ex propositione conditionali, & ex purificazione hypothesis. Cum vero illæ dux propositiones videlicet: Casus cogitationis est casus consensus, & casus vocationis, & dissensus est casus vocationis, licet sensum absolutum habere videantur; conditionatum tamen sensum continere: nempe: Si existat vocatio excedet consensus, & si existant vocatio, & dissensus, existet vocatio: inde fit male inferri: Ergo si existant vocatio, & dissensus, existet consensus, vel quod idem est: Ergo casus vocationis, & dissensus est casus consensus.

50 Quod vero ex duplice conditionali non inferatur recta consequentia: patet ab inconvenienti, quia modo in instanti *A* existunt materia, & forma D. Petri cum carentia unionis, & ideo est vera modo hæc propositio: Si existunt in instanti *A* materia, & forma D. Petri, existit carentia unionis inter illas. Deinde etiam est vera hæc propositio: Si existit unio inter materiam, & formam D. Petri, existit materia, & forma D. Petri. Ergo etiam est vera hæc propositio (dato quo dux propositionibus conditionalibus possit confici rectus syllogismus.) Si existit unio inter materiam, & formam D. Petri, existit carentia talis unionis. Utrobatur

batu huc consequentia syllogismo compacto ex concessis propositionibus: Si existunt materia, & forma D. Petri existit, careitia unionis inter illas, si existat unio inter materiam, & formam D. Petri, existent materia, & forma D. Petri. Ergo si existat unio inter materiam, & formam D. Petri existet careitia unionis inter eos. Ecce quomodo ex duplice conditionali non recte eliciatur consequentia.

51 Ratio huius est, quia veritas maioris propositionis potest ita se habere cum purificatione minoris, ut si purificetur conditionis minoris propositionis, deficiat veritas maioris: quia propter nihil inferetur ex utraque veritate conditionali, quia similitas utrinque veritatis conditionata potest componi cum eo, quod si purificetur conditionis minoris propositionis, deficiat veritas maioris: & cum toulum inferatur consequentia ex purificatione minoris propositionis in sensu composito veritatis maioris; inde sit ex duplice propositione conditionali non fieri rectum discursum ad tertiam aliam, quam inferri contendunt aduersarij: nisi purificatio minoris propositionis coniuncta sit cum veritate maioris.

52 Hoc clare cernitur in nostro casu: quia licet verum sit modo, quod si daretur auxilium daretur consensus: & similiter verum, quod si darentur auxilium A, & dissensus daretur auxilium A: ita tamen hoc secundum verum est, ut si daretur dissensus cum auxilio A, iam tunc non esset verum, quod si existeret auxilium, existeret consensus, ac per consequens non esset consensus: quia, qui poteret consensus, si existeret dissensus, solum probari possit ex eo quod, si existerent auxilium, & dissensus, existeret auxilium, & similiter permaneret veritas conditionata, de eo quod si existeret auxilium A, existeret consensus.

QVÆST. XIII.

Reicitur pro obiecto formalis scientiae conditionatae quodlibet decretum conditionatum.

Hoc est inter Iesuitas, & Dominicanos atrocissimum bellum, in quo utrinque totis viribus dimicauit est. Vtique pro lege Scripturæ, Concilia, & PP. prædictum Augusti, iactat, Aduersarios, veluti auctoritate sacra desitutos, insultant. Alias Scholas in sua opinionis patrociniū

aduocant: nullumque lapidem non mouent, ut sua sententia subſidium advocant, &c. quod magis mirabile est, omnes, quasi parta de aduersarijs victoria, fauitis sibi acclamationibus gratulantur. Hęc controuersia vsque adeō acrivnius, & alterius Scholæ contentionē exercuit, ut fermē nihil posteris relinquatur addendum; legendum plurimum. Nos vero, qui temporis angustijs præmitur, & discipulorum utilitati prospicimus, breuitatem se habemus: & eo intereām, & prolixitatem, vñ temperamento, ut nec nimis festinanter, & perfundoriè, materiam adeō grauem tractemus: nec in ea examinanda multum distineamur, ne aut questionis dignitati debitum detrahatur obsequium, aut reliquæ huius tractationes de nostra omissione querantur.

SECT. I.

Status questionis, & variae sententiae proponuntur.

1. **C**um ex superiori questione constet Deum certo, & infallibiliter cognoscere futura contingentia conditionata: dubium est in quo medio obiectuo hęc obiecta cognoscantur à Deo; seu quod sit obiectum formale. Diuinæ cognitionis conditio: nata: hic enim obiectum formale vñtpamus pro medio obiecti: uo, in quo prædicta futura cognoscuntur à Deo.

2. Comanniter Dominicanī afferunt ante scientiam conditionatam de aliquo obiecto esse in Deo decretum pro sua liberitate unice conceptum, minimeque ab humana libertate, aut determinabile, aut impedibile, quo efficiet ita Deus decernat v. g. *Volo quod Tyrii, & Sydonij si videant miracula Christi, conuertantur.* Ceterum, cum iuxta ipos Dominicanos, ad conversionē libertę exercendam requiratur indispenſabiliter physica prædeterminatio: id circa prædictum decretum non decernit conuersio: nem, ut cunquam exercendam; sed media physica prædeterminatio: ne, ac si diceret Deus: *Decerno quod si Tyrii, & Sydonij videant miracula Christi, conuertantur media physica præmotione;* vel quod habeant physicam præmotionem, & ita conuertantur.

3. Hęc decretum recte appellatur abolutum ex parte ac: tus, & conditionatum ex parte obiecti; seu subiectū absolutū, & obiectū conditionatum. Dicitur abolutum ex parte actus, seu subiectū ab solutum, quia iuxta eorum sententiam re ipsa existit actuali-

ter in Deo, & non solum existeret sub conditione prædications, & miraculorum Christi Domini. Dicitur autem conditionatum ex parte obiecti, seu obiectiuè conditionatum; quia non decernit, quod conuersio absolute existat, sed solum quod existat sub conditione, quod prædicatio, & miracula Christi præcedant. In hoc igitur decreto, omnem libertatem, iuxta Dominicanos, avertente cognoscit Deus iuxta ipsos Dominicanos: quod Tyri, & Sydonij, si vocarentur, media physica præderterminatione conuerterentur: viso enim hoc decreto nequit Deus ignorare id, quod per ipsum afficaciter decernit. Cum igitur decernat conuersionem sub conditione prædications Christi, non poterit Deus ignorare, quod, si prædicatio esset, esset etiā Sydoniorum, & Triorum conuersio. Ex quo inferunt contentanei ad suam doctrinam, ea in scientiam liberam esse Deoniam, cum decreto Dei libero innittatur, eidem libertati Diuina, cui decretum inmediate, scientia illa mediate subiicitur: quo penitus reiiciunt quilibet scientiam medianam inter liberam, & necessariam.

4 Hanc sententiam communiter defendunt Dominicanii RR. in suis disputationibus, & manuscriptis. Ex his autem qui sua scripta prælio dedere propugnant eandem sententiam Albarrez, nec non Ioannes à S. Thoma disp. 20 art. 3. & sequentibus, & cursus Carmelitatus disp. 6. & 10. Illustrissimus Godoy de scientia à disp. 35. Gonetus tom. de scientia disp. 6. Adducuntur etiā pro hac sententia Zamal, Cornejo, Hieronymus de la Rua, Leonardus Chochaeos, Villegas, & alijs. Verum plures ex illis dubia fidei censentur à Paulo Leonardo, Riudeneira, Aldrete, & alijs nostris Societatis Authoribus, varia eorum loca expendentibus, in quibus Scientiam Medianam videntur defendere. Ego vero censem plures illorum totu[m] corde Scientiam Medianam auersari: crebro tamen sa[nti] i[n] memores in Scientiam Medianam, quam tanto operi horrent, ingenuo, & sibi tacito veritatis duci: oppositum tandem agentes, impelli. Id circa non tam inter Scientia Media pa-tronos numerandos, quam decreti antecedentis incautos assertores recensendos existim.

5 Plures ex Scotis cum Dominicanis conueniunt, quatenus necessarium putant decretum conditionatum ad conditionatam scientiam, dissident tamen ab illis, quia negant ex illo decreto physicam prædeterminationem derivari purificata hypothesi, censent enim nulla physica premotione oportesse, ut voluntas creata, in tempore absolute operetur.

6 Verum inter eos Scotistas, qui dcretum conditionatum in Deo defendant, adhuc est diversitas: nam aliqui hoc dcretum omnino antecedens meditantur propositu à nostra libertate independens. Alij vero comitans illud appellant: non tamen, ut r. & e. notat Ribaden. satis explicat, an pro nostra libertate impedibile sit, licet in id magis inclinare videantur.

7 Authores omnes Societatis uno ore affirmant independenter à quolibet decreto ex parte actus, seu subiectu ab soluto, & ex parte obiecti, seu obiectu conditionato, cognoscere futura contingentia conditionata in se ipsis: ita, ut independenter à quo liber decreto actualiter exercito, & conditionate tendenti in conversionem Tyriotam v. g. si viderent miracula Christi: hanc veritatem in se ipsa Deus claret & intuitu cognoscat. Ex quo iterum sit hanc scientiam non esse liberam Deo: quia cum non supponat decretum liberum Dei, cui innittatur, & à quo determinetur: inde colligitur neque ipsam scienciam libera non appellari debere; sed Medium, inter libera n. & naturalem. Hanc sententiam, ut dixi tenet omnes Societatis Authores, quam obrem sigillatim eos referre suspicacem duxi. Tenent etiam eandem sententiam plurimi alij Authores: quorum longissimum catalogum videte poteris apud Aldrete disp. 28. de Scientia, & apud Ribadeneira de Scientia disput. 10. cap. 1.

SECT. II.

Nostra sententia cum non nullis probationibus, quæ ex hac tenus dictis deducuntur.

8 **N**ostra sententia sit, quæ totius Scholæ Societatis debet esse: nianum. Deus cognoscit futura contingentia conditionata in se ipsis, minimè vero in decreto subiectu ab soluto, & obiectu conditionato. Probatur **I.** haec conclusio, Deus potest cognoscere futura conditionata in se ipsis. Ergo non indiget decreto subiectu ab soluto, & obiectu conditionato, ut ea cognoscatur. Probatur antecedens. Esse consensu v. g. futuru conditionate esse cognoscibilem à Deo ut futurum conditionatum. Sed consensus res: etiū ad auxilium A. se ipso habet, & non à decreto, esse futurum conditionatum. Ergo à se ipso, & non à decreto habet esse cognoscibilem, ut conditionate futurum. Consequen-

sequentia est bona; & maior certa, etiam apud aduersarios: quia
cavitas obiectiva, siue cognoscibilitas, fundetur in esse: id quod
sufficit, ut res sit sufficit, ut sit cognoscibilis a Deo. Iam vero mi-
nor: videlicet rem non constitui futuram, siue absolute, siue con-
ditionatè, à decreto Divino. Sed à se ipsa: constat ex tota quest.
10. quest de rerum futuritione.

9. Confirmatur. Id, quod prout distinctum, & praescindens
ab alio potest constituere veritatem propositionis, est in se ipso
cognoscibile per propositionem. Sed obiectiva propositionis con-
ditionata, ut distinctum, & praescindens à quolibet decreto subie-
ctiva absolute, & obiectiva conditionato, constituit veritatem
propositionis conditionata. Ergo obiectum propositionis condi-
tionata in se ipso cognosci potest. Consequentia est bona, & ma-
ior videtur certa: quilibet enim veritas obiectiva in se ipsa habet
cognoscibilitatem: nam eo modo, quo aliquid est obiectum ve-
rum, est affirmabile per propositionem veram. Si igitur obiectū
propositionis conditionata se ipso, prout distinctum à quilibet
alio, constituit veritatem simul cum actu, se ipso erit veritas obie-
ctiva illius actus: consequenterque in se ipso cognoscibile erit.
Ceterum obiectum propositionis conditionata, & uniuersim ob-
iectum cuiuslibet propositionis de futuro se ipso constituere actu
formaliter verum, constat ex dicta quest. 10. sect. 7.

10. Probatur 2. eadem conclusio. Si Deus cognosceret fu-
tura conditionata in decreto: cum decretum se ipso sit scientia
iui ipsius, & in se ipso sit scientia obiecti decretati, res esset futura;
quia esset cognita à Deo, minime autem Deus cognosceret futu-
ra, quia res essent extirata. Sed Deus cognoscit, quod res erit, quia
res erit, non autem res erit, quia cognoscitur à Deo. Ergo Deus
non cognoscit res futuras in decreto. Consequentia est bona. Ma-
ior continet doctrinam aduersariorum. Minorem autem latere pro-
bauimus hoc ipso tract. quest. 11. per totam vbi ex communī P.P.
authoritate constat res non esse, quia a Deo cognoscuntur; sed po-
tius cognosci, quia sunt. Vbi etiam eadem P.P. authoritate proba-
uimus, eatus componi libertatem humanam cum infallibilitate
Scientia Divina, quatenus Scientia Divina consequitur ad esse
caecatarum, & non è contra. Quod quidem principium potissi-
mum fundamentum est doctrina de Scientia Media.

11. Probatur 3. Si scientia de futuris non cognosceret
futura in se ipsis praecisius à decreto; sed necessario ea cognosce-
ret in decreto; ad decernendam libertatem ad consentium, & di-
scriminum,

nam, & ad decernenda quælibet media indifferenta, opus non es-
set directione scientie conditionatae contingentis: cum Deus so-
la scientia simplicis intelligentia ductus, posset decernere con-
sensum sub tali libertate. At ex communi doctrina P.P. Deus diri-
gitur scientia conditionata contingente de eo quod homo opera-
bitur sub tali libertate indifferente. Ergo iuxta mentem P.P.
Deus non cognoscit futura in decreto: siquidem dum hanc direc-
tionem supponunt, tacite etiam supponere videntur eam necessa-
riam esse: in D. o ad prouidam libertatis elargitionem. Maior etiam,
apud aduersarios, est certa: siquidem omnes Thomistæ, uno, vel al-
tero ex c. pto: nimirum Fr. Iohannes à S. Thoma de scientia disp. 20
artic. 5. § ad eccl. idem confirmationem. Et Illusterrimo Gadoy de
scientia d. sp. 35. §. 2. num. 52. afferunt pro eodem signo, pro quo
Deus decernit, absolutæ consensum sub libertate A. v. g. decernere
etiam conditionatae eundem consensum sub eadem libertate: imo
Deum ante decretum absolutum consensus, & auxilijs, explorare
quid voluntas sub tali auxilio, ut ei conferatur, sit operatura, velu-
ti Se. nipelagianismum reiiciunt. Minor vero, nimirum Deum di-
rigi scientia conditionata ante collationem libertatis, latè proba-
vimus tract. de Prædestinatione q. 2. per totam, & etiam colla-
gitur ex verbis Scripturæ, & Patrum adductis hoc tract. q. 2.
12. pro scientia Divina de futuris contingentibus conditionatis:
nam fere omnia, quæ adducuntur & quæ probant Deum habere orga-
nū & scientiam conditionatam pro signo libertatis respectu de-
creti absoluī. Ut patet ex illo loco se p. attractio. *Raptus est ne ma-*
litia, &c. Dicendum ergo est Deum dirigiri scientia conditionata,
quia aliter non prouide largiretur libertatem: consequenterque
Deum non exequi consensum per media interiectæ connexa cum
consensu: quia, ita exequeretur, superflua est directione scientie
conditionatae. Si autem negent Thomistæ Deum dirigiri scientia
conditionata, & verbis Scripturæ, & Patrum, quæ locis citatis
allegauimus, & infra ex Ang. vlt. ius allegaturi sumus, opponen-
tur, & etiam decreta conditionata respectu obiectorum, quæ ab-
solutæ futura sunt, omnino superflua erunt: cum neque Deum diri-
gant, neque dato decreto aboluto, decreti conditionati influxus
sit necessarius.

12. Forsam dicet aliquis Deum solum habere decreta con-
ditionata circa obiecta, que non erunt absolute. ita, vt Deus cog-
no scens libertatem A. & B. simul decernat euētum absolutum sub
una, & euentum conditionatum cum alia. V. g. de cernit quod Petrus

consentiat absolute cum libertate A, & quod diffentiret, si haberet libertatem B. Sed contra. Ergo decretum conditionatum, cū solū posse esse de obiecto non futuro, non poterit coniungi absolute cum obiecto decretato conditionatè. Sed decretum conditionatum huiusmodi implicatorum est. Ergo & solutio insufficiens. Minor probatur. Decretum Diuinum efficax nullius vis, & efficacitatis ad ponendum obiectum decretatum, implicatoriū est. Sed decretum conditionatum de dissensu, sub libertate B, inconciliabile cum dissensu absolute existente sub libertate B, nullius vis, & efficacitatis est ad ponendum obiectum decretatum, nempe dissensum sub libertate B. siquidem nequit coniungi cum illo. Ergo prædictum decretum implicatorum est.

SECT. III.

Probatur nostra sententia ex scriptura.

13 Primo ex increpatione comparativa, qua Christus exproubat Betsardæ, & Corozain, quod pœnitentiam non egreditur, cum Tyrijs, & Sydonijs, si Christus illis prædicasset, olim in ciliicio, & cinere pœnitentiam egissent. Quod argumentum hac ratione conficitur. Ex verbis Christi Domini, & ex aequitate reprehensionis infertur non fuisse decretum conditionatum, quo decerneretur pœnitentia Tyriorum, & non decerneretur pœnitentia habitantium Betsayda, & Corozain sub conditione prædicatiois Christi Domini. Ergo Christus non cognovit pœnitentiam conditionatam Tyriorum in decreto; sed in se ipsa. Consequentia est bona. Antecedens probatur.

14 Si Deus decreuisset efficaciter conversionem Tyriorum & non decreuisset efficaciter conuersionem Hebraorum sub eadem conditione, iniqua esset increpatio comparativa facta à Christo domino. Ergo ex aequitate increpationis comparativa infertur non datur huiusmodi decretum. Antecedens probatur. Ut aequalis, & iusta sit increpatio comparativa, qua increpatur male operans respectu ad bene operantem, debet is, qui increpatur non carere inculpabilitè aliquo, quo gaudet bene operans, & plurimam conductit ad bene operandum. Sed si Deus decreuisset efficaciter conuersionem Tyriorum sub conditione prædicatiois Christi; secus autem conuersionem Hebraorum Hebrei taterentur

inculpabilitet decreti conuersationis, quo gauderent Tyrii; quod decretum maximi opere iuuat ad operandum ergo posito eo decreto de conuersione Tyriorum; secus de conuersione Hebreorum. Inique, & iniuste increparentur Hebrei respectu Tyriorum. Consequens est legitima. Præmissæ autem scorsim probandæ sunt.

15. Incipiendo à minori. Videatur mihi ea negari non posse: siquidem quod Tyrii haberent decretum conuersionis, iecus Hebrei, absque horum culpa, & absque merito illorum, eti tota ad iuersiorum decretina, cum apud eos Deus unice ex suo beneficio, & independenter à quolibet merito, sive absoluto, sive conditionato, ex se ipso, & ex sua merita voluntate concipit decretum efficax circa conuersationem Tyriorum, nec autem circa conuersationem Hebreorum. Ergo, &c.

16. Iam vero, quod decretum plurimum iuuet ad operandum evidens est: siquidem hoc decretum ita requiritur necessario, ut illo posito infallibiliter futura sit conuersio, si adsit prædicatione Christi; illo vero ablato, perinde infallibile sit non futuram conuersationem sub eadem prædicatione. Quid autem magis iuuans, & conlocens ad honestam operationem, quam quod indispensabiliter ad eam necessario prærequisitur. Et ergo minor illius syllogismi ex omni parte certa, & indubitabilis.

17. Probo iam minorem, qua videtur etiam ex terminis evidens. Evidem, ut iuncta sit increpatio comparativa debet is, cui exprobatur nile operari respectu ad bene operantem, non habere dilparitatem, seu iniquitatem antecedenter ad suam operationem, ratione cuius disparitatis iustam habeat excusationem non operandi, sicuti operatur alter, respectu cuius increpatur: que autem potest esse melior excusatio, quam quod Tyrii habent decretum efficax de sua conuersione; secus autem Hebrei.

18. Declaratur amplius. Vis, & energia increpationis comparativa in eo consistit, quod is, qui increpatur, non minorem rationem habeat, ut bene operetur, quam alter, qui bene operatur, continetque implicitè hunc discursum: non est potior ratio, ut Tyrii conuerterentur, quam ut vos Hebrei conuertimini. Si ergo conuerterentur Tyrii: cur vos & Hebrei Christi prædicatione, & miraculis illustrati non conuertimini? Ergo, ut increpatio comparativa æqua, & iusta sit, debet non esse potior ratio conuersatiois in eo, qui conuertitur, que est in eo, qui non conuertitur.

19. Respondebunt Adversarij primo cum Ioanne à S. Thomas:

ma: cum Illustrissimo Godoy, & alijs: disp. 20. art. 5. Ideo Christum increpasse Iudeos comparatiū ad Tyrios, & Sydonios, quia utriusque pariter poterant conuerti, cū mēnī neque physica prædeterminatio, neque decretū messicā Dei tribuant p̄sse, sed du-rat̄ applicent ad infallibilitē operandum: n̄ de deducitur in-a-qualitatem prouenientem à decreto, minimē officere & equitati, & iustitia reprehesionis comparatiua; nam ea solum inaqualitas iustum excusationem præbere potest, quia in causa est, vt ina qualiter possint benē operari; sūi vero omnino & qualiter valeant, non est cur non possit unus respectue ad alterum eque potestem, & in-aqualiter operantem, reprehendi.

20. Aduersus hanc solutionem duplex est impugnatio. Pri-ma ostendens eum, qui caret d: creto, aut prædeterminatione ad bene operandū præreq̄uitis, darere potestate ad operandū. Ce-terum hæc impugnatio præsentem questionem ad communem dif-ficultatem devoluta: ideo illi modo supersedeo.

21. Secunda est nūquam vim argumenti elidi, licet abso-luta potestas ad consensum in dissentiente admittatur, licet enim hanc potestatē demus aduersariis, negari nihilominus nō potest eum: qui habet decretū de consensu, habere aliquid independēt̄ suo libertatis exercitio plurimum ad consensum iuuans, quo per-sistit arguenti vis: nam, vt reprehesioni comparatiua efficac̄ sit, debet deficere ratio, quam in suis excusationem, qui reprehendit̄ possit offendere. Quamvis ergo, qui non consentit sufficientia ad consentiendum non privetur, caret tamen aliquo maximopere ad consentiendum iuuante. Caret enim decreto, quod siue per modū applicationis, siue determinationis, siue quopiam alio modo, verē & propriē condacit ad operandū conductentia antecedente, & protus à libero voluntatis exercitio independente. Licet ergo, qui reprehendit̄ absolvit̄ obnoxius sit reprehesioni propter veram & absolutam sufficientiam; non tamen reprehesioni com-paratiua propter ingentem inaqualitatem.

22. Ex hac ipsa doctrina reicienda est solutio tradita ab Albelda r. p. diu. 45. num. 8. & à Francisco Felix de scientia Dei cap. 6. diff. 2. nūm. umeo Hebraos comparatiū ad Tyrios & Sydo-nios à Christo Domino reprehendi; quia Hebrai sufficientiam ha-bebant ad operandū: quod sufficit ad reprehensionem etiam co-paratiuam: sicuti reprobi in die Iudicij; non solum comparatiuam ad alios & qualibas auxilijs præuentos; verum etiam spectu Apo-stolorum, Beatissimæ Virginis Iimōi & Christi Domini (qui vbe-

rioribus auxilijs cumulati sunt) à supremo viuorum, & mortuorum iudice increpabantur.

23 Facile igitur hæc solutio ex superiori doctrina rejicitur; quia ad reprehensionem comparativam requiritur, quod non sit in æqualitas, liberi arbitrij ysum antevertens, ratione cuius posterior sit ratio in consentiente, quam in dissentiente ad bene operandum. Sed, adhuc admissò auxilio sufficienti in eo, qui dissentit, posterior ratio est in consentiente, quam in dissentiente in iurum decretum absolute exercitum pro sola Diuina libertate. Ergo licet dissentiens possit absolute reprehendi, inepte tamen comparativè ad bene operantem reprehenderet.

24 Ad id, quod dicitur de reprehensione reproborum respectu quorūcumque ex prædestinatis, & etiam respectu Christi Domini, respondeo cum nostris Doctoribus, vel ex eo reprobos increpari respectuē ad Christum, quia eius laboribus ærumnais, & morte contemptis, suum ingratissimum animum ostenderunt, vel, quia, cum æqua libertate, qua Christus acerbissimam mortem acceptavit, ipsi, ne leuem quidem difficultatē subire voluerent, ut peccata vitarent; & hæc secunda ratione increpari respectu Apostolorum, & aliorum etiam sanctitatis virorum, non autem alia ratione, qua excusationem in æqualitatis reprobi possent in sui favorem allegare.

25 Probatur secundo non fundari scientiam conditionatam in decreto, ex illis verbis sapientie 4. *Raptus est ne malitia mutaret intellectum eius.* Et hac ratione (semel supposito, quod supra probauimus, videlicet, his verbis contineri absolutam præditionem lapsus iusti sub conditione diuturnæ vita) argumentū conficitur. Si hæc veritas conditionata in decreto fundaretur, pa-
riū commendaretur amor Dei erga hunc iustum, cum constet ex sequentibus verbis oppositum: subdit enim scriptura placit aenim per. t Deo anima illius. Ergo non fundatur hæc veritas in decreto. Ait precedens probatur. Si veritas indecreto fundaretur, Deus de-
creuisset quod, si iustus diutius vineret, exerceret pravae opera-
tiones. Ergo Deus per suum decretum conditionauit illum iustum coniecissem in discrimen, à quo postea per immaturam mortem substraheret. Ergo non liberaret Deus iustum à periculis aliunde impendebatibus; sed ab his, in qua ipse Deus iustum compulisset. Ergo prius Deus induceret in pericula, quam à periculis educe-
ret. Quod ergo magna Dei in prouidentia suavitas liberare à per-
iculis, quæ ipsa struxit, quasi salutis Iustorum per conditionatum
decre-

Decretum lapsus prius insidiata. Plures id generis rationes vide apud Patrem Ruiz de Montoya de Scientia d. 71, per tres primas sectiones.

SECT. IV.

Probatur nostra sententia ex Augustino, & alijs Patribus, necnon rationibus ex eorum verbis elicitis.

26 D. Augustinus varijs in locis pro nobis stat. Primo quatenus docet lib. 3. de libero arbitrio cap. 18. quamcumque causam nostræ voluntatis, cui resistere non possimus, nostram libertatem evertere: sic enim ait loquens de requisitis ad libertatem. *Si laboriosum est omnia mandare memoriae, hoc brevissimum tenere; quæcumque ista causa est voluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur.* Et post pauca. *Quis enim peccat in eo quod nullo modo caueri potest; peccatur autem.* Ergo caueri potest. Ex his verbis conficitur hoc argumentum.

27 Decretum conditionatum de prava operatione humana, iuxta Augustinum, tolleret libertatem; sed futura conditionata libera non cognoscuntur in medio ipsi libertati opposito. Ergo non cognoscuntur in decreto conditionato. Maior probatur ex Augustino. Id quod influit in opus, & cui resisti non potest, non congruit cum libertate; sed decreto conditionato, quod quidem influit in consensum, voluntas resistere non potest. Ergo tollit libertatem. Maior huius syllogismi est Augustini in verbis supra relevantiis, & consequentia est legitima. Minor vero negari nequit, quia decretum conditionatum consensus, sub conditione auxiliij, immal cum posit one auxiliij, infallibiliter inferunt consensum absolutum, alioquin, si in sensu composito decreti, & existentiæ auxiliij, non esset consensus frustraretur decretum: quando quidem ex una parte vellit efficacitatem consensum sub conditione auxiliij, & ex alia sub conditione auxiliij, consensus non daretur: quod est formalissime frustrari decretum.

28 Confirmatur ex eodem Augustino, iuxta quem electio subi, citur aliqua ratione nostræ libertati: non immediatè, quasi nos possimus formaliter determinare Deum ad suos voluntatis actus. Ergo quatenus electio efficax Dei scientiæ innititur per nostro arbitrio determinabili, & impedibili: non enim reliqua est alia via, qua valcamus Diuinis nos determinationibus ingerere.

Antecedens constat ex Augustino de dono perseverantia cap. 22. Vbi ait. *Accipiant eandem gratiam, qua velint esse, & efficiantur electi.* Ergo nos non proprijs arbitrij viribus; sed Diuinæ gratiæ auxilio adiuti, nostris liberis operibus facimus, ut simus electi. Ergo electio pender à nostro arbitrio ratione Scientia Mediæ, cum immediatè pendere non valeat, nec ratione Scientia absoluta: tū, quia electio, qua discernimur (de qua loquitur Augustinus) non est quia sumus Sancti: tum, quia, apud Dominicanos decretum ab solutum, nulla ratione absolutam Scientiam subsequitur; sed prius econuerso, Scientia absoluta decreto subnixa est. Clarissime ad ipsum docuit Prosper Augustini discipulus. Secundo de vocatione Gent. c. 35. vt ait *Frustra dicitur quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam ad hoc operentur, ut electi sint.* Ergo iuxta Prosperum electio discretiva à nostro libero arbitrio dependet. Non immediatè, vt supra dixi: Ergo mediate ratione Scientia Mediæ.

29 Confirmatur tertio: quia Patres apud Paulum Leonardi 2. p. resp. cap. 1. num. 3. negant fatum antevertens nostri asperas operationes, siue hoc fatum ab astris, ut aliqui volunt, siue à sola voluntate Divina, ut alii defendant, proveniat. Fatum vero non negant Patres, quatenus fati assertores illad ad iurati libertati aduersarium; sed quia Patres putant conditiones fati, nempe connexionem in eluctabilem cum eventibus liberis, ipsorum libertati opponi. At similiter decretum conditionatum, ut coniunctum cum hypothesi, in eluctabilem connexionem habet cum conditio- nato. Ergo perinde, ac fatum est contra mentem Patrum. Quod autem fatidici non afferant libertatis iura faticueri, constat ex Julio Syreno lib. 3. de Fato c. 28. vbi huc habet. *Dicebant fatum non destruere hominis naturam, & ideo manere in nobis nolle, & vele, quia efficacia Diuina præfinitionis non est in ruinam liberas facultatis; sed in adiutorium, & subministrationem eius.* Huc faciunt, quæ diximus tract. de Prædest. quæst. 6. Vbi omnem connexionem simpliciter antecedentem libertatem euertere probauimus.

30 Probatur secundo ex eodem Augustino. Deus ad conferenda auxilia dirigitur Scientia conditionata de bona operacione futura, sub tali auxilio, sed non dirigitur Scientia conditionata fundata decreto conditionato. Ergo dirigitur Scientia Media. Consequentia est legitima. Minorem probo, postea maioris veritatem dissertis. Augustini verbis ostensurus. Tum: quia apud ferè omnes Thomistas, uno, vel altero excepto eodem signo, quo Deus

Deus decernit absoluē, decernit etiam cōditionatē; ita, vt simili
decernat Deus hac ratione. Volo quod Petrus v. g. consentiat abso-
lute cum auxilio A, & quod si conferretur illi auxilium B. non
consentiret. Ergo scientia illa, quæ præcedit ad colationem auxi-
lij, non est scientia fundata in decreto conditionato. Siquidem de-
cretum conditionatum non præcedit, iuxta Thomistas, ad decretū
absolutum. Tum etiam: quia ex ipsis terminis videtur supervaca-
nea, & oiosa hæc decreti cōditionati præcedentia: Si enim Deus
pro suo plenissimo dominio independenter omnino ab alterius de-
terminatione, potest decernere quod Petrus habeat auxilium, &
quod illi consentiat: ad quid prius decernet conditionate con-
fessum sub conditione auxilij, & postea absolute? Nauquid Deo pre-
vio conditionato voluntatis connatu opus est, vt sic difficultas
decreti absolute temperet?

31 Præterea Scientiam Medium diuinis determinationi-
bus prælucere, nos ideo ducimus necessarium, ne Deus parum pro-
videnter operetur, cum ex una parte cōsentum intendat, & ex alia
præbeat auxilium, de quo nondum illi constat congruum ad finē
intentum futurum esse. Cæterum Thomista suo decreto absolute
hæc omnia possunt præcavere. Si enim Deus absolute decernat
auxilium coniungendum cum consensu, nulla alia conditionata
scientia præente; & consensum intendet absque frustrationis suæ
voluntatis periculo, & prouidentissime media adhibebit, cum ea
sua ipsa voluntate efficaci, ad finem intentum congrua constituat
vt quid ergo prius conditionatē, postea vero absolute auxilium,
& consensum decernet?

32 Iam vero maior illa. Videlicet Deum, scientia conditio-
nata dirigi ad electionem discretiūm; constat in numeris Augusti-
ni tertii m̄j, ex quibus unum, vel alterum feligam. Primum sit ex
lib. expositionis quarundam propositionum in Epist. ad Romanos
prop. 55. Vbi hæc haber, loquens de Diuino proposito erga elec-
t̄os: *Hoc propositum ad præscientiam & prædestinationem pertinet:*
nec prædestinavit aliquem, nisi quem præsuiit crediturum, & secu-
turum esse vocatiōnē suām. Ex his verbis adeo clare infertur, non
modo scientiam conditionatam dirigere Deum ad propositū cir-
ca elect̄os, verum etiam dari in Deo Scientiam Medium, prout ab
Authoribus Societatis propugnatur, vt Aluatez lib. 1. respons. c.
36. in fine. Cursus Carmel. tract. de Scientia d. 10 quibus subscrip-
t̄t Ioannes à S. Thoma putantes hæc verba esse Ioannis Arborei,
& non D. Augustini: quia Ioannes Arboreus illis ad apperien-
dam

dam suam mentem vtritur tom. 1. Theosophie lib. 4. cap. 11.) fin-
cerè fareantur in illis etiam Scientiam Medium contineri, doctrinæ
næque Dominicanorum opponi. Ceterum, cum aliunde constet (li-
cet hoc Thomistas latuerit) hæc verba esse D. Augustini, recte in-
ferunt nostri Doctores cum P. Hieron. Phasolo tom. 2. in 1. part.
q. 14. art. 13. dub. 16. n. 3 & 3. & P. Aldrete tom. 1. in 1. part. tract.
de scientia disp. 28. sect. 2. nostros aduersarios, vel nolentes fateri,
pro nobis Augustinum stare; necnon aliquos Patres, qui doctrinā
tradunt, quā ipsi nō Aug. sed Ioannis Arborei esse putauerunt.

33 Secundum testimonium Aug. celebre est apud Theologos in hac controværia, continenturque in lib. 1. ad Simplicianum
q. 2 per hæc verba. *Quamvis multi uno modo vocati sint, tamen
quia non omnes uno modo affecti sunt, illisoli sequuntur vocationes,
qui illi capiendo reperiuntur idonei, & illud non minus verum sit,
igitur nec volentis, nec currentis; sed miserenis est Dei: qui hoc mo-
do vocavit, quomodo aptum erat his, qui secutisunt vocationem. Ex
his verbis conficitur hoc argumentum. Illi vocatione donantur,
qui à Deo reperiuntur idonei ad illam recipiendam. Ergo Deus
prius comperit idoneitatem ipsorum, quā illis conferat vocationem:
at comperire vocandum idoneum, est comperire ita esse affectū,
vt responsurus sit vocationi, si adhibeat. Ergo prius Deus cog-
noicit, & cōperit, quod si vocetur, respōdebit, quā vocet absolute.*

34 Denique, ut plura alia Augustini testimonia omittam,
perspicue ordinem, quē Deus in prædestinando seruat, exponens.
Primo ante omne decretum ponit præscientiam, quæ eo ipso de-
bet esse conditionata, & non absoluta. Secundo prædestinationem,
siue propositum. Tertio vocationem secundum hoc propositum.
Quarto iustificationem. Quinto denique glorificationem. Ita i. si-
tut habet lib. de correp. & grat. cap. 9. exponens D. Paulū. Ofen-
dens autem quid sit secundū propositum vocari, mox addidit ea, que
iā supra posui. Quoniam quos ante presciuit. & prædestinavit cō-
formes imaginis Filij eius, ut sit ipso Primogenitus in multis fratri-
bus. Quos autem prædestinabit, illos, & vocavit felicet secundum
propositum quos autem vocavit illos, & iustificauit quos autem iu-
stificauit, illos, & glorificauit. Illa omnia iam facta sunt presciuit,
prædestinavit, vocavit, iustificauit: quoniam. & omnes iam presciiti,
ac prædestinati sunt, & multiam vocati, at que iustificati. &c. Ex
quibus verbis præsertim ex illis, quos presciuit, & prædestinavit
(aci dicere illos prædestinavit, quos præsciuit) plane colligitur
præsciētiā, nō prædestinationi, sed potius prædestinationē sciētię:

subdixam esse: & consequentia scientiae conditionata ad vocationem congruam procedere.

35 Non potuit hæc præcedentia clarius explicari, quam eam exposuit ipse Augustinus lib. 1. ad Simplic. q. 2. per hæc verba. Nullius Deus frustra transferetur; cuius autem miseretur, sic eis vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respuat. Ergo Deus quando vocat aliquem suo auxilio, & inspiratione, scit quod, si ita vocetur, vocationem non respuet. Hoc autem formidissime est dirigis scientia conditionata ad vocandum, & prædestinandum!

36 Eandem præcedentiam, seu directionem scientie conditionalis tradit aperte Prosper Augustini discipulus in response ad 12. capita Gallor. sent. 8. necnon responsi ad objectionem 12. vincentian. etiam in respol. ad 3. cap. Gallor. Idem tradit Ambros. in comment. ad Rom. cap. 9. Idemque repetit alijs in locis, que in confirmationem sententia Societatis adducuntur à P. Ruiz de Montoya de scientia d. 66. sect. 6. clarissime id ipsum docet Chrysost. in cap. 9. Math. homil 65. col. 5. consonat Bernardus ferm. 54. in cantica. Vide plura alia testimonia Patrum Græcor. & Latinorum apud eundem Ruiz de Montoya eadem d. 66. fere per totam.

37 Tertio probatur nostra sententia ex ipso Augustino l. 22. de Ciuit. Dei cap. 6. vbi de duobus hominibus iustis in auxilio ad bonum, & in suggestione ad malum æque se habentibus: ex quibus unus peccat; alter vero tentationi resistit; ita ait. Si eadem tentatione ambo tententur, & unus ei cedat, atque consentiat, alter vero idem, qui f. erat, perseveret, quid aliud appareret, nisi unum voluisse: alterum noluisse a constitute deficere. Ex quibus verbis hoc efficitur argumentum. Deus cognoscit ex illis hominibus quæ in discrimen temptationis adductis, quod, si unus tentetur, tentacioni cedat. Alter vero temptationi non succumbet; at iuxta Augustinum non potest scientia hæc fundari in decretis conditionalibus de lapsu unius, & de victoria alterius. Ergo scientia conditionata non fundatur in decreto. Minor probatur. Tum quia unus habebet decretum; non tamen alius de suo lapsu, quo non æquè se habent, presertim in Thomistarum sententiis, ponentium præditionem physicam: tum, quia, si hæc decretorum datetur diversitas, non cedit unica ratio velle unius, & alterius nolle; cum velle, & nolle fundarentur in decreto Dei efficaci. Ergo iuxta Augustinum scientia non fundatur in decreto. Doctrinam Augustini

de his duobus hominibus quem ad bonum vocatis, & quem ad malum prava tentatis suggestione: ex quibus unus, altero peccante, in iustitia perseverat, tradiderunt etiam Hugo Victorinus in annotatione ad Rom. cap. 9. & Fulgentius lib. de praedest. & gratia cap. 15.

38 Respondent aliqui Augustinum in libris de corrept. & grat. de praedest. SS. de dono persever. & de peccatorum meritis, & remis. retractasse, quæ docuerat in praedicto loco de Ciuit. Dei. Ceterum qui hoc effigium petunt, apparet falluntur. Nam ipse August. lib. 1. retractionum perveniens ad libros de Ciuit. Dei, nihil retractione aut animadversione dignum ex illo lib. 12. de Ciuit. Dei comperit. Ergo Augustinus non retractavit verba superius relata. Præterea Augustinus, cum retractiones scripsit, iam scripserat libros de peccatorum meritis, & remis. de gratia Christi contra duas epistolas Pelagianorum: Enchiridium, & libros de corrept. & gratia. Siquidem horum librorum meminit & retractionum cap. 33. 50. 61. & 63. In quibus libris continetur doctrina, quam postea docuit lib. de praedest. SS. ut constat, ex illius libri exordio. Cum igitur in retractionibus nihil ex lib. 12. de Ciuit. Dei retrahaverit, & iam tunc reliquos libros scripserat, vel dicendum est, id ipsum, quod retractavit in his libris, possea approbasse, vel (quod certissimum est) takem retractionem in his libris non contineri.

39 Quarto probatur ex Augustino, paucis ante ipsius verbis præmissis in hunc modum. Deus cognoscit per scientiam conditionatam, non solum opera honesta conditionate futura; verum etiam turpia, & peccatores futura conditionate: At Deus non habet decretum, aut absolutum, aut conditionatum, quo efficaciter velit, & præficiat actiones prauas, etiam pro materiali: ergo Deus non cognoscit actiones prauas futuras, conditionate in decreto. Consequentia est legitima, & maior certa. Minor probatur ex Augustino varijs in locis. Clarius tamen hanc doctrinam tradit lib. de articulis falso sibi impositis art. 10. his verbis: Detestanda, & abominantia opinio est, quæ Deum, cuiusquam male voluntatis, aut male actionis credit auctorem: cuius predestinatione nunquam extrahitatem nimquam extra iustitiam est: uniuersitate enim vis Domini in sericordia & veritas adulteria enim Matronarum, & corruptelas Virginum, non instruere nouit sancta diuinitas; sed dampnare: nec disponere, sed punire.

40 Vbi obsequandum est August. excludere ab objecto vnu-

Iunctatis Diuinæ nō soluunt militiam, quæ iuxta Thomistas reflectar ex actionibus prohibitis; verum ne etiam ipsas actiones, quæ malitia substantia: adulteria enim, & Virginum corruptio non sunt, iuxta Thomistas, formale peccati; sed materiale duntaxat. Hanc eandem doctrinam tradidit idem S. Doctor tū in locis, que citat P. Molina in concordia d. 30. ver. 2. tum lib. de spir. & litt. c. 31. ubi non vult S. Doct. quod omnis voluntas humana indiscriminatim sit à Deo, ne Author peccati cœscatur. Vide, quæ diximus tract. de Prædest. quest. 7. ubi prædestinationem ad materiale peccati fusè reiecamus.

41 Denique. Probatur nostra conclusio; quia Patres sapientius summe extollant, ut patet, scientiam Diuinam, quæ scrutatur profunda cordium. Si vero omnes veritates decreto Diuino niterentur, quid mirabile quod Deus perfecte nouerit, quod ipse sua sponte, & libere decreverit. Præterea Patres crebro inquirunt: cur Deus sciens hominem peccatum, si existaret illum creauerit: hoc enim quodammodo videtur sua bonitati labem alpergere; sed, si haec scientia niteretur decreto Diuino, ionge mirabilius esset, maiorique examine dignum, cur Deus hominem creauit, quæ de-creuerat præue operatum, si crearetur: cù hac ratione appareat magis ad speciem Deo hominis peccatum imputari debere: ergo non videtur credibile, quod si iuxta PP. veritates conditionatae decreto inniterentur, inquirerent primum; & non potius secundum dubium. Nunquam hoc secundum dubium PP. versant. Sig-num igitur haud leue est PP. nunquam iudicasse veritates condi-
tionas semper decreto Diuino subnixa esse.

SECT. V.

Soluuntur argumenta Adversarioꝝ ab autoritate desumpta.

42 Obiectio. 1. à Gonçal. disp. 44. sect. 3. ab Albelda disp. 45. sect. 2. à n. 3. à Iean. 2. 8. Th. disp. 20 art. 3. à cursu Carm. disp. 10. dub. 2. §. à Gon. d. sp. 6. de scietia art. 4. propositam suisse a D. Prospero nostrâ sententiam D. Augusti illamque, ut falsam reieciſſe: ergo nostra sententia Aug. aduersatur. Quod nostram senten-
tia Prosper Aug. proposuerit: probant ex ipso Prospero in Epist. ad Augustiam, quæ extracta ante lib. de Prædestinatione Sancto-
rum. Vbi ita August. interrogat, Vtrum præscientia Dei, ita secundum
dum propositū maneat, ut ea ipsa, quæ sunt proposita, sint accipienda

preficta? An per genera causarum, & species personarum ista va-
riantur, ut quia diuersae sunt vocaciones: in his, qui nibil opera-
tur saluantur, quasi solum Dei propositum videatur existere, in
bis autem, qui aliquid boni acturi sunt, per præscientiam possit
flare propositum? An vero uniformiter, licet diuidi præscientia
à proposito temporali distinctione non possit; præscientia tamen quo-
dam ordine sit subnixa proposito; & sicut nibil sit quorumcumque
negotiorum, quod nonscientia Diuina præuenitur, ita nihil sit bonis
quod in nostram participationem non Deo auctore defluxerit? En-
siunt aduersarij nostram questionem Augustino fuisse proposi-
tam. Vtrum videlicet scientia Diuina innitatur proposito vel po-
tius è cōtra: propositū siue decretum Diuinū in scientia fundetur?

43 Id ipsum probant Aduersarij ex alijs verbis Prosperi
in eadem Epistola paulo inferius: ita enim ad D. Augustinum scri-
bit. Illud etiam qualiter dilutatur, quæsumus patienter nostram in-
spiciens iam ferendo, demonstrare, quod retractatis priorum de haere-
opinionibus, pncè omnium par inuenitur. & una sententia, quæ pro-
positum & prædestinationem Dei secundum præscientiam recepe-
runt: ut ob hoc Deus alios usq[ue] honoris, alios contumelia fecerit,
quia finem uniuscuiusque previderit. & sub ipso gratia adiutorio,
in qua futurus esset voluntate, & actione præsicerit. In quibus
verbis siunt Aduersarij planie de scientia Media, seu de scientia
conditionata non innixa decreto à Prospero Augustinum fuisse
interrogatum.

44 Quod autem Augustinus scientiam conditionatam nō
subnixam decreto reiecerit, & potius omnem scientiam conditio-
natam decreto item conditionato fandare assertur, siunt consta-
re ex ipso Augustini libro 1. de Prædest. Sanctorum c. 17. ne con-
cap. 29. ubi loquens de his, quos Deus credituros præsciebat, si
prædicaretur illis: hęc habet. Vtrum tantummodo eos præsicerit,
ap[er] eos prædestinauerit Deus, querere. & differere hinc necessarię
non putam, proinde quod dixi tunc voluisse hominibus apparere
Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam quando sciebat. &
ubi sciebat esse, qui in eam erant credituri; posset etiam sic dici tunc
voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari do-
ctrinam suam quando sciebat, & ubi sciebat esse, qui electi fuerant
in ipso ante mundi constitutionem. Ex quibus verbis colligunt ad-
uersarij scientiam conditionatam inniti voluntati efficaci, qua
Deus ante omnem scientiam elegit hominem ante mundi constitu-
tionem. De hac obiectione agunt Ribadeneira, Anat. Aldrete, &c.

aliij, multaque congerunt in eius enodationem. Ego vero ex ipsa Prospere epistola solutionem eruam.

45 Dico igitur Semipelagianos, de quibus in hac epistola loquitur Prosper, multipliciter à vero deuiasse. Omnis autem alijs erroribus, inter omnes præcipius erat, hominem viribus arbitrij ad gratiam Christi se disponere, suoque de merito ea carere, imo naturæ viribus prædicationi assentiri, quo crudelitatis merito gratiam sibi comparat, qua deinceps fidem suscepit iunet, & fouca. Prima autem pars constat ex illis verbis eiusdem epistole. Atque ad hanc gratiam, quam Christo renascitur pervenire per naturalem scilicet, facultatem petendo, querendo, pulsando, ut ideo accipiat, ideo inveniat ideo introeat; quia homo nature bene est, ut ad istam saluarem gratiam, innatalis gratia (id est creationis) ope meruerit pervenire. Secunda pars. Constat ex alijs verbis eiusdem epistole. Itaque quantum ad Deum pertinet hominibus partam esse vitam eternam: quantum autem ad arbitrij libertatem ab his eam apprehendendi, quia Deo sponte crediderint, & auxilium gratiae merito credulitatis acceperint.

46 Cum autem in pueris absque baptismo decedebatibus, non sit libertas, ut se disponant ad baptismum, ne Semipelagiani concederent aliquam discretionem prædestinati à reprobatione, non ex meritis, ad opera conditionata recusum fecere: afferentes ex pueris ad adultam etatem non pervenientibus eos suscipere baptismum, qui prævidentur à Deo credituri, & in fide mansuri, si diutinus viuerent, eos autem baptismo, & gratia regenerationis privari, qui præuidetur futuri increduli, si diuturnam vitam consequentur; putabant enim Semipelagiani peccata conditionate futura, & merita futura conditionate, tales reddere pueros, quales essent, si ad adultam pervenientes etatem, opera, vel salutaria, vel peccaminosa elicierent absolute. Constat totum hoc ex illis verbis eiusdem epistole. Cumque inter haec innumerabilium illis obiectarum malitudo parvolorum: qui utique, excepto originali peccato, sub quo omnes homines similiter in primi hominis damnatione nascantur, nullam adhuc habentes voluntatem nullam propriam actionem non sine Dei iudicio secernuntur: ut ante discretionem boni, animali de usu vita istius auferendi, alij per generationem inter celestis regni assumantur heredes; alij sine baptismo inter mortis perpetuas transiunt debitos; tales aiunt perdi, talesque salvati, quales futuros illos in annis maioribus si ad adultam seruarentur etaterent. Scientia Divina preuidet. His præsuppositis.

47 Respondeo nec Prosperum de Scientia Media Augustini num consaluisse in propositionis verbis, nec Augustinum vel in loco Scientiā Medium, prout à nobis exponitur repudiasse. In verbis ex Prospero adductis non agitur de scientia conditionata: sed de absoluta, sicutem de opere meritorio. Rogat enim Prosper verū opera proposita, seu quae sunt secundum propositum, prius praesertim ciantur à Deo, sicutem, ut meritoria, quam datur propositum, vel & contra? Hoc est: an opera salutaria conductura defacto in vitam eternam prius existant, sicutem inesse meritoriorū, quam sit in Deo propositum salutis, ex quo proposito conferatur à Deo gratia supernaturalis ad ea opera elicenda, vel sicutem distinctione utendum sit; ita, ut in his, qui absque proprijs meritis salvantur, ut pueri, qui post baptismum decedunt, detur propositum absque prædestinatione operum, quæ per scientiam absolutè à Deo: in alijs vero, qui per propria medita vitam eternam consequuntur, dicendum sit prius prænderi opera meritoria, quam propositum existat, vel absolute, & indiscerniblē dicendum sit omne opus bonum cōducens in vitam eternam prouenire à Deo, ut habere propositū operū & salvationis. Hinc explicationem probat eruditus, & ethica citēt Pater Annato, eaque vicitur Ribadeneira, videturque clarius alijs, qui communiter circumferuntur.

48 Deinde quidquid sit; an Prosper de scientia conditio-
nata, vel ad scientia absoluta D. Augustinum interrogaverit,
nego Augustinum unquam Scientiam Medium reicisse: nec enim
vñq[ue] Augustini verba in huius questionis à Prospero propositione
responso ab Aduersariis adducitur, que eis, vel ad speciem fa-
uunt. Ad verba cuim, que nobis opponunt ex libro de Prædestina-
tione, & gratia cap. 29, facile respondetur in illis docere Augu-
stini dico. Primumquod Deus voluit apparere Christum tunc,
quando sciebat homines credituros, quod quidem per scientiam
conditionatam sciebat: an vero ea scientia conditionata de creto
subiuxa sit, nec leviter in predictis verbis insinuat. Secundum est
posse dicit tunc apparuisse Christum, quando sciebat esse homines
eos, qui à Deo electi erant. Hoc autem solum probat, priusquam
decerneretur, ut hic, & nunc futura Christi prædicatio, iam Deū
elegit ad vitam eternam, qui erant eligendi. Hęc autem prece-
dētus elec̄tio Scientiæ Mediæ minime obicit, imo illi debet esse sub-
sistere, ut libertatis iura serueniant illęsa. Perperam ergo Aduersarij
ex predictis verbis Scientiam Medium ab Augustini mente com-
p̄miscentur alienam.

49 Præterea neque Scientia Media aduersatur doctrina eiusdem Augustini c. 17 eiusdem libri ubi totus est Augustinus in stabilienda præcedentia electionis, rei ciendiisque meritis electionem discretuam prædestinatis à reprobo preceuntibus. Hęc autē antecedentia electionis recte cum Scientia Media coheret, cū enim solum excludat precedentiam meritorū momentum, ut talium ad electionem & opera, ut conditionatē præcisa nō sint merita, quia absolute possint mouere, non est cur ex reiectione meriti præcedentis electionem, Scientiam item Medium ab Augustino perinde rejici existimemus.

50 Ob. 2. D. Augustinum de Prædestinatione Sanctorum c. 1. illis verbis. *Prædestinatione Deus ea præstinxit, quæ fuerat ipse facturus. Et infra Quando promisit Deus Abraham fidem gentiū, non de nostra potestatis voluntate: sed de sua prædestinatione promisit, quæ ipse futurus fuerat, non quod bonitas.* Unde arguunt. Prædestinatione iuxta Augustinum est decretum rei prædestinatae; et ergo Deus omnes actiones, quas prædestinat, efficaciter decernit. Ergo, si Deus in prædestinatione cognoscit, quæ facerat ipse facturus, id cognoscit in decreto efficaci: sed cognoscere Deum fidem gentium, quam fuerat ipse facturus, est cognoscere futurum conditionatum (siquidem eti cognoscere fidem, quæ futura esset in gentibus, eam Domino operante) ergo Deus cognoscit futurum conditionatum in decreto. Deinde omnia opera bona sunt à Deo: sed opera etiam salutaria conditionata sunt bona: ergo sunt à Deo. Cum ergo omnia opera, quæ sunt à Deo cognoscantur in prædestinatione, seu decreto Divino, plane sit opera conditionata: etiam à Deo in decreto conditionato cognosci.

51 Hęc obiectio pluribus laborat aquiuocacionibus. In primis gratias ad mitto Deum omnia bona operari per decreta positiuum ea nomine discernens: in quo decreto illa à Deo cognosci. Cum igitur opera salutaria puto conditionata non sint absolutè, & simpliciter bona; sed estent: immo neque absolute habentur: sed haberent esse: hinc sit ea non debere cognosci in decreto absolu-
to ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti; seu in de-
creto, quod absolute sit; sed in decreto conditionato ex parte
actus, & absolute ex parte obiecti, sive in decreto, quod nō est ab-
solute; sed estent. Præterea hęc obiectio (ad huc admissis, quæ ini-
cio admissimus) non probat de omnibus futuris conditionatis; sed
tanquam de futuris prædestinatis à Deo; seu de optibus bonis, &
salutibus, quæ sunt Deo Authoris, operante, & dante. At ve-

ro opera prava, quæ sicut, quin Deus Author illorum sit, sō probat obiectione debere à Deo in decreto aliquo cognosci.

52 Deinde absolute respondeo. Augustinū primis verbis, nempe. *Predestinatione Deus ea cognovit, qua fuerat ipse facturus.* Solum assertere Deum in prædestinatione cognoscere, quæ sit ipse absolute facturus, ea ratione, qua Deus facit ea, quorū est author ratione prædestinationis. Cum igitur, ut Deus author sit bonoru opera Petri prædestinati, opus non sit, quod efficaciter decer- nat ipsa opera; nedū exequatur suo antecedenti decreto; sed sufficiat conserne auxilia, quæ præuidet efficacia ex intentione seriaz boni eventus; ideo necesse non est cognoscere bona opera, ut ab- solutē futura in decreto efficaci eorum, præsertim exequutiō; sed in decreto apertū ex intentione boni operis directo ex scientia Media consensus futuri. Hoc tamen non tollit Deum euentū ab- solutē futurum in se ipso cognoscere.

53 In alijs verbis nimirum: *Quando promisit Deus Abra- he.* &c. assert Augustinus fidem gentium Abraham promissam, non ita esse ex pura humana libertate, ut præcipue non sit ex Deo donante, & operante, non tamen negat, nec negare potuit Augu- stinus fidem gentium esse ex voluntate libera credentium, prout gratis auxilijs gratia præuenta, alioqui non libera, nedum meritoria esset. Solum igitur assert Augustinus fidem, non esse ex fa- cultate naturali pati liberi arbitrij; sed à Deo prouenire: non tā- quam à prædereminante; sed tanquam à disponente prædicatio- nem ubi, & quando gentes Divina gratia præuentas Euangelio credituras fore præviderat: in qua doctrina nihil habetur, quod Scientia Medicæ, vel leviter opponatur.

54 Obijcitur 3. Idem Augustinus eodem lib. c. 9. illis ver- bis. *Quid enim est verius, quam præciuisse Christum, qui, & quan- do, & quibus locis in eum fuerant creaturæ? Virum prædicato sibi Christo a se ipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi?* Id est: an Deus prædestinaverit querere, & disrere, tunc necessarium non putans. Ex his verbis ita aduersarij argumentum conficiunt. Opera nostra, quæ tantum præsciuntur, & non prædelinuntur, sunt præcisæ ex nobis ipsis, non vero à Deo, ut Authore donantur; sed opera conditionata sunt præcisæ ex nobis ipsis, sed Deo donante. Ergo non solum præsciuntur, sed prædelinuntur, & do- nantur à Deo: consequenterque decernuntur. Ergo opera condi- tionata decreto innituntur.

55 Admitto, ut supra dixi, omnia opera bona absoluta ita esse

esse à Deo donante, ut sint ab ipso efficacitera decernente. Ex eo autem solum insertur bona opera esse prædestinata, & decreta-
ta ea ratione, qua bona opera sunt. Verum cum bona opera con-
ditionata solum conditionata, & non absolute sint bona opera;
solum erunt à Deo donata, & prædestinata, seu decretata condi-
tionata, non absolute: non quia opera cōditionata decretata sint
per decretum conditionato modo tendens; sed quia decernentur
per decretum absolutum, si ponatur conditio.

56. Obijcunt 4. Si Augustinus admisisset Scientiam Medi-
diam, non illi opponenter Semipelagianieus doctrinam iura li-
bertatis euertere. At qui hanc libertatis iacturam sepe sèpius ad-
uersus Augustinianam doctrinam Masilienses incuicabant. Er-
go Scientia Media Augustiniana non est. Minor est certa, & con-
sequentia bona. Maior probatur. Decretū innitens Scientiæ Me-
dix nostram liberam determinationem consequenti scilicet ipsum cōsi-
picuē ostendit consentanea ad scientiam, cui subnixum est, ut con-
sequens etiam liberum voluntatis arbitrium. Ergo ut non impe-
diens, neque eueriens illius libertatem. Ergo dum Masilienses ex-
libertatis capite Augustino opponuntur, vel dicendum est iuxta
Augustini mentem decretum non subioti scientiæ consequenti, ne
que libertatis exercitium, vel Masilienses stolidi nimis dissipati-
se, mentemque Augustini, quantumvis per spiculam, stupide igno-
rasse. Hoc vero procul abest ab auri Masiliensium ingenio.

57. Respondeo Masilienses quodlibet decretum efficax
saluationis nostra & aliqua ratione antecedens nostra opera, ipsorum
libertati opponi censuisse. Non enim callebant, quo pacto, qua ve-
ratione, decretum efficax salvationis Petri v.g. ex quo voluntas
auxiliorum derivetur, libertati non opponatur. Cum enim ad hoc
decretum non precedant opera libera, ut absolute præmissa, & ex
ipso gratia Diuina ad opera salutaria trahat originem, qua gra-
tia ad ipsa salutaria opera præcedere necessario debeat, videtur
ipsum decretum omnino noscas operationes præuenire, ad illas
que antecedenter necessitatē, consequenterque esse fatalem quā-
dam necessitatem omnino ineluctabilem. Hinc interferebant Semí-
pelagiani ad seruandam libertatem necessario requiri aliquem vo-
lontatis motum omnino ad hanc gratiam, ad hocque decretū an-
tecedenterem obliquè viribus solum arbitrij exercendū, ratione
cuius motus, in nostra esset potestate & eterna nostra falsus. Ex quo
deducitur, quod, etiam si Augustinus Scientiam Médiam admis-
set, possent Semipelagiani obijcere illi libertatis eversionē, q[uia] in
obindee

obinde nimis soliditatis argui deberent. Et hoc clare patet nam Alvarez, Zumel, Ledesma, illustrissimus Godoy, & alij, probare intendunt in Doctrina Societatis de Scientia Media augeri difficultatem conciliandi libertatem humanam cum Prædestinatione Diuina. Ergo optimè potuerunt Masilienses, quantumuis ingeniò præstantes, opponere Augustino ex eius doctrina, etiam si in ea Scientia Media contineatur, euerctionem humanæ libertatis inferri.

58 Instant aduersarij. Quoniam Pater Molina in sua concordia edita anno 1588. Scientiam Medium appellat nouam, minimeque cognitam a Theologis, aut Patribus, præsertim Augustino. Ergo Scientia Media non est Augustiniana, nec de mente Patrum. Accedit ad hanc, quod dixit Pater Molina in concordia Vlisponeñi quæst. vigessi. tertia art. 4. & 5. disp. 1. vbi postquam suam sententiam de Scientia Media proposuit. & explicuit, hæc subiungit: *Quæ si data, explanataque semper fuissent, fortè neque Pelagiana heresis fuisset exorta, neque Lutheranus impudenter arbitrii nostri libertatem fuissent a se negare obtendentes cum Diuina gratia præscientiam. & prædestinationem coherere inter se non posse, neque ex Augustini opinione, concertationibusque cum Pelagianis, tot fideles fuissent surbati; ad Pelagianosque defecisti; facilesque reliqua illæ Pelagianorum in Gallia, quorum in epistolis Properi, & Hylarii fit mentio, fuissent extinctæ. Ex quibus verbis Patris Molinae ansam at ripulit Thomista ad Scientiam Medium ab Augustini schola reiciendam.*

59 Respondeo P. Molina disserte à se terre Scientiæ Mediae eae D. Augustini, & aliorum PP. nam in eadem concordia priorique editione Vlisponeñi anno 1588. q. 14. art. 3. disp. 18. memb. 2. s. Quæres fortasse. vbi negat Scientiam hanc concedendam esse animæ Christi, licet in Deo reperiatur: poslea subdit. *Deo autem à Hieronymo, Augustino, & alijs PP. tribuitur hæc scientia. Quare dicendum est Molinam (ut ait Paulus Leonardus in Apologetico part. 2. sect. 8.) solum modo dixisse Scientiam Medium non omnino expresseuisse traditam ab Augustino. Factor ergo Scientiam Medium non penitus adeò expresse innotuisse Augustino, sicut nobis hac tempestate innotescit. Admitto similiter, quod si Scientia Media tempore Augustini ea clarisse, quanunc traditur à Societatis nostræ AA. prætraretur, forsitan, neque Pelagianorum heresis exorta fuisset, neque in reliquis Masiliensium quo modo perseverasset. Non tamen ob id*

Scien-

Scientia Media aliena est ab Augustini aente, sed potius conformis:qua propter Scientia Média, prout minus explicite cogita, traditur ab Augustino. At vero prout à Sapientissimo P. Molina declaratur, non docetur ab Augustino imo in dictis magis, & magis à Societatis nostræ D.D. illustratur, dum eius proprietates examinantur, vsusque ad prædestinationem penitus introspicitur, & ab argumentis oppositis vindicatur, & totus prædestinationis, & reprobationis ordo, in quo, & Diuinæ voluntatis efficacia, & Diuinæ prouidentiæ resplendet suavitas, perfectius cognoscitur.

60 Denique obieciunt aduersarij August. lib. de prædestin. sensum est c. 14. exponentem verba illa sapientia 4. *Raptus est. &c.* ita affirmasse. *Dicium est enim secundum pericula vita eius, non secundum præscientiam Dei, qui hoc præscivit. quod futurum erat, non quod futurum non erat. &c.* Ex quibus verbis contendunt aduersarij Deum antequam decretum, non præscientis hominem peccatum fore, sed intius visueret.

61 Ceterum hoc argumentum magis ad speciem videtur probare Deum absolutè nos cognoscere futura contingentia conditionata, quam ea non cognoscere, nisi post decretum. Horum verborum expositionem de dominis quæst. 2. sect. 4. ideoque eam omitto, non tamen prætermittam Mag. Ioan. à Sanct. Thom. hic d. sp. 20. art. 2. alterare Augustinum in prædicto loco, negare Iohannæ scientiam, ratione cuius Deus, vel puniat, vel præmit non autem scientiam conditionatam secundum se, siue innixam decreto, siue ab illo independentem.

62 Obij. iunt insuper aduersarij, si Scientia Media non inniteretur decreto, ideo hic videretur consensu us; ille vero disseritur, qui a vnus velle, alter nolle: ergo ideo vnus haberet auxilium, cui confidiret, quia velle; alter vero ideo haberet, cui dissentiret, quia nolle. Eigo questioni interroganti cur vnus habeat gratiam efficacem, qua liberetur, nempe, cui consensurus sit. Alter vero gratiam in efficacem, qua non liberetur, videlicet, cui sit disensurus: per velle, & nolle humanum respondetur; at hoc est contra Augustinum, & Prosperum. ergo Scientia Media debet in initio decreto. Minorem probo. Tam ex Augustino in epist. 105. ad Sextum col. 2. Cur, inquit, illum potius, quam illum haberet straretur, qui potest iudiciorum eius tam magnum profundum, tam etiam caueat precipitum. Ergo iuxta Augustinum in profunda Dei iudicia vertenda est hec diuersitas, non in velle, & nolle humanum respondenda. Idem docet de prædest. Sanctorum c. 9. & 14. & de do-

uo perseuerantia c. 4. &c in Enchiridio c. 95. contra duis epistolas Pelagianorum c. 20. contra Julianum lib. 5. c. 3. lib. de gratia; & libero arbitrio c. 22. neconserm. 7. de verbis Apostoli; & lib. de spirit. & litt. c. 34. Prebatur etiam ex Prospero lib. 1. de vocatione Gentium c. 25. ubi ait: *Profunditas illius questionis, quam secundum admirationem Apostoli impenetrabilem confitetur, per liberi arbitrij velle, vel nolle non soluitur.*

63 Respondeo duplitem hic misceri questionem: prima est. Cur ex duobus hominibus indifferenter vocatis, unus consenserit alter vero dissentit? Cui questioni recte, per *velle*, & *nolle* humandum responderet. Ita respondet Augustinus lib. 12. de Civitate Dei cap. 6. *Si eadem tentatione, inquit, ambo tententur, & unus ei cedat, atque consentiat, alter vero idem, qui fuerat perseverat; quid aliud appareret, nisi unus voluisse, alterum noluisset a castitate desiceret.* Ecce per *velle*, & *nolle* questionem presentem soluit. Ide in tract. 53. in Ioann. Vbi proponit illam questionem, quare Iudei dicuntur non potuisse credere (*debet non credituri*) & respondet. *Si a me queratur cito respondeo quia nollebant malam quippe eorum voluntatem preuidit Deus.* Ad ea videtur licet in Fulgentio lib. de praedest. cap. 15. Vbi enim consertitur se Pharao nem, & Nabucodonosorem, & postquam in multis inter se equiparauit, tandem habet huc verbum, quae etiam Augustino tribuatur. *Quid ergo finis eorum fecit esse diuersos, nisi quod unus minus Dei sensiens in recordatione proprie iniquitatis ingenuit; alter vero contra Dei misericordissimam veritatem pugnabit arbitrio?*

64 Secunda questione est: cur Deus ita diversè legerat cum duobus hominibus, ut unius conferat auxilium, quod præuidet efficiax, ut saluetur, prævidens alia plurima, que forent in efficacia, si conferentur: & alteri tribuat auxilium præuisum inefficax, cum plura alia suppetant ad bonum decesum, & salvationem efficacia? Huic questioni, non aliter possumus respondere, nisi exclamando cum Apostolo ad Rom. 11. *O altitudo diuinitarum sapientie, & scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & invicibilis via eius!* Ita Augustinus de dono perseverantiae cap. 8. *Cur iste vocetur, ut vocationem sequatur; ille autem non vocetur, aut non ita vocetur, ut votantem sequatur? Inscrutabilia sunt iudicia Dei.* Ac lib. de spir. & litt. *Cur ille ita suadeatur, & persuaderetur, non ita? O altitudo diuinitarum!*

65 Ex his patet ad argumentum supra propositum dicendum esse non opponi Augustino, qui dixerit deo unum hominem videri

videri consensurum, alterum vero dissensum, quia unus consen-
tiet, alter vero dissentiet. Opponetur autem Augustino, & Apo-
stolo, qui dixerit sumi ex hominibus diversitatē in eo, quod unus
vocetur auxilio, quod praevidetur efficax omisso inefficac; alter
vero pulsatur auxilio inefficaci, efficaci omisso: hæc enim diuersi-
tas vocationū in altissima Dei consilia refundidebet. Deus enim
ex eadem massa, aliud vas in honorem, aliud singit in contumeliam,
quin contumelie vas iustè queri de suo artifice possit.

66 Obijcitur 6. D. Augustinus tract. 68. in Ioan. vbi ex-
plicans hæc verba Isaie. 45. vers. 11. *Hæc dicit Dominus Sanctus Israël plastes eius: ventura interrogate me legit secundū alia trans-lationem: Quis fecit quæ futura sunt & subdit, non enim ait: qui facturus est quæ futura sunt sed quis fecit quæ futura sunt. Ergo & fecit ea, & facturus est ea nam neque facta sunt si ipsi: non fecit: neque futura sunt, si ipse non fecerit fecit ergo ea prædestinando facturus est operando.* Quibus verbis (ait Gonetus) expresse docet Deum face-re futura ea prædestinando, seu prædefiniendo, sub inde que Diui-na voluntatis decretum, & prædefinitionem, esse rationem totius futuritionis, atque adeō nihil posse concipi ut futurum, siue ab solutè, siue conditionatè, in signo rationis illam antecedente. Vnde in lib. de bono per se. cap. 17. in fine loquens de initio fidei no-stri, & alijs bonis operibus ad salutem æternam conducentibus, sic concludit. Si nulla est prædestinatio, quā de tendimus, nō pre-sciuntur à Deo. Et ibidem sape repetit: si Deus bona opera pres-cribit, proficit, & prædestinavit: quæ vero non prædestinavit bona, non presciuit.

67 Respondeo prædictis verbis loqui D. Augustinū de fu-turis absolutis: quæ à D. Augustino sub nomine *futuri* absolute prolati semper intelliguntur. Nā futura conditionata, siue decre-to innixa, siue non innixa, nunquam ab Augustino significantur hoc nomine *futurum*. Viterius loquitur Augustinus de futuris absolutis, quorum Deus causa est: consequenterque non loquitur de peccatis.

68 De futuris ergo absolutis, quæ à Deo causantur, ait Au-gustinus à Deo prædefiniri: & si à Deo non prædefiniuntur, futura non esse. Quæ doctrina in toto suo rigore accepta solum convin-ct Deum non posse non velle, & antecedenter decreuerit omne quod existit, dummodo peccatum non sit: hoc tamen nihil cōvin-ct de futuris conditionatis, de quibus est sermo in praetenti: imo nec de futuris absolutis probat formaliter à decreto futura con-

fituit; sed solum causatione. Vtterius neque adhuc probat nullum esse futurum distinctum à peccato, quod à Deo non prædefiniatur in se ipso efficaciter: potest enim dici prædefiniti à Deo, non in se ipso; sed in causis præuisis efficacibus respectu talis boni: prædefinire enim causam præuisam coniungendam cum effectu, vel cum intentione inefficaci effectus, vel saltē cum aliqua naturali inclinatione ad effectus existentiam, quatenus Deus ex se est magis inclinatus ad communicandam existentiam rebus, quam ad eam negandam: sufficit, ut Deus dicatur, & author effectus, & illū decernere: non in se ipso; sed in suis causis. Vtterius etiam responsus deo posse intelligi Augustinum loqui, iuxta præsentim prouidentiam; non autem de potentia absoluta: vel loqui, iuxta necessitatem moralē; non autem metaphysicam. Nam, licet Deus non sit metaphysicè necessitatus, ut prædefiniat efficaciter in se ipso omnē bonum extiturum, est tamen necessitatus moraliter, ut nihil bonum sit, quin Deus illud efficaciter velit, & decernat.

SECT. VI.

Soluuntur argumenta à ratione petita: Et prius quæ ex supremo Dei dominio defumuntur.

69 **P**rimum, & potissimum adversariorum argumentum desumitur ex perfectione supremi dominii Divini: quod argumentum ita conficiunt. Scientia conditionata non innixa decreto Divino habet esse absoluto, & obiectu conditionato, & consequenter simul contingens, & non libera Deo, non componitur cum supremo dominio circa creaturas. Ergo repugnat prædicta scientia. Antecedens variè probant prædeterminantes.

70 Primo: quia si daretur in Deo scientia contingens, & non ipsi libera, ea scientia existet calualiter, & fortuito in Deo. At quirepugnat cum supremo dominio Dei aliquid esse caluale respectu illius. Ergo repugnat Deo Scientia Media inter liberā, & necessariam.

71 Respondeo hunc terminum *casualiter* dupliciter accipi posse: primo: ita, ut significet ignorantiam, aut oppositam voluntatem (ex se efficacem) illius, respectu cuius aliquid dicitur *casuale*: secundo potest prædictus terminus ita accipi, ut solum determinet id, quod *casuale* appellatur, non esse volitum, aut determinatum.

natum formaliter ab illo, respectu cuius dicitur casualē. In primo sensu repugnat Deo quidpiam casualē: nihil enim potest evenire, quod inscio Deo, sive efficaciter volente oppositum, contingat. In secundo vero sensu non repugnat Deo esse aliquid casualē: non enim repugnat Deo aliquid existere, quod ab ipso, neque decernatur, neque formaliter determinetur: quod mihi plusquam certum est in peccato. Scientia igitur Media de nostris liberis operationibus potest dici casualis respectu Dei in hac secunda acceptione: quia non existit pro determinatione libera Diuina. At vero in primo sensu non est praedicta scientia Deo casualis: quia neque evenit inscio Deo, neque evenit volente Deo efficaciter oppositum. Adde hunc terminum casualē propriè acceptum habere hunc primum sensum; non vero secundum.

72 Instant. Quidquid est contingens, & importat per se; etiam realem, nō potest existere, nisi pro determinatione Diuina, & per suum efficax decretum. At Scientia Media est contingens, & importat reali perfectionem. Ergo non potest existere, nisi pro determinatione diuina, & per suum efficax decretum. Consequentia est bona, & maior videtur certa: siquidem de ratione dominij perfectissimi Dei est, quod nihile existat contingenter involvens perfectionem, quod non existat pro libertate Diuina. Minor denique videtur etiam certa: quia Scientia Media est maxima perfectio, ut pote reperta in Deo, & cum ipso identificata.

73 Respondeo negando maiorem: non enim est de ratione perfecti dominij Diuini quod omne contingens involvens perfectionem existat pro determinatione Diuina, si illud contingens nō sit creatura. Cum igitur Scientia Media non sit creatura; sed ipse Deus: video opus non est quod eius existentia dominio Diuino, adhuc permisso, subiectiatur.

74 Secundo probant incomponibilitatem Scientiæ Mediae cū supremo Dei dominio hac ratione. Nulla creatura potest existere absolute in rerum natura, neque à rerum natura absolute excludi nisi intercedente aliquo exercitio Diuinæ voluntatis absolute existente, sive electivo, sive permisivo. At iuxta nostram intentionem de Scientia Media aliqua creatura excluderetur ab existendo absolute in rerum natura nullo interveniente exercitio absolute Diuinæ voluntatis, aut electivo, aut permisivo. Ergo Scientia Media non cohæret cum perfectissimo dominio Dei. Maior videtur ex terminis nota: si enim aliqua creatura existenter, vel desiceret ab existendo, & non pro aliqua determinatione Diuinæ

iam illa creatura, quoad existendum, vel non existendum, esset extra dominium Diuinum. Minor autem clare ostenditur. Posita hac veritate si existat auxilium A. Petrus non consentiet: quae quidem veritas simul cum Scientia Media illius datur, apud nos, independenter a quoque exercitio libertatis Diuinæ: verum similiter est non existere simultatem auxilij, & consensus Petri. Ergo independenter ab exercitio Diuino libero intelligitur sufficienter exclusa illa simultas auxilij, & consensus: quae simultas est aliqua creatura vera, & realis. Antecedens est certum: quia quando verum est quod, si existat A, non existet B. verum similiter debet esse quod non existit defacto B. existente A. alioquin, cum ab absoluto ad conditionatum valcat consequentia, simile est verum quod, si existeret A. non existeret B. & etiam quod, si existeret A. existeret B. cum defacto coniungerentur. Erit igitur bona haec consequentia. Si existat auxilium, non existet consensus. Ergo non coexistunt auxilium, & consensus.

75. Respondeo verum esse inferri hanc consequentiam: cōsequenterque independenter a decreto Diuino, ut antecedenti, necesse esse, quod deficiat illud cōiunctū. Ceterū cum ad hoc sufficiat carentia huius, vel illius extremi vagè: solum infertur quod antecedenter ad decretū Diuinū, detur necessitas de eo, quod detur haec, vel illa carentia. Hoc autem non est contra dominium Diuinum: quia cum hoc recte stat, quod defacto pro libertate Diuina excludatur formaliter illud coniunctum: quia defacto, formaliter excluditur, vel per carentiam auxilij determinatē acceptam, vel per carentiam consensus acceptam etiam determinatē. Quia autem ex his carentijs excludendum sit determinatē illud coniunctum, determinatur a Deo: & ideo pro signo veritatis conditionata solum est necessitas de eo, quod in sequenti signo determinet Deus per quam carentiam excludendum sit formaliter: quatenus, vel determinat immediate carentiam auxilij: vel ponendo auxilium cum præuisione dissentius, determinat permisum, quod excludatur prædictum coniunctum per carentiam cōsensus.

76. Tertio probant Prædeterminantes Scientiam Mediæ opponi Dei dominio paulo aliter præcedens argumentum promovendo hac ratione. Si independenter a decreto libero Dei absolute existente sit verum Petrum fore dissentium, si auxilio A. vocaretur: non poterit Deus facere pro suo libito, quod existat coniunctum ex auxilio A. & consensus: quod coniunctum bonum,

& possibile est. Ergo iuxta nostram sententiam aliquod bonum possibile non posset à Deo determinari, aut pro dominio Diuino existere. Consequencia est bona, & minor certissima. Maior vero probatur. Supposita inefficacia auxilij, datur veritas de defectu coniuncti auxilij, & consensus: qua veritas impediti non potest pro libertate Diuina: signum veritas conditionata de operatione libera creatura dominio Diuino non subiicitur. Ergo nequit Deus facere, quod existente auxilio, non deficiat consensus: consequenterque nec facere poterit quod existat consensus. Ergo non potest ponere illud coniunctum.

77 Respondeo: data huiusmodi veritate conditionata de dissensu sub auxilio A. liberum non esse Deum ad obtainendum consensum per auxilium A: consequenterque neque aggregatum ex auxilio A, & consensu cadere sub libertate Diuina. Hoc autem mirandum non est, cù à libera hominis voluntate proueniat: cui Deus positionem consensus ut agenti libero committerit. Nec hoc Diuino derogare dominio censendum est: si enim Deus vult quod voluntas minimè ab ipso determinetur per auxilium A, ad consentendum; sed quod proprio, spontaneo, pleneque libero gaudet arbitrio ad faciendum quod ipsi voluntati libuerit: quid mirum quod, data hac suppositione, non possit Deus facere quod faciat id ipsum quod Deus non vult determinare; sed quod semetipsum creatura determinet? Etenim eo ipso, quod consensus sit liber exercendus ab homine, non pertinet ad dominium Diuinum illum posse determinare. Quod autem ad Diuinam non spectat determinationem, minimè implicat, quod Deus nequeat facere quod existat. Cum igitur consensus sub libertate A. exercendus sit pro determinatione formalis hominis, & non pro determinatione Dei: non mirum est non posse Deum pro sua libertate facere quod existat.

78 Quarto aliter augent presentem difficultatem hac ipsa arguendi forma contendendo sequi ex nostra sententia ingens absurdum; videlicet non repugnare casum, in quo Deus pro toto sue libertatis arbitrio nequeat ab homine liberum obtainere consensum: immo non repugnare metaphysicè quod à nullo ex omnibus, vel Angelis, valeat Deus extorquere opus bonum sive factum. Quod sic ostenditur. Sicut non repugnat libertas auxilio A. dissensura: ita similiter non repugnat dissensura auxilio B. & C. & in certis simili modo. Sicut enim, quia libertas quantumvis auxilio A, valido ex se, ad iuuetur, indifferens manet, ut prædicto auxilio A sit, & præsideatur dissensura: ita similiter, quia quodlibet auxi-

lum voluntatem, iuxta nostram sententiam, indifferentem, & im-
prædeterminatam relinquit: poterit cuilibet auxilio distributiæ
accepto voluntas dissensura præuideri. Ergo non implicat volun-
tas usque adeò proterua, & per uicax ut omnibus vocationibus di-
tributiæ acceptis dissensura præuideatur. Hæc consequentia pa-
ret ex dictis. Non potest Deus pro suo dominio obtinere cōsensum
ab humana libertate per illam vocationē, qua ex ipsa humana li-
beitate inefficar erit, sponatur. Sed non implicat voluntas huma-
na, respectu cuius verificetur quamlibet vocationē fore inefficacē
si existat. Ergo non implicat voluntas humana, à qua per nullā vo-
cationē potest Deus liberū obtinere cōsensum. Idē dico de ovi-
nib⁹ hominib⁹, & Angelis: siquidē eadē arguē diforma probatur,
nō repugnare omnes homines, & omnes Angelos, omnia auxilia
inefficacia fore reddituros. Ex quo deducitur nō repugnare quod
Deus à nulla rationali creatura possit liberū obtinere cōsensum.

79. De hac difficultate differni tract. de Præst. quest. 16.
per totam. Vbi ex professo ostendi non solum non repugnare crea-
turam, qua omnibus auxilijs præuideatur dissensura, vel qua om-
nibus consensura præuideatur; verum etiam de conceptu liberta-
tis esse prædictam creaturam esse possibilem. Quam obrem prædi-
cto argumento respundo recte inferri ex nostra sententia possi-
bilitatem huiusmodi creaturæ: nec hoc debere absurdum reputari
propter rationem superiori argumento adhibitam: nimirum non
esse contra rationem supremi dominij Dei non posse pro sua libe-
tate facere quod existat illud extreum, cuius existentiam deter-
minationi liberæ creaturæ relinquit. Si enim (vt supra expende-
bamus) Deus vult creaturam à nemise determinari ad consensum;
sed proprio, pleno, & perfecto libero arbitrio potiri, & etiā vult
Deus liberum creaturæ arbitrium esse ad faciendum quod ipsi
placuerit, nulla alterius interneniente determinatione: quid mirū
quod voluntas possit omnibus resistere auxilijs, cum hæc potestas
ad plenitudinem sibi à Deo collati arbitrij sit consentanea? Videan-
tur omnino qua diximus prædicta quest. 16. de Prædestinat. vbi;
& nostram sententiam abunde probauimus, & argumentis adver-
sariorum tam à ratione, quam ab authoritate, præseruit Augus-
tini, petitis solutionem tradidimus.

80. Quinto prædeterminantes Scientiā Mediā Diuino oppo-
ni do minio, ita probanz. Scientia Media cognoscit cōsensum v. g.
fūcūrum sub conditione auxiliij ex propria determinatione liberi-
arbitrij creari, & nō ex determinatione voluntatis Diuinæ. At hoc.

Et cōtrā dominium Diniū. Ergo Scientia Media subsistere nequit: siquidem eius obiectum repugnantiam involuit. Minor probatur. Si consensus ex suppositione auxiliij extiterus esset pro determinatione humana; & non pro determinatione Divina, determinatio libera consensus non esset à Deo. At implicat determinationē liberam consensus non esse à Deo. Ergo implicat consensum futurum esse ex determinatione humana, & non ex determinatione Divina. Consequentia est bona, & minor certa: siquidem determinationio libera consensus est quid verum, & reale: omne autem verum, & reale creatum implicat à Deo nō esse. Maiorē autē probat aduersarij: quia ab eo solum est determinatio effectus, à quo determinatur effectus. Sed cōsensus per nos nō determinatur à Deo. Ergo determinatio cōsensus nō est à Deo; sed omnino à creatura.

81 Mirum est quām sepe adhuc lapidē aduersarij offendant existimantes idem in penitus esse Deum non determinare, ac determinationem nō esse à Deo: quasi idem esset actum charitatis nō determinari ab habitu, sed à voluntate: ac determinationem actus charitatis non esse vere, & realiter, licet non determinatiū, ab habitu charitatis. Respōdeo ergo nihil esse in actu libero. V.g. in cōsensu, quod non sit à Deo, & à creatura: à creatura quidem determinatiū; à Deo vero pure elicitiū. Itaque ipsa determinatio libera consensus est à Deo: quatenus Dens determinatus à creatura concurrat efficienter ad ipsam determinationē: licet Deus determinans non sit modo, quo Deus, & creatura concurrunt ad intellectionem vitalem, etiā secundum prædicatū vitalitatis entitatiū acceptū: & nihilominus Deus neque intelligit, neque operatur vitaliter: licet operetur intellectuē, & vitalitatē in actu secundo.

82 Ex quo ad argumentum in forma neganda est minor primi Syllogismi: & ad probationem huius; neganda etiam est minor. Et denique ad huius probationem, vel neganda est maior, vel disinguenda maioris claritatis gratia. Ab eo solum est determinatiū determinatio effectus, à quo effectus determinatur: concedo. Ab eo solum est physicē, & realiter, à quo determinatur: nego maiorem. Et concessa minori; nego consequentiam.

83 Ultimo aduersarij contendunt Scientiam Medium Diuino derogare dominio: quia futurio conditionata, siue futurum conditionatum esse futurum conditionatum est aliquid reale, & nō ens rationis, nec purē possibile, & cōsequenter aliquid. Et ut se defacto. Sed implicat aliquid de facto actuale distinctum à Dōc existere independenter ab aliquo exercitio Diuina voluntatis.

sive existere non causatum; & non productum de facto à Deo. Ergo implicat futuritionem conditionatam non esse posteriorem voluntate aliqua Divina actuali: & similiter implicat non produci de facto actualiter à Deo. Ergo scientia attingens futuritionem conditionatam non eam attingit, ut non liberam Deo: consequenterque scientia attingens futuritionem conditionatam, & non dependentem de facto ab aliqua voluntate actuali Divina, implicatoria erit. Scientia ergo conditionata contingens erit libera; non autem media inter liberam, & necessariam.

84 Respondeo ex dictis questione de futuritione, rem esse futurum conditionatè non esse aliquid actuale, quod de facto sit; sed quod foret: ac proinde opus non esse quod absolute dependeat à Deo; sed quod dependeret casu, quo poneretur conditio: quia eo modo, quo res est, dependet à suis à causis. Cum igitur futurum conditionatum, ut præcisè conditionatum, non sit; sed est: ideo non opus est quod dependeat de facto; sed quod dependeret, si adhiberetur conditio. Futurum ergo conditionatum exigit pro casu conditionis decretum illud, à quo absolute dependet: consensus, si existeret vocatio. Cum igitur si existeret vocatio, ut esset consensus, solum est opus decreto indifferente applicante omnipotentiā; non vero decreto absoluto, & efficaci: ideo ad consensum conditionatum neque requiritur absolute aliquod decretum, neque conditionatè requiritur decretum determinatum ad consensum; sed sufficit decretum indifferentis omnipotentis applicatiū.

85 Aduersus hanc solutionem nonnulla opponit Gonetus disp. 6. de scientia art. 5. §. 5. Primo, iuxta Augustinum nullum omnino futurum cognoscere Deo, nisi in sua prædestinatione: quā ob rem si Deus futura conditionata cognoscit, in prædestinatione conditionata cognoscere debet. Ante cedens probat ex verbis Augustini, quā adduximus, & explicuimus supra art. 5. num. 66. Videatur explicatio, quam iam dedimus loco citato. Probat secundo quia aliquod decretum Divinum non pure possibile requiritur ad futurum conditionatum. At qui non decretum futurum, sive absolute, sive conditionatè: quia quælibet futuritio, tam absoluta, quam conditionata, repugnat actibus Divinis. Ergo requiritur decretum absolute existens, & exercitum. Minor vero, videlicet, repugnare futuritionem conditionatam decretis Divinis: (de futuritione enim absolute non dubitatur) ita probat Gonetus. Ideo repugnat decretis Divinis futuritio absoluta, quia voluntati Divina repugnat absolute mutatio. Sed non minus repugnat decre-

tis Diuinis mutatio conditionata. Ergo pariter repugnat decre-
tis Diuinis conditionata futuritio.

86 Confirmatur. Quod secundum se repugnat Deo, nō po-
test Deo conuenire sub qualibet vera conditione. Sed decretis
Diuinis repugnat absoluta futuritio. Ergo sub nulla vera condi-
tione potest decreto Diuino conuenire absoluta futuritio. At hoc
est non esse decretum Diuinum futurum conditionate. Ergo nulli
decreto Diuino potest conuenire futuritio conditionata.

87 Confirmatur vterius. Si effectus requirit causam eo
solum modo, quo est effectus; & ideo effectus, qui esset non requiri-
t causam, quæ sit, sed causam, quæ esset: pari ratione effectus, qui
non est, sed erit absolute, non requiret causam, quæ modo sit; sed
quæ erit. Ergo futura absoluta non requirent decretum, quod de
facto sit, sed quod erit, quando existat futurum. At hoc est falsum:
siquidem non potest intelligi decretum in aliqua duratione, quin
existat per totam æternitatē. Ergo falsum est principium, cui nos
nitimus, videlicet eo modo requiri causam ad effectum, quo est
effectus, ad quem requiritur prædicta causa.

88 Hæc impugnatio oriun ex prava intelligentia huius
termini futurum conditionatum. Diximus initio huius questionis
existentiam conditionatam aliam esse de praesenti, ut si Petrus vo-
cetur modo auxilio A. consentiet modo; aliam de præterito: ut si Ty-
rij, & Sydonij vidissent miracula Christi pœnitentiā egissent. Aliā
de futuro: ut si Anti Christus pulsetur vocazione A. consentiet. Ad-
didimus in super omnia existentia conditionata appellari iā vul-
garimodo futura conditionata: quia sub nomine futuri conditiona-
ti, incomuni modo loquendi solum intelligitur, quod existit co-
ditionata ad distinctionem existendi absolute: præscindendo ab
eo, quod sit existens conditionata de praesenti, de præterito, aut
de futuro.

89 Cæterum decretum Diuinum, cum si existat, existat nō
pro determinata tantum duratione, sed semper, & pro semper:
ideo propriè logendo decretum conditionata exiens, non est
futurum conditionata, prout futurum distinguetur à praesenti, &
præterito; sed est existens conditionata: semper, & pro semper:
quia de decreto verificatur quod, si existat conditio in instanti A.
v. g. decretum Diuinum existet per totam æternitatem: quam
obtem: ex futuritione conditionata, prout debet intelligi, nulla
sequitur in Deo mutatio, siue absoluta siue conditionata: quia, cu-
m existeret conditio, decretum existeret semper, & pro semper:
nulla.

nulla esset mutatio, adhuc possit illa conditione: & consequenter nulla esset in Deo mutatio conditionata.

90 Hinc ad argumentum informatio concessa maiore: distinguo minorem. Quoad secundam partem: non requiritur ad futurum conditionatum decretum conditionate futurum: prout futurum conditionate distinguitur a praeterito, & praesenti conditionate: concedo: prout future in conditionate solum significat existens conditionate: nego minorem. Ad huius probationem: concessa maiore, & minore: distinguo consequens. Ergo pariter repugnat decrecis Diuinis conditionata futuritio: prout futuritio distinguitur a praesentialitate, & praeteritione conditionatis: concedo: prout futuritio conditionata dicit preceps existentiam conditionatam: nego consequentiam. Quia doctrina sit latus prima confirmationi.

91 Ad secundam confirmationem respondeo: verum esse causam requiri eo modo quo est effectus, & non aliter, si possit dari causa eo modo, quo datur effectus, quin detur aliter, quando vero nequit dari causa modo, quo datur effectus, nisi etiam detur aliter: tunc co ipso quod requiratur causam dari modo, quo datur effectus, requiretur etiam dari aliter. Cum igitur decretum, quod aliquando risicit absque, debeat existere semper absolute: atvero ut detur decretum conditionate, non requiratur quod detur absolute: ideo futurum absolutum, quia requirit decretum pro duratione futura, requirit etiam decretum absolutum semper, & pro semper. At vero futurum conditionatum, licet requirat decretum existens conditionate, minime requirit illud, ut existens absolutus. Solatio adeo clara est, ut non egeat ulteriori explicatione suae in materia, suae in forma.

92 In calce aduerto non posse Thomistas negare decretis Diuinis futuritionem conditionatam: nam eadem ratione, qua verum est quod si vocatur Iudas auxilio A. consentit, verum similiter est quod, si vocaretur praedictio auxilio, esset decretum absolutum de sua conversione. Quia propter praedictum decretum absolutum non potest non esse futurum conditionate ratione decreti conditionati, eodem modo ac connuersio Iude est conditionate futura.

(?)

SECT. VII.

*Argumentum desumptum ex perfectione gratiæ Diuinæ; &
ex perfectione Dei, ut primi liberi, proponitur, &
disoluitur.*

93 **S**ecundum argumentum Prædeterminatiū aduersus Scie-
tiam Medium, & aduersus modum componendi Prædesti-
nationem cum humana libertate, quo utitur Societatis schola, de-
sumitur ex prædicatis, & perfectionibus Diuinæ gratiæ, nec non
ex perfectione Dei, ut primi liberi: quibus omnibus nostram ad-
uersari doctrinam, quasi Diuinæ gratiæ egregij vindices, & for-
tissimi bellatores iactant aduersarij. Sic igitur argumentan-
tur.

94 Primo. Admissa Scientia Media infertur bonum usum
conditionatum auxiliij esse rationem motinam ad conferendum
auxiliū: qua propter darentur merita conditionata, & antece-
dentia existentiam gratiæ consequenterque gratia ut absolute
existens non esset simpliciter necessaria ad meritum doni superna-
turalis. Antecedens probatur: tum: quia iuxta doctrinam Socie-
tatis efficacia auxiliij præuisita per Scientiam Medium mouet ad
collationem auxiliij: cum quia iuxta Augustinum lib. de Præde-
stinat. Sanct. cap. 18. Si Deus præscivisset ante determinationem
sue voluntatis qui essent in ipsum credituri: qui vero non: nequi-
ret non eligere credituros, aut non credituros eligere. Ergo con-
sensus præuisus conditionatè, non potest non mouere Deum ad
conferendum auxiliū.

95 Secundo: gratia efficax debet intelligi efficax in actu
primo ante quam intelligatur efficax in actu secundo, ut commu-
niter traditur à Theologis, & ut gratia efficax in actu primo di-
cernat prædestinationem à reprobō ante efficacem in actu secundo.
Sed iuxta nostram sententiam nequit intelligi efficacia in actu
primo: prout actus primus est antecedens ad actu secundum: &
cum eo connexus. Ergo iuxta nostram sententiam nequit intelligi
comunis Theologorum doctrina. Minor probatur. Auxiliū
vel constitutio efficax in actu primo per consensum conditiona-
tum: & hac ratione non procedit ad consensum absolutum: si qui-
dem consensus conditionatus, & absolutus, idem omnia sunt pro-
cessu.

casu existentie auxilij: vel constituitur efficax per Scientiam Me-
diam. Et etiam hac ratione auxilium, vt efficax in actu primo non
est omnino prius se ipso, vt efficaci in actu secundo: quia, cum co-
sensus conditionatus (qui in casu purificationis conditionis idem
prorsus est cum consensu absoluto) præcedat ad Scientiam Me-
diam: hinc sit ante efficaciam hanc intelligi efficaciam in actu se-
cundo consentiendi. Qua ergo ratione præcedet efficacia haec,
qua dicitur in actu primo, ad efficaciam, qua dicitur in actu secun-
do: cum potius efficacia in actu secundo præcedat ad efficaciam,
qua dicitur in actu primo?

95 Ex quo etiam deducunt aduersarij: iuxta nostram sen-
tentiam non esse Deum primum discernentem, consentientem à
dissentiente contra id, quod docet Apostolus ad Corinth. 4. vbi
at: *Quis est qui te discernit? Quid autem habes, quod non acceperisti?*
Si autem acceperisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Sequela pro-
bat ure ex dictis. Tunc intelligitur Petrus, qui consentit, primo
discretus à consentiente, quando primo intelligitur infallibiliter
consensurus. Sed ipse consensus a libera hominis voluntate deter-
minatus, est ratio primaria intelligendi Petrum infallibiliter co-
sensurum. Ergo homo determinans suum consensum, non autem
Deus, est primus discernens consentientem à dissentiente. Minor,
in qua est difficultas, probatur. In aliquo signo præcedenti deter-
minationem Diuinam conferendi auxilium, intelligitur iam ipse
consensus, vt liberè futurus à Petro. Ergo consensus a libera ho-
minis voluntate determinatus, & nō à Deo, est ratio primaria in-
telligendi Petrum infallibiliter consensurum. Antecedens proba-
tur. Antecedenter ad decretum datur Scientia Media. Ante-
cedenter ad Scientiam Medium datur in casu auxilij: consensus ab-
solitus, vt dependens ab auxilio: siquidem pro casu conditionis
determinatur Scientia Media à cōsensu absoluto. Ergo In aliquo
signo præcedenti determinationem Diuinam circa auxilium in-
telligitur consensus, vt liberè futurus.

96 Deducunt etiam aduersarij nos tollere à Deo rationē
primi liberi, tum: quia de ratione primi liberi est esse primum de-
terminans. Cum rigetur Deus non sit primum determinans nostram
actionem liberam: consequenter deficiet Deo ratio primi liberi.
Tum: quia (alii) Scientia Media, prout à nobis explicatur, tol-
lit à Deo rationem causæ immedietæ nostræ determinationis lib-
eræ: eam enim non causat per decretum indifferens, & in deter-
minatum, quia est impossibile quod ab indifferenti, vt tali preue-
niat

hiat determinatio mea que causata per decretum determinatum, ut
nos supponimus. Tum denique: quia, cum, iuxta nos, Deus deter-
minet ad individuationem; non vero ad speciem; creatura vero ad
speciem; non autem ad individuationem; deducitur Deus, ut libe-
rum, non attingere perfectiore rationem, videlicet specificam;
sed ignobilorem, nimirum individualem: consequenterque Deus
non habere rationem primi liberi respectu rationis specificæ. His
argumentis respondeo.

97. Ad 1. Quod continetur num. 93. dico falso sumum esse
bonum usum auxilij conditionatè præsum habere, iuxta nos, ra-
tionem meriti: solum enim mouet, ut utilitas medij in ordine ad fi-
nem: modo, quo iuxta adversarios, efficacia intrinseca auxilij mo-
uet ad eligendum prædictum auxilium, potius quam auxilium in-
efficax, ad obtinendum consensum, neque enim bonus usus condi-
tionatus mouet, ut quid exigens gratiam in sui compensationem,
prout opus est ad rationem meriti. Ad id, quod opponitur ex D.
Aug. respondeo ipsum loquutum fuisse de scientia absoluta meri-
ti, fidei elicitæ viribus naturæ. Si enim electus prius videtur cre-
ditur meritorie viribus arbitrij, illum Deus in præmium sua fi-
dei eligeret; consequenterque non tam eligeremur à Christo, quā
Christus à nobis eligeretur. Hoc, & non aliud, docuit Augustinus
prædicto loco.

98. Secundum obiectum de sumptum ex efficacia gratia in
actu primo, longam exposcebat disputationem. Dico igitur auxilium
constitui efficax in actu primo per Scientiam Medium, con-
iunctumque ex auxilio, & Scientia Media, habere aliquam præce-
dentiā respectu consensus absoluti: nam coniunctum ex auxilio,
& Scientia Media præcedit physice, siue in genere physico ad con-
sensum: nam, cum auxilium præcedat immediatè, Scientia vero
mediatè, quatenus dirigit Deum ad collationem auxilij: hinc fit
complexum ex auxilio, & Scientia Media, esse aliquid antecedens
consensum, influens aliqua ratione in consensum, inferensque es-
sentialiter consensum: quod quidem sufficit ad efficaciam auxilij
in actu primo: nam auxilium constituitur sufficienter efficax in
actu primo per id, per quod antecedenter ad consensum absolutū
constituitur infallibiliter causativum consensus; siue connexum
cum consensu, ut ab eodem auxilio causando.

99. Neque ratio adversiorum contra efficaciam in actu
primo constitutam per Scientiam Medium efficax est concedo
enim consensum absolutum præcedere obiectum ad Scientiam Me-
diam

diam in casu auxiliij. Cum tamen prioritas obiectiva, ut sepe dixi, non opponatur cum posterioritate in genere physico: hinc sit, quod Scientia Media, ut coniuncta cum auxilio, possit precedere ad consensum absolutum in genere physico, licet subsequatur in genere obiectivo. Nec praecedentia efficacie in actu primo, ita absoluta praecedentia debet esse, ut in nullo genere sit posterior: immo posterioritas in genere obiectivo requiritur necessario, ut iuramentum sernet illa ea.

100 Viterius: neque ex nostra sententia infertur negandam esse Deo primariam discretionem consentientis à dissentiente: Etenim, ut dices in ius tract. de Prædest. quest. 15. se ct. 3. à numer. 64. Primaria discretio consentientis à dissentiente debet consistere, vel in decreto conferente auxilium, quia efficax, vel in complexo ex auxilio, & Scientia Media de eius auxiliij efficacia. Sed quodlibet ex his primario à Deo, licet secundario admittatur esse à creatura. Erit ergo primaria discretio à Deo: siue discretio consentientis erit primario à Deo. Consequentia est bona. Et major nostra doctrina, ex cuius suppositione contendunt aduersarij inferri discretionem primariam non esse primario à Deo. Minor igitur probatur, quoad secundam partem, nimurum complexum ex auxilio, & Scientia Media primario esse à Deo, licet secundario sit à creatura, in esse inferentis consensum, probatur. Ab eo est simpliciter, & primario aliquod complexum in esse inferentis aliquid extrellum, à quo, supposita una parte complexi indifferetia ex se ad eam illationem, prouenit alia, qua completur complexum in eis inferentis illud extrellum. Sed existente Scientia Media ex se indifferenti ad consensum, & eius carentiam, prouenit à Deo auxilium, quo completur complexum ex Scientia Media, & auxilio inesse inferentis consensum. Ergo à Deo simpliciter, & primario, prouenit discretio in actu primo, que constituit in complexo ex auxilio, & Scientia Media consensus.

101 Et, tametsi existente auxilio indifferente similiter ex se ad consensum, & eius carentiam, adueniat pro posteriori natura Scientia Media, qua completur complexum in esse inferentis consensum: ex duplice tamet capite hoc complexum in esse inferentis consensu non prouenit primario, potius à Deo, quā à creatura. Primo: quia Scientia Media, quā, supposito auxilio, completum illatum, non est simpliciter à creatura, sed solum secundum quid, nempe obiectivē. Ratio autem solum obiectiva existendi aliquid, non est simpliciter ratio à priori talis existentia: cum prioritas obie-

obiectiva solum sit prioritas impropria, diminuta, & secundum quid. At vero auxilium, quod, supposita Scientia Media, compleat vim illatinam, propriè, & simpliciter est à Deo: ideoque iam ex hoc capite diuersa longe proprietate completur à Deo vis illativa, quæ est in coniuncto, ac completur ab homine.

102 Secundo: quia Scientia Media verè presupponitur ad auxilium, cum verè dicitur Deum ad decretum de existentia auxiliij. At vero auxilium impropriè solum presupponitur ad Scientiam Medium: nam licet presupponatur propriè ad consentium; cum tamen consentius impropriè solum, nimirum obiectiuè, ad Scientiam Medium presupponatur: hinc deducitur auxilium impropriè solum, ratione consensus, presupponi ad Scientiam Medium. Ex hoc infertur Deum propriè determinare illud complexum: quia, verè presupposta Scientia, verè determinat, & ponit auxilium: creaturam autem solum impropriè determinare prædictum complexum: quia, solum impropriè præcedente auxilio, impropriè solum determinat Scientiam complementum vim illativa. Vide, quæ diximus tract. de Prædestinatione q. 15. tota sect. 3.

103 Ultimum, quod nobis in hac difficultate opponebantur, 96. nimirum nos doctrina de Scientia Media tollere a Deo rationem primi liberi, exiguum habet difficultatem. Nego enim de ratione primi liberi esse quod sit primum determinans actiones liberas alterius agentis: quia nullum agens liberum patitur iure libertatis suas actiones ab altero agente formaliter determinari: presertim, quia respectu actionis peccaminosæ, ut sepe diximus, & latè probavimus qua s. 7. de Prædestinatione quilibet determinatio, etiam respectu materialis, Diuinæ bonitati repugnet. Deinde etiam falsissimum est Deum non producere immediate determinationem liberam creaturæ: quia ut diximus tum tract. de Prædest. tum hoc ipso tract. sectione immediate præcedēti, ipsa determinatione libera creatura est à Deo: non vt à determinante; sed vt à determinato à creatura. Nec adhoc opus est (in quo nostri adversarij expisi: nè allucinantur) prins debere esse nostrā determinationē, eaque pro posteriori sequi Diuinū cōtūrsum: hoc inquit falsissimum est, & in quo male decipiuntur: nā inuisibiliter Deus, & creatura concurrunt ad liberam determinationē: ita tamen, ut creatura determinando, Deus vero concurrat à creatura determinatus.

104 Denique quod additur de determinatione Dei ad individuationē, de determinatione creature ad speciem, fatissimum est terribiliorū abusus: vt etiā notavimus tr. de Præd. q. 6. sect. 3. dñi. 1554.

Etenim Deus preparat concursum indifferentem ad amorem A. vel odium A. v. g. quin prepararet ad alia individua amoris, vel odij; & ideo dicitur Deus determinare ad individuationem: non determinatione determinata; sed determinatione vaga inter hunc amorem, & hoc odium in individuo. Postea vero creatura determinat unum ex illis extremis praetexto. Dicitur autem creatura non determinare individuationem: non quia vere non determinet individuationem amoris v. g. praetexto individuatione odij; sed quia non eligit inter unam, & alterum amorem: qua propter non illi impetratur, quod sit hic amor praetexto amore. At vero, quod ex duabus praedicatis inter se identificatis, Deus numericum, & non specificum, & creatura specificum; non autem numericum, realiter, & ex parte objecti determinant; nec docent authores Societatis, nec usque adeo absurdum philosophandi modum unquam amplectentur.

SECT. VIII.

*Tertium argumentum contendens Scientiam Medium inutili-
lem esse ad munera, quibus adhibetur, ostenditur, &
respondeatur.*

105 **D**uos sunt principia munera, quibus obeundis Scientia Media a nostris Societatis authoribus necessaria existimat. Primum est inire concordiam inter certitudinem diuinae Praedestinationis, & voluntatis humanae libertate. Deus enim instruens Scientia Media de consensu salutari Petri sub auxilio A. v. g. & certo praedestinat Petru, secureque procedit in collatione auxiliis previsi efficacis; siquidem praedictae voluntares innituntur Scientiae infallibili de obtinendo consensu per huiusmodi auxilium: & etiam humana libertas illa, & absque sui electi domini iusta studia seruantur. Nam: cum Scientia Media determinetur a consensu sub caso hypothesis, necessitas in caso hypothesis ab illa prouenientis, & necessitas consequens liberorum exercitium consentiendi: illoque omnime praetudicat potestati, quam homo habet dissentendi, & impediendi per disensem eiusmodi Scientiam Medium de consensu. Erit igitur Scientia Media de consensu in caso hypothesis necessitas consequens humanam libertatem, ab eaque impeditibilis, consequenterque minime ei potest officere.

106 Secundum manus Scientiae Mediae non innixa decreto

eo est Deum ab amore peccati immunem seruare. Si enim omnia futura in decretis cognosceret, cognosceret utique peccata futura in decretis de ipsis peccatis: coniungereturque: vel Deus nō cognosceret, absolute, aut conditionatē, proditionē Iudæ, & blasphemias Dæmonū, vel haberet voluntatē de eiusmodi actionibus: ita: ut Deus ita decerneret: *Volo quod nomen meum blasphemetur, & quod filius meus à Iudeo in morte tradatur.* Ne ergo id concedamus, opus est scientiam de his obiectis, siue absolutam, siue conditionatam decretis Diuinis minimè esse subnixam.

107 Aduersus prædictas Scientiæ Mediae utilitates Prædeterminantes acriter inuehuntur, & totis viribus cōtendunt, nec Scientia Media libertati fauere, nec Deum à causando peccato liberare.

108 Scientia Media humanæ libertati non fauere; sed potius eam extingue, variè probant. 1. Quia destructa libertate primi liberi, libertas creata, siue libertas secundi liberi subsistere nequit. At Scientia Media tollit libertatem primi liberi. Ergo, & libertatem secundi liberi, nimirum libertatem creatarum. Minorem probant omnibus argumentis præcedentibus, quibus suadere conantur Scientiam Medium opponi dominio, & libertati Diuinæ. Verum cum tota præcedentis sectione satis superque ostenderimus, ne que dominium, neque libertatem Diuinam destrui doctrina de Scientia Media, argumentisque aduersiorum factum sit satis: alia solatio prædicto argumento necessaria non est.

109 Ulterius probant idem intentum: quia illa scientia, quæ supponit futuritionē ante radicem humanæ libertatis, tollit libertatem humanam. Sed Scientia Media supponit futuritionem conditionatā ante omnem prorsus voluntatē Diuinā, à qua debet prouenire omnis humana libertas. Ergo Scientia Media tollit libertatem.

110 Huic etiam argumento fecimus satis quæst. 10. (quæ est de futuritione rerum) sect. vlt̄m. n. 171. ubi ostendimus futuritionē conditionatā, licet sit ante voluntatem absolutā, non tamen ante Dei voluntatem subiectiū conditionatā: idest, quæ esset absolute: quod sufficit ut habeat libertatem etiam conditionatam: quia, quod non est absolute: sed esset, non requirit libertatem, aut voluntatem Diuinam, quæ sint: sed quæ essent: eo enim modo, quo est effectus liber, requirit libertatem, & voluntatem Diuinam, à qua prædicta, libertas prouenire deberet.

111 Alter etiam argumentatur aduersarij: nimirū. Illa scientia tollit libertatē, quæ supponit rem futurā necessariο, siue ex vi causa necessaria, ita ut intelligatur res futura in signo necessario-

rum. Sed ita se habet Scientia Media. Ergo Scientia Media tollit libertatem. Consequens est bona, & maior certa: quia, quod intelligitur in signo necessitatis, necessarium est. Minor probatur. Scientia Media cognoscit veritatem determinatum huius extremi v.g. Petrus consentiet, si vocetur auxilio A. in signo huius veritatis necessariae. Si Petrus vocetur auxilio A, vel consentiet, vel dissentiet. Sed haec veritas, ut pote omnino necessaria, datur in signo necessariorum, sive in signo anteverente omnem suppositionem contingentem sive absolute, sive conditionatam. Ergo Scientia Media cognoscit futuritionem conditionatam in signo necessitatis, sive in signo necessariorum. Maiores probant: quia, cum apud nos ex vi illius veritatis necessariae, & ex vi oppositionis contradictionis illorum extremorum, deducatur aliquid ex illis determinate, infertur esse veritatem determinatam in signo veritatis necessariae.

*nume.
255.55.32.
26.*

112. Hunc arg. solutionem dedimus q. 11. sect. 2. tū q. 10. sect. 10. Vbi diximus aliud esse dari in signo necessariorum necessitate, ut haec propositio. Si Petrus vocetur, consentiet, vel non consentiet, sit vera: aliud esse veram in illo signo. Dicimus ergo in signo essentiae rerum dari necessitatem de veritate talis propositionis; non vero in eo signo dari formaliter veritatem. Ulterius diximus quod, licet ex oppositione contradictoria horum extremonum recte deducatur unum ex illis dari determinate; non tamen Deus in oppositione predicta cognoscit dari unum determinate praetexto; sed cognoscit in ipsa veritate determinata. Vide, quæ diximus locis citatis, vbi abunde huius difficultatis solutionem reperies, quætora in detegenda aduersariorum deceptione consistit. Omisssis ergo his argumentis. Prædeterminantes aliter, & aliter tentant Scientiam Medium libertari non fauere.

113. Primo obiicit Illustrissimus Godoy de Scientia disp. 38. §. vlcim. num. 55. Iuxta doctrinam de Scientia Media principium infallibiliter inferens actum voluntatis creatæ destruit eius libertatem, si ab illa in evitabile, & in impedibile est. Sed consensum ex Scientia Media consensus voluntatis creatæ, & decreto Dei conferendi gratiam in occasione præuisa, infallibiliter infert consensum in statu absoluto, & alias est in impedibile, & ineuitabile à voluntate creatæ. Ergo destruit eius libertatem. Consequens tenet. Major continet nostram doctrinam. Minor autem quoad primâ partem est certa: nam haec consequens est evidens. Si Deus vocauerit Petram in hac confectione, consentiet. Sed Deus illum vocat.

Ergo consentit. At in cōfato ex Scientia Media cōfensus, & decreto Petri vocandi, continetur veritas præmissatum. Ergo hoc cōstatum interfat infallibiliter consensum in statu absoluto, & infallibilitate cum illius existentia in statu absoluto connectitur.

114 Eadem minor, quo ad secundam partem probatur. Nō enim potest voluntas creata inspecta in statu conditionato, evitare illud coniunctum evitando Scientiam Medium, cum in illo statu voluntas non sit: & quod non est, non possit evitabilitatem praestare. Deinde neque potest in statu absoluto; quia futuritio absolute est posterior Scientia Media, & consequenter non potest voluntas in statu absoluto Scientiam Medium, quam supponit vitare. Tum etiam: quia evitabilitas scientie, sicut libertas illius, sumitur ex illius obiecto: voluntas autem in statu absoluto obiectum Scientiam Medium non est, sicut nec futuritio absolute consensus obiectetur Scientiam Medium; sed Scientiam absolutam. Ergo voluntas creata in nullo statu potest Scientiam Medium vitare, & consequenter cōstatum ex illa, & decreto absoluto evitabile non est à creata, nec impedibile ab illa.

115 Hunc argumentum ex latè dictis tract. de Prædestinat. Respondeo, concedendo complexum ex Scientia Media consensus, & decreto auxiliij prævisi efficacis, connecti intrinsecè, & essentia liter cum consensu absoluto. Nego tamen Scientiam Medium inclusam in hoc complexo impeditibilem non esse à voluntate creata; tum in statu conditionato, tum in statu absoluto. In statu quidem in conditionato, quatenus habet libertatem conditionatè: sufficitque ad impediendam Scientiam Medium, quod voluntas non foret consensu: & eo modo, quo consensu conditionatus pender conditionatè à libertate, impeditibilis est per libertatem cōditio- natam. Deinde etiam per voluntatem absolutam potest impediiri Scientia Media. Ad rationem opositam: respondeo quod, licet Scientia præsupponatur remota, ad libertatem, quatenus Deum dirigit ad illam ponendam; nihilominus consensus ut elictus per eandem libertatem supponitur obiectum ad eam scientiam: con- sequente que scientia est posterior obiectum à libertate: quod au- tem posterius est libertate, optime potest ab ea libertate impedi- ri: semel enim statuta non repugnare mutuam prioritatem: unam obiectum, & alteram physicam inter libertatem Petri. V. g. & Scientiam Medium: neque similiter repugnabit Scientiam Medium constituere libertatem Divinam ad impediendam libertatem hu- manam, & libertatem humanam esse potestarem impediend Scien-

tiam Medium. Verum de his late egimus tract. de Prædestinatione
quest. 3. sect. 3. & quest. 10. sect. 3. præcipue à num. 23.

116 Secundo obiectit Gon. de Scientia disp. 3. art. 2. §. 2. &
sepè alibi. Si ob aliquā rationē Scientia Media esset necessaria ad
seruandā libertatē humanā, ex eo esset, quia decretū subiectiuē ab
solutū de consensu simul cū purificatione conditionis necessitatet
ad cōsensum, tolleretque potestatē ad dissensum. At hoc est fallum.
Ergo Scientia Media non requiritur ad saluandā libertatē. Min.
probat. Eatenus decretū antecedens, simul conditione esset neces-
sitas antecedens ad cōsensum, quatenus suppositio antecedens cau-
sans cōsensum, tollit potestatē ad dissensum. At hoc principiū etiā
in nostra sententia debet falsificari. Ergo non datur ratio efficax
ut decretū de cōsensu subiectiuē absolutū, & obiectiuē cōditiona-
tū tollat potestatē dissentiēdi. Min. ad quā devolvitur difficultas;
ita probat. Iuxta nos scientia simplicis intelligentiæ de libera ope-
ratione, ut habet adiunctū decretū, est causa liberæ operationis: &
consequenter est aliqua suppositio antecedens liberam operatio-
nem: omnis enim causa debet esse prior suo effectu prioritate sal-
tem naturæ, & causalitatis. Ergo, si verum sit quod omnis supposi-
tio antecedens tollat libertatem, manifestum est (ait Gonetus ex:
nostra sententia sequi excludit, & destruktiōne libertatis.

117 Vnico verbo respondeo iuxta nostram sententiam suppo-
sitionem antecedentem immediate, & connexā cum uno extremo
determinate, potestatem adimere ad oppositum; nō suppositionē,
quæ non connectitur determinatē cū uno ex extremis: alioquin ip-
sa potestas ad unum, tolleret potestatem ad oppositum. Cum ergo
scientia simplicis intelligentiæ de consensu libero nō illum causec-
t. adiuncto decreto connexo cum ea operatione libera; sed medio
decreto indifferenti, determinabilique ad causandum per ipsam
voluntatem humanam: hinc sit non esse suppositionem anteceden-
tē connexā; sed antecedentem, & indifferentē: quo cœstat obiectio.

118 Addo Insuper suppositionem connexam determinatē cū
uno extremo, & antecedentē remotē, non tollere necessario liber-
tatem: quia potest esse conseqens obiectiuē ratione directionis
Scientiæ Mediæ, ut diximus loquentes de prædefinitionibus, tum
auxiliij ut efficacis, tum consensus, tum gloriæ, ut corona.

119 Aduersus aliud fundamentū, cui nititur Scientia Media:
videlicet Deum non posse cognoscere futuritionem, siue absolu-
tā, siue conditionatam in decretis: ne velit peccata, vel ab solvē,
vel conditionatē futura, arguunt etiam adversarij contendentes

ex nostra sententia, potiori iure quam ex opposita, inferti Deum esse auctorem peccati: hocque varie probant.

120 1. quia iuxta nostra principia causa materialis peccati est etiam causa formalis peccati: cum ideo dicamus non posse Deum prædeterminare ad materiale, quia sequeretur prædeterminare ad formale. Sed Deus causat materiale peccati, siquidem determinatus à creatura influit in materiale. Ergo etiam est causa formalis peccati.

121 2. quia ille est causa moralis peccati alicuius, qui illum ponit in circumstantijs, in quibus scit peccaturum. Sed Deus constituit hominem in circumstantijs, in quibus per Scientiam Mediæm certo scit infallibiliter esse peccaturum. Ergo Deus est causa moralis peccatorum: præsertim quia hominem ponere in his circumstantijs, cum possit ponere in alijs, videtur esse hominum saluti insidiari.

122 3. quia cum Deus determinet ad indiuiduum actus mali, & peccaminosi, in quo interdum reperitur malitia distincta à malitia specifica, sequitur voluntatem hominis determinari à Deo ad aliquam specialem malitiam, ut quæ sumitur ex intensione, vel ex alijs capitibus.

123 Ad 1. feci sat tract. de Prædestinat. quæst. 8. sect. 1. & 2. Vbi late docui Deum determinatum à creatura concurrere physicè etiam ad formale peccati: nec obinde dicendum esse simpliciter causam per se peccati, sed permissionem, & per accidentem quia ad causam per se non sufficit physicè concurrere, nisi praestet concensus iuxta inclinationem, vel naturalem, vel elicitam. Hoc autem modo Deus non concurrit. Videantur, quæ ibi diximus.

124 Ad 2. etiam diximus tract. de Prædestinat. quæst. 4. fere per totam: præsertim sect. 5. Ex ibi late dictis modo breuiter respondeo. Minime Deum censendum esse causam moralem peccati ex eo quod hominem constitutat in occasionibus, in quibus scit hominem pro suā duntaxat determinatione esse peccaturum: quia ille solum est causa moralis peccati alterius ex eo, quod eum constitutat in occasione peccandi, qui tenetur vitare homini illi illud peccatum. Ille autem, qui tali caret obligatione, & ex alia parte operatur ex motu adimplendi suum munus, minime causa moralis peccati dicendus est. Ut patet in Duce qui, quamvis sciat plures ex suis militibus occasione belli in expugnatione urbis peccatores, potest urbem expugnare, quin causa moralis peccatorum

suorum militum censetur. Cum igitur Deus non teneatur vitare hominum peccata ratione primæ cause, & supremi dominij: immo ad iniunus causæ primæ pertineat hominem in manu consilij sui constitutere, inde est quod, etiam cum prævisione peccati futuri, possit Deus hominem liberum constituere, quin causa moralis peccati debeat existimari.

125 Nec possum non mirari Thomistas andere nobis prædictum argumentum opponere, cum apud ipsos, Deum prædeterminare physicè hominem ad violandam legem Diuinam, non sit Deum esse causam peccati? Mirabile sane sufficere ad peccandum constituere hominem in occasione, in qua pro sua dumtaxat determinatione peccabit, & non sufficere Deum physicè prædeterminare ad actionem, quæ secum habet essentialiter malitiam, vel annexam, vel identificatam, amando efficaciter, & antecedenter violationem legis Diuinæ.

126 Ad 3. diximus præcedente sectione num. 104. Deum determinare ad indiuiduationem effectus determinatione, non determinata; sed vaga inter consensum v. g. A. & dissensum etiam A. ex quibus dissensus peccatum est; secus consensus: determinare autem vaga inter duo extrema, quorum unum est peccatum, relinquento integrè alterius determinationi eligere inter predicta extrema, ex terminis ipsis evidenter constat non sufficere, ut causa ita determinans, dicatur simpliciter loquendo ad peccatum determinare.

SECT. IX.

Alla argumenta proponuntur, & dissoluuntur.

127 **O**bjeiciunt 4. adversarij probantes à priori necessitatē decreti absoluti ex parte actus, & conditionati ex parte obiecti ad cognoscenda futura contingentia conditionata. Ad obiectum creatum requiritur decretum proportionatum tali obiecto. Sed ad obiectum absolute existens requiritur decretum existens absolute. Ergo ad obiectum conditionatum requiritur decretum conditionatum. Leuis obiectio. Respondeo concessa maiori, distinguendo minorem. Ad obiectum existens requiritur decretum existens decernens immediate eius existentiam: nego: decernens potestatem, & indifferentiam, omniaque requisita, ut libertas humana possit pro suo liberto se determinare, cedendo minore.

rem. Et deinde distinguo consequens. Ergo ad obiectum cōditio-
natum requiritur decretum conditionatum obiectiuē, & subiectiuē
ūe absolutum: negoti conditionatum subiectiuē, & obiectiuē ablo-
lutum circa libertatem, & indifferentiam, concedo consequentiā.

128 Instabis. Potest Deus defacto cognoscere futura co-
ditionata in decretis conditionatis: & ex alia parte supremo Dei
dominio hoc magis coagruit. Ergo dicendum est. Deum futura cō-
ditionata in suis decretis cognoscere. Maior probatur. Vantur in
Deo plura de c̄reta conditionata circa euentus contingentes, qui-
bus decretis veritas fundetur. Ergo in illis potest Deus futura con-
tingentia conditionata cognoscere. Ergo poterit Deus, etiam res-
pectu aliorū fututorum de c̄reta conditionata concipere, in quibus
conditionati euentus cognoscantur. Antecedens multis probauit
aduersarij, tum ex promissionibus conditionatis, tum ex proposi-
tione præmiorum, & suppliciorum, tum etiam ex pluribus reuelas-
tionibus conditionatis, quæ absque voluntate conditionata, & grā-
dmodum valent explicari.

129 Respondeo duo esse genera conditionatorum: alia,
quæ dicunt Diuinam determinationem conditionatam, ut hoc. Si
Petrus existat, conferet illi Deus auxilium A: alia, quæ humanam
dicunt determinationem, V. g. Si Petrus vocetur, consentiet. Ex
his autem, quæ humanam dicunt determinationem, alia sunt, quæ
inter conditionem, & conditionatum important aliquam deter-
minationem Diuinam. V. g. Si Petrus existat, operabitur liberet-
tati inter operationem liberam, & exilientiam Petri, intercedit
libertas per cogitationem indifferentem constituta, quæ exerci-
tium Diuinæ libertatis exposcit: aliud est conditionatum, quod
nullam determinationem Diuinam inter ipsum & hypothesim in-
voluit: v. g. Si Petrus sit liber ad consensum, & diffensum, defacto
consentiet. His suppositis.

130 Dico Deum posse decernere, tum conditionata imme-
diatè à Deo determinabilia, & non à creatura, tum etiam ea, quæ
à creatura determinari debent, dummodo inter determinationem
creaturæ, & hypothesim, aliqua debeat intercedere Diuina deter-
minatio; non tamen posse Deum decernere conditionatè operatio-
nem liberâ sub hypothesi totâ libertatem, & potestatē immediatâ
includeat. Ratio huius ultimi asserti est: quia hoc decretum, vel
supponit id, quod decernit, vel non. Si supponit, est omnino i per-
vacuum, & inutile. Si non supponat: cum aliunde sit efficax, con-
nexuā est cum obiecto decretato connexione non comitante, ut

probauimus tract. de Prædestinatione. Ergo omnino antecedenterque auferente libertatem: vel, ut proprius loquaris, erit decretum implicitorum, cum velit, quod existat cōsensus ex suppositione libertatis, cum ipsum decretum, quo id decernit, esset fonsaliter libertati opponatur.

131 Hoc tamen non tollit posse Deum decernere conditionatē suas determinationes, sicut per decretum imperans necessitare se ipsum ad aliud decernendum. Nec item obstat quo minus possit Deus prædecernere conditionatē nostras liberas operaciones sub aliqua conditione, quæ non sit plena, & immediata potestas. Potes, inquam, hæc conditionata decernere, quatenus se obliget ad decernendum aliud, posita aliqua conditione. V. g. decernit Deus quod homo consentiat liberè, si existat: quia decernit, saltem æquivalenter, conferre homini, si existat, auxilium efficax ad consentiendum. Ut autem hoc decretum efficax libertati non officiat, opus est ad illud concipiendum præcedere Scientiam Medium de efficacia auxiliij: cum: quia aliter nequit Deus esse certus de eo quod illi erunt media ad obtinendum liberum hominis consensum: tum etiam: quia aliter prædictum decretum non esset consequens humanam libertatem: & consequenter, posito auxilio, coniunctum ex ipso, & auxilio, esset necessitas ineluctabilis. Omnia vero decreta conditionata, quæ ex promissionibus, & alijs Scripturæ locis inferuntur, sunt decreta conditionata, vel de alijs Divinis determinationibus, vel de determinationibus humanis, inter quas, & conditiones, aliæ determinationes Divinae necessario interveniunt, ut expediti patebit.

132 Ob. 5. Si præscindendo ab omni decreto de consensu, datur veritas conditionata de consensu bono sub hypothesi auxiliij. Ergo poterit existere consensus bonus absque aliqua positiva voluntate Dei circa illum: consequenterque poterit Deus non esse author specialis alicuius boni in rerum natura existentis. Consequentia probatur. Eo ipso quod ponatur hypothesis, supposita veritate conditionata, dabitur consensus bonus absolute existens. Sed, ut ponatur hypothesis, nempe auxilium, non requiritur voluntas positiva Dei circa consensum, neque in veritate conditionata intelligebatur. Ergo, & veritas conditionata, & purificatio conditionis coniungi valent absque voluntate positiva consensus. Ergo poterit, iuxta nostram sententiam, dari consensus bonus absolute absque amore positivo Diuino circa illum.

133 Religando 1. incomueniens non esse dari aliquod bonum,

num, respectu cuius non sit Deus author specialis specialitate voluntatis positivæ, licet non possit non esse simpliciter causa illius; siquidem Deus, & concurreat ad illud, & habet naturalem inclinationem exercendi suam omnipotentiam producendo quod bonum est, & malitia morali non inficitur.

134 Respondeo 2. admittendo non posse Deum non habere aliquem peculiarem affectum respectu boni (qui in nō exerceat circa malum) ratione cuius author boni specialiter sit: ad hoc autem non requiritur quod Deus habeat voluntatem efficacem intentionem illius boni, ne dum exequuntur: sufficit enim quod Deus teneatur ad ponendam hypothesim (casu quo illam libere ponat) ex affectu inefficaci boni euentus sub conditione prævisti: quo sic quod possit dari veritas conditionata præcissiuè à decreto efficaci, in quo fundetur, & quod Deus sit causa specialis boni consensus.

135 Vnde ad argumentum in format concessio antecedente: distingo consequens: Ergo poterit existere consensus bonus absque aliquo positivo affectu efficaci erga consensum: concedo: absque politivo affectu, saltem inefficaci: nego consequentiam. Ad huius probationem: nego id, quod tacite supponitur: videlicet intellecta veritate conditionata, posse, præscindendo à qualibet affectu circa consensum bonum, poni hypothesim: quia, dum effectus bonus sequendus est ex aliqua causa, non potest Deus lux sententiam, quam admittimus) ponere causam absque aliquam voluntate effectus.

136 Ob. 6. In statu conditionato, in quo obiectum Scientia Media eandem scientiam præcedit, intelligitur auxilium existens (intellige conditionatum) consequenterque intelligetur datum, & collatum à Deo prouidentissime: intelligitur etiam coniunctus cum consensu, subindeque efficax etiam intelligitur. At qui in statu conditionato, prout status conditionatus præcedit ad Scientiam Medium, nondum intelligitur Scientia Media. Ergo, præscindendo à Scientia Media, intelligitur insufficiens auxilium esse à Deo prouidenter collatum, & esse efficax in statu conditionato. Ergo Scientia Media non requiritur, siue ad auxiliis efficaciam, siue ad prouidentiam in conferendo, pro statu conditionato. Ergo neque pro statu absoluto. Probatur haec consequentia. Eo modo, quod res fuit in statu conditionato, est in statu absoluto, purificata conditione. Sed auxilium intelligitur in statu conditionato, & efficax, & prouidenter collatum, independentes à Scientia Media.

Ergo,

Ergo, purificata conditione, intelligitur in statu absoluto etiam efficax, & prouidenter collat, praescindendo à Scientia Media. Primum antecedens, videlicet in statu conditionato intelligi auxiliū existens independenter à Scientia Media, videtur facile probari. Nam, si ad statū conditionatum, prout præcedit Scientiam Medianam, alia Scientia Media requiretur, rursus de obiecto huius Scientie Mediae præcedente illam, rediret eadem difficultas: nam obiectum præcedens hanc Scientiam Medianam, ut existens conditionate prouidenter. Vei indigeret alia Scientia Media, vel non. Si primum, abiremus in infinitum. Si autem non indigeret. Ergo obiectum conditionatum intelligeretur sine Scientia Media. Ergo etiam intelligereatur in statu absoluto siquidem modo, quo res intelligitur conditionate, intelligitur absolute purificata conditione.

137 Hoc argumentum magnificit Illustrissimus Godoy, de scientia disp. 38 § 2. assertque eo coauictum fuisse Doctissimum Magistrum Brullum legionensem, ut Scientiam Medianam ad conciliandam efficaciam gratia cum libertate humana mutilem indicaret. Verum, ut falso fert. Doctissimus hic Magister, non Scientiam Medianam deseruit, quia Prædestinationis mutilem repudiet; sed quia sibi non pro votis utilem extitisse vehementer dolet. Sed omislo horum.

138 Respondeo in statu conditionato intelligi Scientiam Media conditionare: non quia ad statum conditionatum prærequisitur alia Scientia Media distincta ab ea que requiritur præcede-re in statu absoluto; sed quia ipsa Scientia Media, quæ præcedit, & dirigit defacto Deum ad ponendum absolute auxiliū, subquo est consensus, dirigit conditionate ad ipsum auxiliū, ut existens in statu conditionato. Quemadmodum enī est in statu conditionato, nihil aliud est, nisi ipsum, quod est absolute, fore extiturū, si ponatur conditio idcirco Scientiam Medianam dirigere conditionate: nihil aliud est, quam quod dirigeret ad auxilium, casu, quo existet auxiliū. Unde sic non dari processum infinitum scientiarum; sed unam, & eandem Scientiam Medianam dirigente in absolute in statu absoluto, dirigere conditionate in statu conditionato: quo ab eiusdem causis, à quibus res dependet absolute in statu absoluto, dependet conditionate in statu conditionato.

139 Hinc ad argumentum in forma. Contra maiori, si ē priori partē antecedentis, distinguo minorem, siū si eam in eisdem causis pariter. In statu conditionato, prout præcedenti Scientie

Medium, non intelligitur Scientia Media: absolute: concedo: non intelligitur conditionate, siue in statu conditionato: nego minorem. Et distingno similiter consequens. Ergo intelligitur auxiliu esse ethicae, & esse prouideater collatum in statu conditionato, praescindendo à Scientia Media: ut absolute existente, concedor ut conditionata ex ille existente: nego consequentiam, & sub eisdem terminis distinguendo secundum consequens, neganda est ultima consequentia. Iuxta quam distinctionem recte est consequentia probatio. Ad prime maioris propositionis probationem: nego suppositum: videlicet requiri ad statum conditionatum aliam Scientiam Medium: non enim requiritur duplex Scientia Media: una praecedens ad statum absolutum, & alia ad statum conditionatum praecedens; sed eadem Scientia, quae absolute praecedit ad auxilium, ut absolute existens, praecedit conditionate ad idem auxilium, ut existens conditionate, siue ut possum in statu conditionato. Hoc argumentum etiam proposui, & dissolui tract. de Prædestinat. ques. 2. sect. 4. à num. 39. videantur quæ ibi diximus, ubi pluta, non solum ad hanc difficultatem; verum ad alias huic affines dissolventur reperientur utilia.

140 Ex dictis inferes quam remere ausus sit fingere Genetus disp. 6. de scientia art. 6. §. 7. quod iuxta sententiam defensorum Scientia Media sunt distinguendi duo modi concurrendi causas: prima cum secundis: unus cœcus, & ignarus, casualis, & fortuitus, qui presupponatur ad Scientiam Medium. & nullum intellectus iudicium, quo Diuina voluntas, & omnipotentia ad aliquem effectum in particuliari producendum dirigantur, supponit; sed modo quodam vago, & quasi in incertum tenet in actus voluntatis humanae: mirum ad quod cunque voluntas humana creata elegeret, & volueret: alter vero prudens, & sapiens, & supponens prævisionem Scientie Mediae, & cum deliberatione, & intentione effectus particularis: quo nihil absurdius dici potest. Haec Genetus prædictio loco.

141 Cæcum, & ignoratum à defensoribus Scientia Media. Deinde fingi iactat Genetus cum ipse sit, qui cæcitatem, & ignoranciam doctrinæ de Scientia Media turpiter efficiat. Non distinguunt doctrina de Scientia Media duos modos concurrendi: alterum prærium ad Scientiam Medium, & alterum illa posteriorem. Sed modum prouidentissimum, sapientissimum, deliberatum, & Scientia Media directum, quem habet Deus absolute in statu absoluto, hunc ipsum habet conditionate in statu conditionato.

Quemadmodum enim, ut supra dicebamus, idem consensus, qui foret, si poneretur conditio, idem ipse sit, qui est de facto, quando hypothesis purificatur rita pariter eadem ratione, qua verum est dirigi Deum absolute, & defacto Scientia Media, quando defacto ponitur auxilium, cui homo de facto consentit, verum similiter est Deum dirigendum fore eadem Scientia Media, si poneret auxilium: hoc autem, ut evidenter patet, non est dari alium modum concurrendi distinctum ab eo, quem Deus habet in statu absolute auxiliij, & consensus; sed quod ipse modus concurrendi, qui est absolute in statu absolute auxiliij, & consensus, ipse met, & non aliis, sit conditionate in statu conditionato auxiliij, & consensus. Quod quidem a deo evidens est, ut pudeat in re vsque adeo manifesta viscerius immorari.

QUÆST. XIV.

Quod sit determinatum Scientiæ Mediæ?

Hec est potissima difficultas Scientiæ Mediæ. Id circa, non per functionem, sed ex professo placet eam examinare.

SECT. I.

Difficultas de determinatio Scientiæ Mediæ, & diversæ sententiæ proponuntur.

IGNAVIS huius materiæ difficultas confessim se prodit. Deus à se ipso indifferens est ad Scientiam Medium consensus, & ad Scientiam Medium oppositam, sive dissensus. Indiger ergo aliquo determinante, ut potius scientiam affirmatiuam, quam negatiuam concipiat. Iuxta Societatis scholam non determinatur a se: siquidem neque libere immediate habet Scientiam Medium, cum scientia non sit exercitium immediatum libertatis, neque Deus pro sua voluntate eligit hanc Scientiam Medium, potius quam oppositam. Deinde neque libere mediate, cum Scientia Media, non innatur decreto Divino: ergo indiger aliquo determinante distincto à Deo. Hoc autem nullum appetit. Ut igitur magis difficultas innescat: loquamur de aliquo contingenti conditione.

ditionato nunquam absolute futuro. V.g. de conuersione Tyrorum, & Sidoniorum sub conditione prædicationis Christi Domini, quæ quidem conuersio, ita futura est sub conditione, vt neque conuersio, nequæ Christi prædicatio vsquam extiterint, aut absolute sint extituræ. In hoc igitur casu nullum videtur assignari determinatiuum scientiæ conuersionis potius, quam scientiæ oppositæ.

2 Non in quam potest assignari determinatiuum se tenens ex parte Dei, vt ex numero superiori constat; & vterius confirmatur quia determinatiuum hoc debet esse, vel aliquid prædicatum Dei necessarium; & hoc minime, cum omnia Deo necessaria æquæ ad scientiam affirmatiuam, quam ad negatiuam sint indifferentia. Deinde neque aliquid prædicatum Deo contingens, siquidem non potest esse aliquid decretū, vt supra late ostendimus, neque quidem aliud à Dei libera voluntate independens: de hoc enim reddit eadem difficultas. Cur videlicet hic respectus, potius quam oppositus in Deo reperiatur? Ergo nequit inueniri determinatiuum se tenens ex parte Dei.

3 Præterea determinatiuum creatum nullum videtur ap̄parere: quia hoc determinatiuum debet esse aliquid habens verū esse connexum cum conuersione Tyriorum sub conditione prædicationis Christi, potius quam cum non conuersione: sed nihil est habens verum esse ita connexum, & antecedens Scientiam Medium, cum neque conuersio, neque prædicatio sint extituræ: ergo nihil est potens determinare. Minore est certa: quia conuersio Tyriorum, quæ foret, tam purum nihil est, quam quælibet alia res non futura conditionat. Maior vero probatur. Quia Deum esse defacto cognoscem, & affirmantem futurum conditionatum non est pura denominatio moralis; sive extrinseca, sicut esse domum antiquam, & diem hesternum præteritum, sed est aliquid vere, & absolutè existens in Deo, qui ex se indifferens est ad eam, & oppositam scientiam? Ne igitur fortuito, & casualiter ea scientia in Deo reperiatur, necesse est aliquam rationem assignemus cur existat. Ergo velexistit pro libertate Diuina, vel aliquid aliud assignari debet habens verum esse, cui prædicta scientia, vt determinanti trihuic: alioqui, cum ex una parte non sit per electionem Diuinā; ex alia vero nihil sit creatum habens verum esse, ratione cuius existat: prædicta scientia omnino casualiter, & fortuito existet in Deo.

4 Hinc colligitur aliquantolum distinctam etiam diffi-

colite.

cultatem ab ea, que inquirit in quo consistat futuritio conditionata; necnon ab aliis, que querit in quonam futurum contingens conditionatum cognoscatur. Est, inquam, distincta à prima difficultate: quia, adhuc, dato quod futuritio conditionata nihil sit existens, nosque, cum aliquid futurum esse conditionate affirmamus, nihil enunciare de praesenti, sed de futuro duntaxat, restat tamen difficultas, per quod intellectus Diuinus de se indifferens de praesenti determinetur ad habendam de praesenti, & per totam eternitatem cognitionem illius, quod se ipso extiteret, si ponere futur conditio.

5. Deinde etiam non nihil distincta est hec questio ab alia de obiecto, in quo futurum contingens conditionatum cognoscatur. Adhuc enim supposito Scientiam Medium ad futurum conditionatum in se ipso terminari, restat difficultas, à quo intellectus Diuinus determinetur, ut obiectum in se ipso cognoscatur: posset enim dici requiri aliquid existens, non per modum obiecti, sed per modum conditionis, siue quopiam alio modo intellectus Diuinus indifferenter determinans.

6. Plures sunt A.A. sententiae: & omissis, quas supra impugnauimus de decreto Thomistico, & Scotico, de causa omnibus circumstantijs instruta, de quae futuritione conditionata habente verum esse ab aeterno, licet evitativae conditionati: aliter alij ex nostris hoc Scientia Media determinantium conati sunt explicare.

7. Primo P. Antonius Perez assertit Deum ab aeterno habere aliquem nexus cum existentia obiecti pro sua temporis differentia, vel absolute, vel sub conditione. Hunc nexus appellatur statum ipsum obiectuum, licet potest esse formaliter constitutum sive scientia. Quo saluare ntitur Deum cognoscere obiectum futurum, quia est futurum: non autem est futurum, quia cognoscitur. Cum enim Scientia Media resultet, iuxta hunc Authorem, ex Scientia necessaria, & hoc nexus colligit ex hoc praefactum nexus praecedere Scientiam Medium precedentia constitutum inadequatum ad constitutum: qua propter scientia existit, quia existit hic nexus: & consequenter, quia obiectum est futurum conditionata (siquidem est futurum conditionatae consistit formaliter in hoc nexus iuxta huius Authoris sententiam) non autem est futura conditionata, quia existit scientia, quandoquidem scientia nulla ratione praedita hanc futuritionem conditionatam.

8. Alij Receatores in manuscriptis putant Scientiam Medium esse se ipsa futuritionem rerum conditionatam. Ex hocque infe-

Inserunt Scientia à Mediā nullo à se distincto determinari, & etiam esse verum Deum cognoscere Petrum consenserū v. g. quia ipse consensurus est: cū enim scientia, iuxta ipsos, sit futurito conditionata, seu Petrum consenserū esse, & scientia ideo formaliter existat, quia existit, ob hoc similiter verum est Deum ita cognoscere, quia ita futurum est, siquidem ita futurum esse est ita à Deo cognosci.

9 Alij opinanter posse dici esse ab aeterno quasdam actiones Diuinæ conditionatas posentes terminum in tempore pro casu conditionis: que quidem actiones sint quid-creatum attemperatum futuro conditionato, quod erit si ponatur conditio, ita, ut, posita conditione per voluntatem humanam, possint impediiri. Cum enim apud Authores huius sententia, scientia Diuinæ, secundum terminationem contingenter non sit adæquate identificata Deo, sed per aliquid extrinsecum, sive ut cornutum, sive alio modo, compleatur: putant necesse esse dari aliquid ab aeterno distinctum a Deo, per quod scientia (& idem est de voluntate) contingenter compleatur: complementum autem nullum aliud melius parant posse excogitari, quam actionem conditionatam: ex qua, & ex scientia necessaria resultet Scientia Media: quia, iuxta ipsos, scientia contingens supra necessariam nullam nouam addit expressionem, sive representationem; sed connectionem duntaxat, quæ ab hac actione conditionata potest scientiæ prouenire. Ita P. Quiros in 1. p. disp. 50. de Scientia sect. 2. & 4.

10 Alij indicant Scientiam Medium, quamvis absolute existat, non dicendum esse absolute determinari, nisi casu, quo præsiceretur conditio; casu vero opposito non dicendum absolute determinari, seu absolute habere determinatum; sed determinandum fore, sive determinatum esse habituram casu, quo existat conditio, sub qua prævidetur terminus conditionate futurus: consequenteque inconueniens non esse aliquid absolute existere contingenter, quin, aut per electionem, aut alio modo absolute determinetur, dummodo verum sit determinandum esse sub aliqua conditione cum proportione ad obiectum representantium.

12 Alij denique (& est communior apud Societatis Authores sententia) docent Scientiam Medium absolute determinari à consensu conditionato, sive veritate conditionata, licet veritas, & futurito conditionata nihil defacto absolute sit, sed fore: putant enim ad determinandum per modum obiecti minime existentiam, aut absolutum esse requiri.

13 Hietiam Authores postea inter se, quoad modum, determinationis explicandum aliquantulum discrepant: quia aliqui volunt Deum esse ex se determinatum conditionate, quæ determinatio conditionata constituitur in esse determinationis absolutæ per veritatem conditionatam, licet veritas conditionata, nihil sit defacto in rerum natura. Alij summopere cauent determinationem hanc conditionatam tribuere Deo: assertuntque Deum esse non conditionatum, sed absolute determinatum ad scientiam medium consensus pro casu futuritionis conditionata consensus: quam determinationem volunt appellare conditionatam, sed absolute ita, ut possita veritate conditionali; non transeat determinatione de conditionata in absolute; sed solum verificetur casus, pro quo absolute est determinata. Denique determinationem (sive absolute, sive conditionatam) prouenientem à consensu conditionato, si vocant positivam, alijs autem negatiuam, quatenus, data veritate conditionata a sensu. V.g. redditur impossibilis Scientia Media dissensus. Quam obtem assertunt ex eo Deum habere Scientiam Medium affirmativam, vel negatiuam: quia ex se est determinatus vagè ad affirmativam, vel negatiuam postea vero, reddita proxime impossibili negatiua Scientia ob defectum veritatis de dissensu, iam tunc determinatè ad affirmativam: quæ determinatio non possitiva; sed negativa est, cum tota consistat in carensia requisiti ad scientiam negatiuam.

SECT. II.

Breviter iudicium fertur de sententijs propositis:

14 Certeum est in nostra schola ita Scientiam Medium de consensu Petri v. g. sub auxilio A. existere, ut verum sit, quod, si accedat casus, in quo iam Petrus vocetur auxilio A. iam in quam, intellecto hoc casu: si Petrus consentiat, existet illa scientia, si vero dissentiat, illa scientia nunquam extiterit. Ex quo inferitur, quod, licet absolute aliqua Scientia Media humana non subiiciatur libertati; conditionatè tamē omnis subiecta sit. Aquo vero determinetur casu, quo non purifecetur conditio labor, & opus est.

15 Dico primo. Semel excluso statu conditionato intrisco habente verum esse entitatue conditionatum, & exclusis decretis

cretis tām Thomistico, quām Scotico, semper devenientia esse ad aliquid extēnum contingens, quod in se ipso liberum non sit, & quod, cum contingentē existat, innixum non sit alicui exercitio libero, vel Diuino, vel humano absolute existenti, de quo exercitio dubium sit: an, & à quo determinetur. Et quidem, siue ipsam scientiam vocemus futuritionem conditionatam, ut volunt Recentiores, siue nexus, quem communis citur P. Antonius Perez, siue actionem conditionatam existentem ab ēterno attemperatai consensui, qui foret, si poneretur conditio, ut vult Quirós; semper tamen fateri cogimur nullum ex his existere per electionem absolute existentem, siue Diuinam, siue humanam; nam sc̄ientia Media, & ille nexus cōstituens Scientiam Medium, non eliguntur à Deo, nec supponunt aliquid exercitium liberum humanum absolute existens, ut ipsi nostri Adversarij fatentur. Deinde illa actio conditionata attemperata consensui futuro sub conditione, solum attemperatur consensui, qui foret. Non ergo exigit, aut supponit cōfessum absolute exercitium, aut quidquam aliud extēnum c̄reatum absolute existens. Deinde neque determinatur libere à Deo. Ergo nulli determinationi libere existenti sub nixum est.

16 Hinc sit semper remanere p̄cipuam huius materia difficultatem, videlicet, quare existat illud extēnum contingens potius, quam oppositum: cum enim Deus ex se indifferens a quā sit ad utrumque, & nullum pro sua libertate eligat, videtur omnino casualiter, & fortuito illud esse reperiri, siue scientia, siue nexus, siue quodvis aliud sit.

17 Nec satisfaciunt Recentiores, cum dicunt, semel supposito Scientiam Medium esse futuritionem conditionatam, inepitē quārū cur dicitur hāc scientia potius, quam opposita? Quia cū hāc scientia sit ipsum consentiret si vocaretur, & opposita scientia sit, non consentiret si vocaretur interrogare cur detur hāc scientia potius quam opposita? Idem videtur esse, ac quātere: cur Petrus, si consentiret, potius consentiret, quam non consentiret? Quā quidem questio inepita videtur; nam sicut nulla alia est ratio cur desatio Petrus velit, nisi quia vult: ita nulla alia est ratio, cur veller, nisi quia veler.

18 Hāc responsio non tanā difficultatem eludit, quam obijcientibus illudit; utque clare innotescat, p̄ oculis habendum est id, quod nec ipsi Adversarij diffiteneat, videlicet per hanc propositionem. Petrus consentiet, si vocetur, non affirmari absolute futuritionem conditionatam, quam ipsi cum aliquo existente abso-

Int̄e identificant; sed affirmari conditionata ipsum cōsensum; qui non est absolute; sed esset, si conditio existeret. Hinc sit quod licet obiectum verificatiuum huius duplicitis propositionis datur futuritio conditionata consensus sub auxilio. Consensus existet, si existat auxilium, idem omnino apud ipsos sit, obiectum tamen representatum sic diuersum: quippe per primam representatur absolute aliquid existens, nempe futuritio conditionata consensus ipsi consensui extrinseca; per secundam vero representatur quod non est existens; sed esset, videlicet ipsum futurum.

19 Ex hoc etiā infertur hanc propositionē, *homo consentiet*, quia consentiet, minime affirmare hominē cōsensurum, quia existit futuritio conditionata, siquidem id exhibet pro ratione, quod representatur per *consentiet*; sed per *consentiet*, ut aduersarij fatētur, non representatur futuritio consensus, sed consensus futurus. Ergo per illam propositionem, non exhibetur pro ratione futuritio consensus, sed consensus futurus. Igitur querere cur detur existens illud esse, in quo ponitur ab aduersarijs futuritio conditionata, nō est querere cur homo consentiet: neque reddere pro ratione, quia consentiet est reddere pro ratione, quia existit futuritio conditionata. Semper ergo remanet ea difficultas. Cur videlicet existat illud esse, in quo futuritio conditionata ab aduersarijs collocatur?

20 Deinde eatenus dicitur *Petrus consentiet*, quia consentiet, vltiorem non exigendo rationem, quia operis liberi exercitiū nulla alia est ratio, nisi quia voluntas in eam potius, quam in oppositam partem se pro suo libito determinauit. At illa futuritio conditionata, quae aduersarijs ponitur, non est opus libere exercitū i creatura: ergo responde illius vltior potest exigi ratio.

21 Maneat ergo nullum ex Authoribus allegatis satisfacere pricipiū difficultati; à quo videlicet determinetur illud esse absolute contingens, quod non subiicitur electioni absolute, sive humanae, sive Divinae? Eadem enim difficultas, qua est in declarando determinatio Scientiæ Medicæ, eadem ipia reperitur, licet Scientia Media appelletur futuritio conditionata, cum semper maneat aliquid contingens non dependens ab aliquo exercitio libero absolute existente. Deinde non minor difficultas est in assignanda ratione cur existat ille nexus excogitatus a Pater Antonio Perez? Siquidem habet similem contingentiam. Nec, vel leviter minuitur difficultas in actione conditionata, quam defensit Pater Quirós, ita magis, & magis augetur: quia conceditur cum creatura existens ab aeterno, tum aliquid esse creatum spon-

te sua nullulans absque aliquo exercitio libertati. Diversum, vel humanum, quod videtur conceptui creaturæ repugnare, & ex alijs casis, hic omitto brevitas causa.

22 Dico, tertio: negandum non esse Scientiam Medium determinari defacto ab aliquo, licet hoc aliquid non sit defacto absolute existens: qua propter nos solum est verum (licet non universaliter) Scientiam Medium fore determinandam, si poneretur conditio; verum etiam (& hoc necessario) defacto determinari, ad huc quando est scientia de aliquo conditionato nunquam ad suum absolutum transferendo. Primo: quia obiectum pure conditionate existens illam Scientiam potest determinare, quam terminare potest; sed potest defacto obiectum pure conditionatum terminare Scientiam Medium, illamque terminat. Ergo, & defacto determinat. Hanc probationem lafra accuratus expendimus.

23 Secundo: quia, si, quando obiectum Scientia Media est pure conditionatum, Scientia Media defacto non determinatur ab obiecto, vel a quopiam alio; ergo Scientia Media defacto casualiter, & fortuito existit, licet pro casu conditionis non casu. Sed ob aliquam rationem eristeret. Sequela videtur ineuitabilis: id enim, quod non existit determinatus ab aliquo agente libero, neq; ab aliqua ratione necessaria, existit omnino fortuito, & casualiter.

24 Tertio: quia negari non potest Scientiam Medium, non existere omnino independenter ab obiecto: cum potius talis sit; que concreatur conditionate cum obiecto, & etiam cum veritate conditionata, ita ut in potestate sit libertatis ad consensum, quod existat, vel non existat praedicta Scientia Media, quin scientia uno modo sit ratio, quare consensus futurus sit conditionate. Hoc igitur, & non aliud est determinari defacto Scientiam Medium a consensu conditionato.

25 Quarto: quia Scientia Media non habet necessario determinandam fore a consensu absoluto, si putaretur conditio; tamen accipit aliquam determinationem ab obiecto, siquidem non est omnino independens ab obiecto. Ergo non habet determinatio- necessario, quæ esset absoluta, si poneretur conditio; sed quæ est absolue ab obiecto, quod esset, si conditio poneretur. Probamini rem. Aliquando per eandem virtualiter scientiam, ut infra videbimus, attingat Deus consensum conditionate, & absolute defectum conditionis: potest enim Deus aliquando indubitate iudicare hoc modo. Si existat A, existet B. sed non existet A: atque praedicta scientia non determinare recur absolute a B. Si

existere: A, quia si existeret A, prædicta scientia non existeret; quandoquidem falsificaretur, qua parte dicit non existeret A. Ergo prædicta scientia non habet determinandam fore ab obiecto absolute pro casu hypothesis. Et tamen aliquam determinationem; & dependentiam haurit ab obiecto: ergo habet determinationem ab obiecto conditionato: alioqui nullam pro sensu dependentiam haberet ab obiecto, & consequenter nullam rationem haberet de præsenti, aut habitura esset in aliquo casu ad existendum. Ex quo fieret omnino casualiter existeret pro omni.

26 Dico quarto: paru referre adminuendā difficultatem; quod Scientia Media dicatur determinare negatiū, vel positivū, & similitēr quod Deus ad cognoscendum consensum futurum pro aliquo casu dicatur esse determinatus conditionatē, vel alio modo de claretur. Multus est Aldrete in rei cienda à Deo determinatione conditionata ad cognoscendum consensum v. g. sub auxilio A potius, quam dissensum: asseritque minime dicendū esse Deus esse determinatū conditionatē, quasi expectet aliquam conditionē, vt sit determinatus absolute ad cognoscendum cōsensum: quia determinatio conditionata nequit reddi absolute, nisi per aduentum alicuius: cumque nihil adueniat, aut existat, quando obiectū est futurum conditionatē: ideo (inquit) non dicendus est Deus esse ex se determinatus ad cognoscendum futurū sub cōditione, quod sit futurum; sed dicendus est Deus ita determinatus ad cognoscendū consensum sub auxilio, vt nihil illi desit in ratione determinationis: esse tamen determinatū ad cognoscendū cōsentium nō pro omni casu; sed pro casu, quo consensus sit conditionatē futurus. Quā obrē quando intelligitur cōsensus futurus cōditionatē, nihil intelligitur constituens determinationē in esse absolute. Sed tārū. Intelligitur casus, pro quo Deus determinatus est ad habēdā sciētiā cōsensus: siquidē Deus ex se est omnino determinatus ad habēdū n actum verum. Quod vero consensus sit futurus, non est ratio determinans Deum ad illum cognoscendum; sed est ratio quare cognitionis sit vera, ad quam Deus absolute est determinatus.

27 Non facile capio, quid referat hæc doctrina ad difficultatem de determinatino Scientiæ Mediae euacuandam. Evidēt sine hoc, sine illo modo explicetur, certum est Deum non esse absolute, & simplicitē necessitatim ex se ad habendam hanc determinatē Scientiam Medianam præopposita, hoc est ad habendam Scientiam Medianam consensū, potius quam dissensū, cum tamen ex se sit determinatus ad habendam Scientiam Medianam veram,

sue hinc, siue illam. Igitur ut potius habeat scientiam affirmati-
vam, quam negatiuam, indiget aliquo, ratione cuius, iam hic, &
nunc sit necessitatus adhabendam Scientiam Medium affirmati-
vam, potius quam negatiuam. Ergo veritas conditionata affirma-
tiva, seu *consensum futurum esse sub conditione est ratio*, quæ, præ-
supposita potentia cognoscitua in Deo, ultimo necessitat illam
adhabendam scientiam affirmantem consensum sub conditione
auxiliij. Hoc igitur, & nihil aliud vocamus determinatum. Sem-
per igitur remanet difficultas, quo modo id, quod absolute nihil
est, sed foret, possit Deum determinare, aut necessitare ad unum
ex duobus actibus, respectu quorum Deus ex se omnino plane in-
differens est.

28 Præterea quid incommodi afferit, quod determinatio
Divina sit conditionata modo non afferatur ita conditionata, ut
exspectet conditionem exsistentem absolutè, sed solum exituram
sub aliqua hypothesi? Sicut igitur negare non possumus consen-
sus futurum conditionate esse rationem ultimo necessitatem
Deum adhabendam affirmationem illius, ita incommodum non
est afferere esse conditionem, sub qua Deus erit absolute determina-
tus ad habendam Scientiam Medium. Quod afferit Aldrete, né
pe potentiam, seu determinationem conditionatam exspectare ali-
quid, quod absolute sit, ut constituantur in esse absoluæ, non est
universaliter verum; nam id intelligitur respectu potentia conditionata,
cuius conditio est aliquid abolutum; non vero respectu
illius, cuius conditio sit aliquid existens conditionata.

29 Dico quinto. Nihil praesentis difficultatis emollitur as-
serendo hanc determinationem non esse positivam; sed negatiuam,
quatenus Deo ex se necessitato vage ad scientiam affirmativam,
vel negatiuam; per defectum dissentius futuri reddatur impossibi-
lis scientia dissensus, indeque scientia consensus evadat necessitatio.
Hoc inquam non minuit præcipuam difficultatem: semper enim
urget, ut caput difficile, qua ratione negatio, siue actus negatiuus
qui, attentis prædicatis Diniis, possibilis est absque aliquo de no-
vo existente, sit impossibilis: vel quia ratione Deus, qui ex se est in-
differens, poscit absque aliquo existente positive impediri. Deinde
cum in Deo non aliter deficiat actus negatiuus, quam per actum
positiuum: idem, quod formaliter reddit actum negatiuum impos-
sibilem, reddit proinde actum positiuum necessarium. Ergo quod
reddit impossibilem negationem consensus, determinat positiuem
ad eius affirmationem; non enim reperitur quare haec determina-

tio non sit positiva; cum carentia dissensus sit positiva, & Deum non habere actum negatiuum, etiam sit positivum, cu[m] sic ipse actus affirmatiuus.

30 Præterea doctrina P. Quicquid difficultus est; nam quidquid sit de nostro modo intelligendi; loquendo tamen in sensu reali, & virtuali, non redditur impossibilis negatio priusquam affirmatio necessaria reddatur. Ergo non determinatur Deus ad affirmationem, quia ei redditur impossibilis negatio, potius quam ea contra. Ergo non magis determinatur Deus negative ad non habendam negationem, quam positiu[m] ad habendam affirmacionem. Antecedens probatur. Eo redditur Deo impossibilis negatio consensus, quia non erit dissensus pro casu auxiliij, sed non esse dissensum est formalissime esse consensum. Ergo eo redditur Deo impossibilis negatio, quia existet consensus sub auxilio. Tunc sic. Futuritio conditionata consensus non prius impedit negationem, quam determinet affirmationem, cum eque inferat unam, & repugnet alteri. Ergo non redditur Deo impossibilis negatio, prius quam affirmatio euadat necessaria.

31 Ratio à priori est, quia Deus non prius, aut magis repugnat falsitati, quam vi sue infinitate cognoscitur potentie est determinatus ad veritatem, cum non prius, aut principalius habeat non falli, quam esse sapienter. ergo postea veritate conditionali de consensu sub auxilio, non prius, aut principalius determinatur ne falsum enuntiet, quam determinatur, ut enuntiet verum: ergo non determinatur ad scientiam affirmacionem, solum quia ei redditur impossibilis negatio, ut pote falsa, sed quia ei redditur necessaria affirmatio, quia vera. Denique detrahitur sapientia infinita Dei, dum solum quasi mediata, & indirecte tribuitur illi necessitas ad cognoscendum verum, quatenus redditur illi impossibilis negatio falsi, & non potius immediate, & directe, quatenus Deus sit positiu[m] necessitatus ad sciendum, quod per verum actu[m] scibile est.

SECT. III.

Explicatur determinatiuum Scientie Mediae.

32 Si nostra conclusio. Futurum conditionate existens determinat Scientiam Medium, per modum præcise obiectiva.

et affirmabilis. Explico cōclusionem. Deus ex se omnino necessario determinatus est ad cognoscendum omne obiectum vere cognoscibile, ita, ut ex prædicatis intrinsecis illi repugnet aliquā cōfessio veritatem, quam Deus non eauntet, sicuti est; siue sit de praesenti, siue de futuro, siue de præterito. Hæc determinatio Diuina, siue in completa, siue in adæquata, siue conditionata nominetur, redditur adæquata, completa, & absolute, per obiectū, quamvis non sit de praesenti absolute, sed solum sit in aliqua differentia temporis, siue absolute, siue conditionata.

33 Probatur simul, & explicatur conclusio. Deus titulus sumus sapientia, & infinita vis cognoscitur tenetur cognoscere omne obiectum habens sufficiens esse, ut cognitio illud attingens sit vera. Hæc propositio a nemine negatur; siquidem, si Deus haec ratione necessitatus non esset ad cognoscendum obiectum, iam aliqua veritas eum posset latere, quod infinita sapientia minime congruit. Ergo Deus ratione sua infinita sapientia, & vis cognoscitura, pro casu, quo consensus extiterus sit, sub conditione auxilij A, seu pro casu, quo cogitatio representans consensum extiterum, si existat auxilium A, sit vera, tenetur cognoscere, quod si existat auxilium A, existet consensus. Consequentia est bona: siquidem est propositio singularis contenta in antecedenti uniuersali. Tunc sic.

34 Ergo ut Deus complete, adæquate, & absolute sit determinatus ad habendam affirmationem conditionatam de consensu sub auxilio A, non indiget aliquo existente absolute; sed præcisamente aliquo futuro conditionate. Probatur hæc consequentia solum, ut sit determinatus absolute, & complete indiget eo, quod requiritur, ut affirmatio conditionata sit vera, sed, ut affirmatio conditionata vera sit, non indiget aliquo absolute existente; sed solum aliquo futuro conditionate. Ergo ut sit complete, & absolute determinatus ad cognitionem conditionatam, de qua loquimur, non indiget Deus aliquo absolute existente, sed aliquo existente conditionate. Consequentia est legitima. Major canstat ex numero precedentis, & minor manet probata tota quaestione prima.

35 Explicatur vterius. Ut obiectum determinet potentiam ex se determinatam ad cognoscendum omne verē cognoscibile, solum requirit aptitudinem, ut cognoscatur, hoc est solum requirit cognoscibilitatem. Sed cognoscibilitas obiecti per actū cōditionatum verū, nihil requirit absolute existens, sed tantū existens cōditionate. Ergo ut obiectū potentiam infinite cognoscitur determinet

ad cognitionem conditionatam veram, non requirit aliquid esse absolute existens; sed existens duntaxat conditionate. Consequen-
tia est bona, & maior certa. Minor probatur, vt obiectum sit cog-
noscibile per cognitionem veram requirit, quod obiectum sit ea
ratione, qua cognoscitur, & evanescit, & non requirit aliter exi-
stere. Ergo, vt obiectum sit cognoscibile per cognitionem veram
affirmantem illud conditionatè, solum requirit, quod existat con-
ditionate non autem, quod existat absolute.

36 Probatur secundo nostra conclusio. Scientia Media
conceditur cum consensu conditionate futuro, quamvis abso-
lute, non existat. Ergo poterit determinari à consensu conditiona-
tè futuro, quamvis non existat. Probo consequentiam, postea an-
tecedens probaturus. Quod habet aliquid esse, prout distinctum à
scientia, sufficiens, vt sit terminus connexionis scientiæ, habet etiā
sufficiens esse, vt determinet scientiam. Si ergo obiectum cōdicio-
natum, prout distinctum à scientia, habet sufficiens esse, vt termi-
net connexionem, habebit similiter, vt determinet scientiam. Pro-
batur antecedens. Quod sufficit ad terminandam connexionem
huius scientiæ p̄æ opposita. Sufficit similiter ad explendam exi-
gentiam, quam habet hæc scientia p̄æ opposita, vt defacto exi-
stat; sed ad determinandam scientiam solum requiritur obiectum
modo sufficienti ad explendam exigentiam huius scientiæ p̄æ
opposita: ergo, quod sufficit ad ratione in termini connexionis suf-
ficit similiter ad rationem determinatiū.

37 Confirmatur. Connexio huius scientiæ cum obiecto no-
est connexio cum obiecto, vt effectu, seu vt existente à scientia.
Deinde non est connexio cum obiecto conditionato, vt constitu-
to in esse talis per scientiam, quia hoc nihil aliud esset, quam con-
necti scientiam secum ipsa. Ergo est connexio cum obiecto, vt ve-
rificatio scientiæ. Ergo independenter à scientia habet obiectum
esse verificatum requisitum ad scientiam. Hoc sufficit ad deter-
minandam. Ergo. Hæc ultima minor patet, quia determinare ob-
iectum ad scientiam non est aliud, quam existere obiectum, vt ve-
rificatum ea ratione, qua requiritur à scientia, vt scientia existat.
Si igitur id haberet, vt terminus connexionis: Ergo vt præcisus est
terminus connexionis scientiæ determinat ad scientiam.

38 Probo iam illud antecedens, videlicet scientiam Me-
diam concedi defacto cum consensu futuro conditionate. In pri-
mis connectitur aliquasiter cum consensu: deinde non connecti-
tur conditionate ex parte actus, ita vt solum habeat, quod con-
necte-

necederetur cum consensu si dareto auxilium. Ergo connectitur de facto, & de praesenti, ita, ut connexio sit absoluta ex parte actus, & conditionata ex parte obiecti. Prima pars antecedentis certa est; quis Scientia Media connectitur cum obiecto representato: alioqui neque haberet veritatem conformitatis, neque veritatem determinationis. Secunda vero pars antecedentis probatur. Scientia Media ea ratione connectitur cum suo obiecto, qua illud representari; sed non representat illud ita conditionate, ut solum habeat quod representaret; sed vere, & absolute representat: ergo etiam non connectitur, ita pure conditionate, ut connecteretur; sed absolute, & simpliciter connectitur. Minor est certa, & consequentia legitima. Maior probatur. Tota connexio Scientiae Mediae fundatur in perfectione representationi, ita ut connexio sit ipsa perfectissima representatione. Sicut igitur habet actualiter esse perfectissimam representationem, habebit similiter perfectissimam esse connexionem. Ergo ea ratione, qua obiectum representari, connectitur cum obiecto.

39 Confirmatur. Ex hoc antecedenti Deus habet Scientiam Medium consensu infertur per bonam consequentiam: Ergo Petrus consentiet si vocetur. Sed antecedens inferens infallibiliter consequens connectitur essentialiter cum consequenti: ergo Scientia Media connectitur essentialiter cum consensu conditionato. Consequentia est bona, & maior certa. Minor probatur. Ex illo antecedenti existet Scientia Media, non solum deducitur Scientia Media, sed etiam deducitur, id quod affirmatur per consequens: sed per illud consequens existet consensus si ponatur auxilium, non affirmatur Scientia Media; sed cōveniens, prout distinctus, à scientia. Ergo Scientia Media infert consensum, prout distinctum, à scientia.

40 Ceteram explicare breviter oportet, quæ sit hæc determinatio obiecti non existentis. Dico igitur: hanc determinacionem, non esse per modum causæ; sed solum per modum obiecti potentis terminare: itaque determinatio per modum obiecti, cum nullum influxum physicum habeat, solum est per modum quasi materiali circa quam intellectus intentionaliter operetur. Porro intellectus, ut operetur, duobus indiget: videlicet potentia instruenda omnibus his, quæ ex parte potentie se tenent, & deinde obiecto, circa quod versetur. Tocum id, quod ex parte potentie exigitur, repertur in Deo necessario, ideoque obiectum nullum exhibet circa cognitionem concursum: sed tantum passiuè se habet.

terminando cognitionem, cum igitur ad terminandum, existentia in obiecto non requiratur, ut patet iuxta plurium sententiam in chymera, & iuxta communem sententiam in cognitione possibilium: hinc sit manus determinandi solum esse per modum obiecti potentis terminare, seu per modum capacitatis possitque recipere determinati cognitionem.

SECT. IV.

Illationes ex dictis.

41 Infertur primo Deum cognoscere futurum conditionatum, quia est futurum conditionatum; non autem esse futurum conditionatum, quia cognoscitur; Deus enim per suam cognitionem non facit, aut constituit obiectum cognoscibile; sed potius, quia obiectum re vera erit, si ponatur, ideo Deus id fecit, & affirmat: esse enim cognoscibile istud est quod habeat scienti cognoscitur. hoc autem a se ipso habet quilibet obiectum: non autem a scientia; ac vero cognosci supponit aliquaratione capacitatem in obiecto, ut cognoscatur. Ergo res cognoscitur, quia est: non autem est, quia cognoscitur. Secundo. Quia Deus in cognoscendo futurum conditionatum subiicit libertati ad consentiendum, et ratione, qua consensus conditionatus dependet a libertate creatrice. Cum autem consensus conditionatus solum dependeat a libertate creatrice conditionate, non vero absolute, ideo scientia subiicitur libertati etiam conditionate, quatenus in casu auxili posse voluntas per dissensum impedire scientiam consentias. At vero consensus, neque adhuc pro casu auxili subiicitur scientia; quia si iusta subiiceretur, per scientiam dissensus tolleretur consensus, debetque dari aliqua libertas in Deo ad scientiam dissensus: alioquin non absolute libere pro casu conditionis deficeret consensus; sed deficeret ex vi defectus scientiae, qui defectus casu, & absque libertate existeret.

42 Infertur secundo determinationem in actu secundo Scientiae Mediae esse absolute existentem, sicut ratio determinans absolute non existat. Probatur ex dictis: nam Scientia Media se ipsa habet determinari in actu secundo a consensu conditionato. Consequenter ipsa est sua determinatio in actu secundo distincta realiter ab obiecto determinante. Quia propter vere, & absolute scientia

I scientia determinatur in actu secundo ab obiecto non existente in actu secundo, sicuti obiectum non existens absolute, absolute cognoscitur: quia cognitio aequaliter identificatur cum cognitione. Ceterum determinatio in actu secundo sumpta in concreto non est absolute existens aequaliter, cum enim involuat obiectum conditionate existens, ideo ex hac parte non est absolute existens: potest tamen & debet absolute dici obiectum determinare, licet non existens, sed extitum sit, sub conditione; sicuti dicitur obiectum absolute verificare propositionem, non affirmantem absolute: quia per hanc absolutem non significatur absoluta existentia; sed solum existentia ea ratione, qua requiritur ad determinandum, veluti actum esse, verum absolute, & obiectum absolute verificare actum, non significat existentiam absolutam obiecti, sed existentiam ea ratione, qua affirmatur per actum.

43. Infertur tertio. Determinativum Scientiam Medium in casu purificationis hypothesis esse consensum absolute existentem. Probatur. Consensus conditionatus in casu purificationis hypothesis est consensus absolutus; sed consensus conditionatus determinat Scientiam Medium: Ergo pro casu purificationis hypothesis, consensus absolutus determinat Scientiam Medium. Major constat ex supra dictis. Minor vero est doctrina rotula hac tradita questione.

44. Infertur quarto. Scientiam Medium pro casu purificationis hypothesis esse consequentem nostrum liberum consensum, liberamque voluntatis determinationem. Probat ex dictis. Scientia Media est consequens summa ratione in determinantem. Sed pro casu purificationis hypothesis determinatur Scientia Media a consensu absolute. Ergo pro casu purificationis hypothesis Scientia Media consequitur consensum absolutum.

45. Ex hac illatione subinferitur primo. Scientiam Medium libertatem non tollere, etiam prout coniuncta cum purificatione hypothesis, quia non tollit, aut impedit humanam libertatem, quod humanam libertatem, & eius exercitium sublevatur. Cum igitur Scientia Media, quando coniungitur cum hypothesis, subsequatur liberum voluntatis exercitium, ne nemppe consensum libere elicimus: hinc sic quod, licet Scientia Media, prout coniuncta cum hypothesis connectatur cum consensu illius, tamen libertati, non officiat: cum huc conexio sit consequens, que potestati antecedenti minime adiungatur.

46 Sub inferatur secundo id, quod infra latius probabimus: nemirum Scientiam Media non esse impedibilem à voluntate pro causa hypothesis, quia qui potest impedire rationem primario determinantem aliam, potest, & aliam rationem determinatam impediare. Et qui pro suo libertatis dominio potest impedire, quod antecedenter requiritur ad aliud ut fundamentum, cui innititur: in sua libertate habet ne existat illud aliud, quod tali fundamento inniti debet; sed, ut probatum est, homo habet potestatem impediendi liberum consensum, qui in casu purificationis hypothesis determinat Scientiam Medium, estque fundamentum, cui innititur: ergo habet similiter potestatem impediendi Scientiam Medium, siue facienda ne existat.

47 Restat nunc soluere aduersariorum obiectiones contra nostram doctrinam. Haec sunt in dupli differentia. Aliæ contendunt Scientiam Medium non posse determinari à consensu ab oculo pro casu purificationis hypothesis. Aliæ intendunt coniungere, non posse consensum pure conditionatum determinare Scientiam Medium. Obiectiones hæc posterioris generis etiam sunt in alia dupli differentia. Aliæ, quæ deducuntur ex eo quod futurum conditionatum à se ipso, neque veritatem habeat, neque gaudet futuritione: quibus tecum satis quæst. 10. ideoque hic non repetenda sunt. Aliæ, quæ specialiter contendunt, rem, quæ cancri esset. & de facto non est, non habere vim determinandi potentiam indifferenter: quia potentia indifferens videretur ad suam determinationem requirere aliquid absolute existens. Hæc argumenta sequenti sectione soluemus, in alia vero argumenta primi generis.

SECT. V.

Soluuntur obiectiones, quæ opponuntur vi determinatiæ futuri pure conditionati.

48 **O**bijciunt primo, ut futurum conditionatum determinet Scientiam Medium, debet inferre Scientiam Mediam existentiam, ut futurum pure conditionatum nequit eam inferre: ergo futurum pure conditionatum nequit eam determinare. Minor probatur. Quod non est existens absolute, & de praesenti, non potest esse verum, & reale antecedens, ex quo aliquid inferatur.

49 Hæc obiectio etiam solui debet ab his, qui futuritionem,

item, & veritatem conditionatam cum Deo identificant: quod sic ostendo. Actus Diuinus non solum secum ipso; verum etiam cum obiecto connectitur, ut supra probauimus. Ex quo principio sumitur argumentum: supponendo prius Deum non aliter non cognoscere obiectum, nisi cognoscendo suum contradictorium. Hinc sit argumentum: hæc est bona consequentia: Deus non cognoscit obiectum futurum esse conditionatum: ergo obiectum non est conditionatum futurum. Ergo etiam erit bona consequentia ab opposito consequentis ad oppositum antecedentis, nempe obiectum est futurum; ergo Deus cognoscit illud, ut futurum. Quod prima consequentia sit bona, præterquam quod ex terminis videtur notum (siquidem Deus id solum non cognoscit, quod nō est vere cognoscibile) probatur ex principio supra posito, nempe in Deo idem esse non cognoscere obiectum futurum, ac cognoscere obiectum, non esse futurum. sed hæc est bona consequentia: Deus cognoscit obiectum futurum; ergo est futurum. Pariter ergo erit bona hæc. Deus nō cognoscit obiectum futurum: ergo non est futurum.

50. Nec latifacies fidicas obiectum futurum connecti cum cognitione, non ratione sui, sed ratione futuritionis quæ est veritas de eo, quod sit futurum, ideoque esse bonam consequentiam quæ sit à Petro, ut futuro ad affirmationem Diuinam, & è converto: quia veritas antecedentis, nempe futuritio, connectitur cum consequenti; non autem quia id ipsum quod affirmatur connexum sit.

51. Hæc solutio non concedit actibus Diuinis aliam conexione, quam secum ipsis, cum solum admittat connexionem illorum cum obiecto, ut vero: seu cum veritate, que veritas indistincta est ab actu Diuino; ex quo sit hunc actum. Petrus consentiet, non connecti illo modo cum suo obiecto; quia, licet connectatur cum futuritione, cù hæc ponatur ab aduersarijs distincta ab obiecto affirmato, vide licet ab ipso consensu, ideo connecti cum futuritione, non erit connecti cum consensu, sed cum alio distincto. Prætersa neque hæc futuritio determinat ad aliud, quam ad se ipsam: quia solum futuritio conditionata determinat ad hoc, ut Petrus sit consensurus eras, si ponatur auxilium. Si ergo hoc ipsum est ipsa futuritio, ergo futuritio ad nihil aliud determinat, quam ad se ipsam, quo, & connexioni, & determinatio inexplicata manebunt.

52. Deinde: si hæc consequentia Deus consentiet ergo id cognoscitur à Dño, solum est bona ratione ipsius futuritionis: ergo sus-

turitio solum insert futuritionem, obiectum vero futurum nihil insert. Si iterum afferat obiectum inferre ratione futuritionis: hoc debet esse, quia obiectum secundum se connectitur cum futuritione, vel futuritio cum obiecto. Ergo vel nihil explicatur, vel concedendum est obiectum habere secundum se esse antecedens, vel conueniens alicuius bonae consequentiae.

53 Respondeo ergo ad argumentum. Re & e posse entitatem, que non existit absolute, sed exister, esse antecedens, ex quo inferatur Deus cognoscens, si semel adstruatur Deus ex se determinatus ad cognoscendum quidquid erit aliqua ratione; quia affirmare quod obiectum pure futurum intert cognitionem Dei de futuro, non est aliud, quam affirmare de futuro obiectum, & affirmare Deum habere ex se predictam determinationem. Vnde si re & argumenti vis expendatur, directe impugnat Deum habere ex se illam determinationem. At, semel illa determinatione in Deo supposita, hanc vis illativa in obiecto pure futuro nequit negari; quia, licet verbis de presenti affirmemus obiectum pure futurum, esse illatum illius cognitionis; rectamen, & sensu, solum affirmaamus, quod obiectum erit si ponatur conditio, & quod Deus ex se est determinatus ad habendam illam cognitionem. Vis igitur illativa, non semper eadem est, aut semper idem requirit. Sed attemperatur natura illius, respectu cuius vi potitur illativa. Si enim Deus, ut supponimus, non alio indiget, ut cognoscat de futuro, nisi quod obiectum sit futurum, cum futuro vim illatiuam tribuimus, nihil affirmamus de futuro, nisi quod sit futurum, connocimus tamen determinationem, quam le ipso habet Deus ad huiusmodi cognitionem necessario concipiendam, ex suppositione, quod obiectum sit futurum.

54 Vnde ad argumentum in forma respondeo: concedendo maiorem, & distinguendo minorem. Quod non est existens, non potest esse reale antecedens, si supponatur alia determinatio ad terminum inferendum sub conditione praecise, quod obiectum sit futurum aliquaratione, nego, si predicta determinatio, non supponatur, concedo maiorem.

55 Obijcis secundo. Meritum purè conditionatum non potest mouere, aut determinare Deum absolutè ad collationem pramij, non ob aliquam rationem, nisi quia non est absolutè, sed eslet. Ergo similiter futurum conditionatum propter eandem rationem non inquiet, aut determinabit absolutè Deum ad scientiam, sed determinaret, si existeret. Respondeo concedendo antecedens,

& negando consequentiam. Ratio est: quia futurum conditionatum non potest determinare ad omnem actum Divinum; sed solum ad illum, qui, ut determinatur, non indiget existentia absoluta determinatrici. Cum igitur voluntas præmiandi, seu collativa præmij, ut talis, indigeat existentia absoluta meriti; scientia vero conditionata nostra indigeat consensu absolutum exercito, ut supra probatum est, inde sit meritum conditionatum posse determinare Deum, ut illud cognoscatur; secus autem, ut illud præmet. Ratio disparitatis in promptu est, quia voluntas præmiandi cum eo tendat, ut satisfaciat operis iuri, seu quasi iuri, necesse est, ut præ cognoscatur absolutum existens prædicatum ius ad præmium: at vero conditionata cognitione, solum habet exprimere qualiter res se haberet, si certa poneretur conditio. Ad hoc vero nece se non est, quod conditio sit possita, vel quod res iam ita se haberet, sed præcise quod ira se haberet, si poneretur conditio. Ex quo apparet solutio ad alias plures paritates, que aduersus nostram sententiam proponi possent.

56 Obij. tertio. Quod nullo modo absolute, & vere est, nullum prædicarum absolute, & vere habet, sed haberet. At futurum pure conditionatum nullo modo absolute, & vere est, sed est. Ergo nullum prædicatum absolute, & vere habet, sed haberet, sed est determinatum scientie, illamque actualiter determinare, est aliquid prædicatum. Ergo non absolute determinat, sed determinaret. Respondeo hunc conceptum: determinare actualiter duo significare (licet non utrumque in recto à quo modo præcindendo) & rationem determinanteam, & ipsam actualen determinationem. Ratio determinans Scientiam Medium est futurum conditionatum, seu obiectum, quod conditionate attingitur. Determinatio vero actualis est ipsa Scientia Media, qua Deus formaliter redditur determinatus in statu secundo ad cognoscendum. Hoc ergo concretum actualiter determinans, prout significat determinationem datur aequaliter, & est aliquid absolute, & vere existens; est tamen quid omnino extrinsecum futuro conditionato. At vero, ut significat rationem determinandam, non est aliquid absolute existens, sed quod est, si poneretur conditio. Unde hic conceptus: esse determinatum, tamen posse determinare nihil significat aequaliter ex parte illius rationis, qua potest determinare, sed solum significat posse obiectum esse determinans aequaliter scientiam: ita, ut ly aequaliter se tecum

neat ex parte scientie, non autem ex parte obiecti. Quod quidem explicatur à paritate huius conceptus cognoscibile, nā tenera obiectum, quod nunquam erit, potest cognosci, quin hāc potentia dicat aliquid actuale ex parte obiecti cognoscibilis, sed solum dicat posse esse cognitionem siue obiectum inesse obiecti, quod quidem nihil actuale est in ipso; sed in cognitione, quando actualiter cognoscit obiectum. Similiter ergo res se habet in nostro calu.

57 Ad argumentum igitur in forma, respōdeo distinguendo maiorem primi syllogismi. Quod nullo modo absolute, & vere est, nullum prædicatum intrinsecum absolute, & vere habet secundū identificatum, concedo: nullum prædicatum extrinsecum; nego maiorem, quod enim nullo modo existit, cognoscitur, & amatur absolute. Deinde, concessa minore, distinguo consequens: Ergo saturum conditionatum nullum prædicatum intrinsecum absolute habet: concedo: nullum prædicatum extrinsecum, ego consequentiam; & deinde distinguo minorem sub sumptu, determinare est aliquid prædicatum extrinsecum, secundū quod dicit actualiter, concedo: intrinsecum secundum quod dicit actualiter, nego minorem, & deinde nego consequentiam.

58 Instabunt, licet actualiter determinare sit prædicatum extrinsecum respectu futuri determinantis, at vero posse determinare, siue esse quatenus est ex se determinatum, est quid intrinsecum ipsi futuro conditionato. Cum ergo nullum prædicatum intrinsecum verificetur absolute, & vere de entitate, quæ absolute, & vere non est, neque verificabitur de futuro conditionato, vere, & absolute posse determinare cognitionem Diuinam, sed quod posset determinare si daretur.

59 Respondeo, quod sicut hic conceptus potens cognoscibilis esse cognoscibile, nihil dicit actuale, ita similiter hic conceptus potens determinare nihil actuale involuit. Ratio utrinque est, quia tam posse cognosci, quam posse determinare est idem, ac fore consensus si ponatur auxilium, hocque non posse verificari, quin verificetur. Deum id ipsum actualiter affirmare. Cumque totum hoc nihil actuale dicat ex parte obiecti, sed tantum fore consensum, si ponatur auxilium: inde sit hoc prædicatum determinatum nihil esse absolute, sed pure conditionate. Nec inde inferre licet ergo futurum conditionatum non est absolute determinatum; nam ly absolute in predicta propositione sumitur etiam per alienationem eo modo, quo diximus esse veram absolute propositionem conditionatam. Aduertendum tamen est quod ly absolute, licet non

non significet propriè ea proprietate, qua significant hi termini secundum se est absolute significat tamen propriè proprietate, qua gaudet ipse terminus, ut coniunctus cum hoc alio termino determinat natiuum, modo, quo supra dicebamus agentes de conditionata regum futuritione.

60 Obiectio 4. Hoc quod est determinare non est præcise aliqua denominatio moralis, veluti dominum esse antiquam, diem hec eternum esse præteritum, & alia id generis, sed est aliquis concensus, siue influxus, vel saltem conducedentia rationis determinantis in rem determinatam. Verè enim, & realiter iuuat determinatiū scientię Diuinę, ut sit scientia Diuina, cum nequeat de potentia absoluta esse scientia Diuina absque eo, quod detur aliqua ratio, ut sit potius una, quam altera scientia opposita. At qui conducedentia influxus, & concursus, exigunt existentiam rationis, que iuuant, concurrit, aut influit; ergo determinativa ratio Scientiæ Mediae debet esse aliquid existens. Confirmatur. Ratio determinans Scientiam Medium debet esse prior natura Scientia Media determinata. Cum realiter ex eo detur scientia, quia obiectum ita est, & non vicissim obiectum sit eo, quod detur scientia; sed prioritas naturæ indiget existentia illius, quod præcedit. Ergo ratio determinans Scientiam Medium indiget existentia ad determinandum.

61 Respondeo concepla prima parte majoris videlicet determinare, non esse puram denominationem moralem, & distinguendo secundam: videlicet esse iuamen, & conducedentiam per modum cause, aut principij, nego: per modum materie, circa quam concedo maiorem, & deinde distingo minorem. Sed iuamen, & conducedentia exigunt existentiam, si sit iuamen per modum principij: concedo, si sit iuamen per modum præcise materie, circa quam: nego minorem, & nego consequentiam. Ad confirmationem distingo similiter. Ratio determinans Scientiam Medium debet esse prior natura Scientia Media determinata: prioritate influxus alicuius causæ, nego: prioritate tantum materiæ capacis circa quam, siue prioritate obiectu: concedo maiorem. Et deinde distingo minorem. Prioritas naturæ physica, siue per modum causæ vere influentis exigit existentiam, concedo: prioritas naturæ per modum materie circa quam, siue prioritas obiectu: exigit existentiam, nego minorem, & consequentiam.

62 Itaque obiectum Scientiæ Mediae non aliter iuuat Deum, ut Scientiam Medium concipiatur, nisi quatenus se ipsum exhibet, ut materiam capacem, circa quam versetur Scientia

Divina, seu ad quam Scientia Divina terminetur. Id igitur requiriatur in obiecto Scientiae Mediae, & nihil aliud, ut Deum inueniatur ad habendam Scientiam Medium, quod requiritur in obiecto, ut Scientia Media versetur circa illud, seu quod necessarium est, ut obiectum terminet Scientiam Medium: ad terminandum autem scientiam non requiritur existentia obiecti, ut patet in cognitione plurium non existentium, consequenterque neque requiritur adiuuandum Deum, ut Scientiam Medium concipiatur.

SECT. VI.

Soluuntur argumenta quae contendunt consensum absolutum non determinare Scientiam Medium pro casu purificationis hypothesis.

63. **O**bijicitur primo. Si Scientia Media determinetur à consensu absoluto pro casu purificationis hypothesis, dabitur mutua prioritas inter consensum absolutum, & Scientiam Medium: at qui mutua prioritas repugnat, ergo & repugnabit quod pro casu conditionis consensus absolutus determinet Scientiam Medium. Consequientia est bona, minor videtur consistans apud nos tristis in Philosophia. Maior autem probatur. Casu, quo reuera existat consensus sub auxilio. A. consensus absolutus præcedet Scientiam Medium prioritate naturæ: Sed etiam pro eodem casu Scientia Media præcedit consensum absolutum prioritate naturæ, ergo pro tali casu datur mutua prioritas. Consequientia est bona, & maior certa, iuxta nostram doctrinam, quia ratio determinans scientiam præcedit prioritate obiectua ad scientiam determinatam.

64. Minor vero, semper quod Scientia Media præcedat prioritate naturæ consensum absolutum, probatur. Scientia Media existit pro priori indifferentiæ ad auxilium. Ergo etiam pro priori ad consensum. Consequientia est bona. Quia, quod est prius auxilio, est prius causato ab ipso auxilio. Si ergo Scientia Media præcedit prioritate naturæ ad auxilium, necessaria erit quod etiam ad consensum præcedat. Probo iam antecedens, videlicet scientiam præcedere ad auxilium. Deus constituitur indifferentis per Scientiam Medium de consensu, sub condicione

ditione auxiliij ad decernendum auxilium, siquidem per talen-
scientiam constituitur Deus in signo apto, ut prudenter, & prouid-
de decernat auxilium: Ergo Deus cognoscit quod erit futurum;
sexistat auxilium prius natura, quam ponat auxilium: Ergo talis
cognitio, seu scientia se tenet in priori, sive in signo antecedenti
ad decretum auxiliij. Vrgeat difficultas. Deus potest decernere
auxilium ex eo, quod illud prouiderit efficax, in quo calu, cum de-
cretum essentialiter tendat in auxilium, ut efficax, necessario sup-
ponit scientiam de illius efficacia: Ergo saltem in hoc casu scien-
tia praecedit consentum absolutum, quem etiam subsequitur, ve-
pote ab illo determinata.

65 Respondeo iuxta doctrinam, tum hic, tum tract. de Prae-
destinat, sepius incularam incontueniens non esse dari natus
prioritatem, quarum una sit obiectiva, & altera physica: quia cum
prioritas obiectiva, non vere, & proprie prioritas sit, cum nullum
verum influxum imporet, veramque exilientiam absolutam non
exigat, non opponitur posterioritati in genere physico, quam ob-
iectum, licet obiectu absolute exiliens praecedat in genere obiectuo
Scientia Media, nec non tollit, quo minus Scientia Media pra-
cedat remote in genere physico consentium absolutum. Hac nu-
tua prioritas Thomistis non difficilis erit, quandoquidem ipsi, vel
in genere physico mutuam paucim prioritatem concedant.

66 Nec Scholæ Societatis hæc doctrina reputari debet ex
tranea, siquidem communiter defenditur prædefinitio efficax con-
sensus directa ex Scientia Media consensus futuri sub conditione,
vel saltem prædefinitio glorie obtinendæ per merita: in quo casu
prædefinitio amecedit consensum, cum ex ea auxilia, que efficac-
ia prouidentur, proficileantur. Hæc autem praecedentia non di-
cunt absolute antecedens, sed secundum quid, quatenus consequi-
tur liberum voluntatis exercitium consentiendi ratione Scientie
Media, ad quam antecedit humana libera operatio, & à qua Scien-
tia Media, ut prælucente, dependet prædefinitio, qua propter cen-
seos hanc mutuam prioritatem in Schola Societatis commu-
nissimam esse. Hinc patet superius argumentum hac doctrina
manere dissolutum; quandoquidem absurdum non putamus
mutuam prioritatem, prout à nobis explicatam, concede-
re.

67 Instabunt ergo: consensus absolutus praecedit se ipsum
quod ex terminis pater implicatoriū. Probatur hæc cōsequētia.
Consensus absolutus praecedit scientiam; scientia praecedit cōsen-

sum absolutum. Ergo consensus absolutus præcedit remote se ipsum. Quod enim prius est alio præcedenti A non potest non remoto præcedere ad A.

68. Respondeo primo negando sequelam. Ratio est, quia quod est prius quam aliud, quod præcedit ad A, non eo ipso præcedit ad A, nisi hæc duplex præcedentia sit in eodem genere. Hoc patet in Rege, qui prius est dignitate matre sua, & mater prior est Rege in genere physico, & tamen non ideo Rex dignitate præcedit se ipsum. Deinde quamvis mater præcedat natura Regem præcedentia causalitatis, & Rex præcedat dignitate omnes suos subditos, non ideo Regina præcedit causalitate omnes subditos Regis. Nequit ergo fieri consequentia in prioritatibus diversi generis. Patet etiam in prioritate temporis, & naturæ: Nam Petrus est prior causalitate suo Filio, tamen non præcedit præcedentia causalitatis, adhuc remor, ad omne ad quod filius in tempore præcedit: ergo quando præcedentia est in diuerso genere non valet consequentia in argumentatione proposita.

69. Respondeo secundo, non mihi absurdum esse eandem entitatem præcedere obiectiuem remote se ipsum; immo videtur necessario concedendum in fine: nam finis re vera obiectiuem causal media, & media causant physice finem: qua propter communiter dicitur finis, ut obiectiuem existens causare se ipsum, ut physice existentem. Hic vero loquendi modus, non significat solam, quod existentia intentionalis finis, nempè cognitio causer existentiam physicam finis, seu finem secundum se; sed quod ipse finis media existentia intentionalis causat se ipsum, ut possum per influxum physicum. Illud enim, quod mouet ad ponendum aliud, causat illud aliud motionem, sive intentionaliter. Cum ergo suis ipse, ut dissipatus à cognitione sit qui mouet ad ponendum finem per media, hinc deducitur finem, ut distinctum à cognitione esse qui causat intentionaliter media, & ratione illorum causat finem, ut per causalitatem physicam existentem, quod nihil aliud est, quam finem secundum se ut quem media cognitione ut qua causare intentionaliter se ipsum, ut existentem per causalitatem physicam mediorum.

70. Ita similiter in nostro casu consensus absolutus est, qui media cognitione præcedit intentionaliter: tu ad cognitionem, tu ad decretum auxiliorum, tum ad auxilla, tum denique ad consensum, ut existentem dependenter physice ab auxilijs per physicam causalitatem: & hoc est quod consensus causer intentionaliter causalitatē physicā cōsensus, & cōsequenter ipsum cōsensū, quo verificata.

ficatur consensum praecedere intentionaliter recte se ipsum, ut existentem per causalitatem physicam. Ex quo apparet diligendum esse illud primum consequens iuxta hanc solutionem: Ergo consensus praecedit remote se ipsum, ita ut praecedat intentionaliiter se ipsum, ut existentem per causalitatem physicam, concedo; aliter nego.

71 Obijciunt secundo. Scientia Media non dependet a consensu absoluto. Ergo neque determinatur a consensu absoluto. Consequens est bona. Antecedens probatur. Scientia Media non dependet ab eo, sine quo potest existere, sed scientia potest existere absque consensu absoluto, quandoquidem existit Scientia Media, quin purificetur conditio. Ergo Scientia Media non dependet a consensu absoluto. Confirmatur. Scientia Media non dependet per aliquid superadditum a consensu, sed per se ipsam. Ab eo autem a quo non dependet se ipsa, & secundum sua predicata essentialia absoluta, non dependet, sed Scientia Media secundum sua precise predicata essentialia non dependet a consensu absoluto. Ergo absolute non dependet. Hac ultima minor probatur. Nihil secundum sua predicata essentialia dependet ab eo, sine quo possunt saluari omnia sua predicata essentialia: sed omnia predicata essentialia Scientie Mediae possunt saluari absque consensu absoluto. Non ergo secunda predicata essentialia dependet a consensu absoluto.

72 Respondeo Scientiam Medium, non dependere a consensu absoluto essentialiter absolute, sed essentia litter conditionate pro casu videlicet purificationis hypothesis: quo sit, ut pro casu purificationis hypothesis dependeat a consensu absoluto; cum enim Scientia Media dependet a consensu conditionato, & consensus conditionatus, pro casu purificationis hypothesis sit absolutus. Hinc sit pro casu purificationis hypothesis dependere a consensu absoluto. Quod quidem, non ita intelligendum est, ut pro casu purificationis hypothesis adueniat dependentia, quam antea non haberet, sed ita, ut per hypothesis adueniat casus pro quo se ipsa dependet a consensu absoluto. Non enim est dependentia conditionata ex parte actus, sed ex parte obiecti. Sicut igitur ita representatione conditionatae consensum absolutum, ut in casu hypothesis, si datur defectus consensus absoluti, non est vera; similiter ita dependet conditionatae a consensu absoluto pro casu hypothesis, ut, si, existente hypothesis, non daretur consensus absolutus, non existaret. Quod sufficit, ut pro casu purificationis hypothesis determinetur a consensu absoluto.

73. Vnde ad argumentum in forma, nego absolute primum
antecedens. Ad probationem distinguo maiorem. Scientia non de-
pendet omnino absolute ab eo, sine quo potest existere, concedo.
maiorem: non dependet conditionata ab eo, sine quo potest existe-
re sub distinguo: sine quo potest existere in casu conditionis, con-
cedo: in alijs casibus nego maiorem. Et deinde distinguo minor-
rem. Scientia Media potest existere absque consensu absoluto
pro casu auxiliij, nego: pro alijs casibus, concedo minorē, & clarita-
tis gratia distinguo similiter consequens. Ergo non dependet à cō-
fensiū absoluto omnino absolute, concedo, conditionata ex parte
objeci, & absolute ex parte actus, nego consequentiam.

74. Ad confirmationem respondeo Scientiam Medium per
sua praeceps predicata essentialia dependere à consensu absoluto
dependentia conditionata ex parte objeci, & absolute ex parte
actus: hoc est dependere à consensu absoluto, pro casu purifica-
tionis hypothesis. Vnde eodem modo distinguendus est ultimus
syllogismus, ac priorem distinguimus: distinguo ergo maiorem. Ni-
hil secundum se dependet omnino absolute ab eo, sine quo possunt
saluari sua predicata essentialia, concedo: nihil dependet depen-
denta conditionata ex parte objeci, & absolute ex parte actus
ab eo, sine quo possunt saluari predicata essentialia, sub distinguo.
Si possunt saluari, sine illo pro casu conditionis concedo, aliter,
nego maiorem, & sub eisdem terminis distinguenda sunt reliqua
propositiones.

75. Obij. tertio. Scientia Media ex suo conceptu habet no-
affirmare absolute existentiam consensos, sed modo solum indi-
stenti, ut affirmetur, vel negetur absolute; qua propter ex vi Scienti-
zia Media praeceps non manet illustratus, & determinatus ad affir-
mandum absolute; sed quasi suspensus, & aneps: sed consensus ab-
solutus non potest determinare ad scientiam hac ratione suspen-
sam. Ergo consensus absolutus non determinat Scientiam Mediā.
Minor probatur omnis notitia, quam Deus habet ex determina-
tione aliquius obiecti, porrigitur ad sciendum omne id, ad quod
extenditur vis determinativa obiecti, nec fieri potest, ut per ullam
Scientiam habitam ex determinatione aliquius medijs, vel obiecti,
sciat nias, quam sciri potest ex ductu, & determinatione talis ob-
iecti, id enim argueret in Deo imperfectionem ignorantiae; sed cō-
sensus sumptus pro statu absoluto, ut absolute existens, (cū prout
sic jam habebat absolute existentiam conditionis) habet vim de-
terminandi, ut indicetur existentia conditionis, & sine illa suspecti-
tione.

sione iudicetur consensus. Ergo consensus ab solutus non potest determinare Deum ad scientiam non iudicantem absolute existentiam consensus.

76 Respondeo aduertendo prius, nos nihil detrahere perfectioni intellectus Divini, sed potius illius vim cognoscituantr protrahere. Cum enim præter Scientiam Medium demus vi determinatiæ consensus absoluti, etiam scientiam visionis pro alio signo, quæ duntaxat scientia visionis est in Deo, si argumentum est efficax: deducitur clare, nos Deo concedere scientiam, quam aduersarij tribuunt, & insuper Deo adscribere aliam scientiam, quam inficiantur aduersarij.

77 Respondeo ergo consensus ab solutum in signo sua existentia determinare, ut existat scientia pro alio signo, ut igitur possumus cognoscere ad quam scientiam determinet consensus ab solutus, attendendum est ad signorum capacitatem, pro quibus scientia determinatur. Igitur, & est signum indifferentia ad ponendum auxilium, & consequenter ad obtinendum consensum, & est signum essentialiter consequens consensus absolutum. Pro signo indifferentiæ ad consensus nihil potest esse conexum essentialiter absolute cum consensu, ut patet ex ipso conceptu indifferentia ad utrumque extremum. Pro signo autem essentialiter consequenti consensum ab solutum potest, & debet esse connexio cum absoluto consensu.

78 Igitur consensus ab solutus determinat Deum ad duas scientias. Ad Scientiam Medium pro signo indifferentia: quia pro illo signo non est Deus capax scientie connexæ cum uno extremo determinare: Ad scientiam autem visionis determinat Deum pro signo essentialiter absolute consequenti consensum ab solutum. Ex quo patet solutio ad argumentum propositum; respondetur enim concedendo Scientiam Medium esse scientiam quasi suspensam circa existentiam ab solutam: cum autem dicitur consensus ab solutum posse, & habere vim determinandi ad scientiam ab solutam distinguendum est; habet vim determinandi ad scientiam ab solutam pro omni signo, nego, pro signo capaci, concedo. Cum igitur signum indifferentia, non sit capax scientie ab soluta, ideo obiectum non determinat ad scientiam ab solutam pro hoc signo; sed pro signo essentialiter consequenti liberam determinationem humanam.

(...)

QVÆST. XV.

An sit aliquid aliud medium distinctum ab obiecto conditionato, in quo Deus illud cognoscatur?

Excluso quolibet decreto antecedenti conditionato ut medie necessario ad Scientiam Diuinam de futuris contingentibus conditionatis, alijs sunt dicendi modi, quibus intendunt nonnulli authores explicare Deum cognoscere futura contingentia conditionata, quin ea in se ipsis immediate attingat. Hæc placita in hæc questione examinabimus, ut magis doctrina communioris inter Societatis authores veritas innotescat.

SECT. I.

Diversæ sententiae proponuntur.

1. P. Molina 1. p. q. 14. artic. 13. disp. 14 sect. 1. & 1 disp. 15. posse medium s. iuxta, & disp. 17. colum. 3. s. triplicem, & disp. 18. memb. 1. tenuerit altissima super comprehensione, quā Deus habet de nostro libero arbitrio cum omnibus circumstantijs, futura conditionata Deum cognoscere quoniam sic super comprehendit complexiones omnes contingentes, & liberas, ut nō solum eas comprehendat secundum esse possibile; verum etiam secundum esse conditionatum. Cui consentit P. Beccan. 1. p. tract. 1. cap. 10. q. 7.

2. Ceterum hæc Molinæ placitum dupliceiter explicatur. Primo: ita, ut à communissima Societatis sententia non discedat; sed solum velit Deo ut comprehendenti causam creatam; non solù deberi cognitionem omnium necessiorum ipsi cause; verum etiam contingentium; hoc tamen ex suppositione quod ita sint. Quod quidem non est negare futura cognoscere in se ipsis; sed assertere cognitionem futurorum in se ipsis debeti super comprehensioni causa.

3. Alio modo cōmūniter intelligitur P. Mol. nimirū aperte docuisse ne utiqz Deum cognoscere futura contingentia conditionata in se ipsis; sed in libero arbitrio, ut omnibus suis præterquisitis indifferenter instruto: quia respectu intellectus super comprehensionem. Quæ causa non solum est medium ad cognoscendum id, cum quo cognoscitur; verum etiam ad cognoscendum alia; quæ ad eam causam quomodolibet pertinent.

4 Hæc sententia hac ratione explicata subicacet omnibus argumentis, quibus supra quest. 6. sect. 3. probavimus Deum non posse cognoscere creaturas, ut possibles in omnipotētia, si omnipotētia eius possibiliteratē creaturarum adstruatur in connexione. Etenim ratio potissima, qua, data prædicta sententia de inconnexione Dei cum creaturarum possibilitate, reiecit: us cognitionē creaturarum in Deo, erat: quia quod est indifferens ad duo, non est ratio obiectiva fraudens unum potius, quam aliud, nec in qua vnu, potius quam aliud discerni debeat, aut valeat. At eadem ratio, idemque fundatum est ne Deus cognoscat futura contingentia conditionata in causa creata quantumvis super comprehensa. Ergo Deus non hac ratione cognoscit futurum contingens conditionatum. Major est certa, & consequentia legitima. Minor vero facile probatur. Causa creata, iuxta Molinam (& iuxta veritatem) quantumvis instruuta omnibus principijs, & cōditionibus, adhuc remanet indifferens ad consensum, & disensum: cum nihil sit in eis sententia se tenens ex parte causa, sine antecedens proxime, quod sit connexum potius cum uno extremo, quam cum alio. Sed hæc indifferencia in Deo ad possibilitatem, & impossibilitatem Petri v. g. in sententia non consequente Deum cum creaturarum possibilitate, est potissima ratio, ob quam in Deo non cognoscantur creature, ut possibles, iuxta prædictam sententiam de inconnexione. Ergo idem fundatum est ne Deus cognoscat futura contingentia cōditionata in causa creata quantumvis super comprehendens.

5 Ratio à priori huius conclusionis est: quia tota hæc causa, prout omnibus circumstantijs instruata, non concrevitur metaphysice cum eventu futuro. Ergo nequit euentus futurus in ea, etiam, prout sic instruenda, euidenter cognosci. Ante et dens est certum iuxta P. Molinas: quia, iuxta illum, quidquid se tenet ex parte causa indifferens est metaphysice, ut cum carentia euentus coiungatur. Consequentia vero probatur. Id non cognoscitur in causa, quantumvis super comprehensionis, sine quo possunt saluari omnia prædicata causa. Sed omnia prædicata causa possunt saluari absque eo, cuius cum carentia potest coniungi causa. Ergo, si causa potest metaphysice coniungi cum carentia euentus, euentus non necessario cognoscetur in causa.

6 Confirmatur. Causa prout sic instruenda potest coniungi cum carentia euentus. Vel ergo in causulis coiunctionis cognoscetur à Deo euentus, vel non. Si cognoscatur euentus ut existens,

falsificabitur cognitio Divina, ut poterit cognoscens, & affirmans
id, quod non est, sicut cognoscitur. Si non cognoscatur. Ergo, cu
tunc detor illa causa cuius omnibus circumstantijs antecedenti
bus, non sufficiet causa, prout sic instruata, ad determinandum Deum
ut cognoscatur euentum.

7 Ideo R.R. aliqui ut hanc difficultati occurrant dicunt
causam indifferenter prout omnibus circumstantijs instruata moraliter
ter connexi cum euentu: sufficere que connexionem moralem, ut
euentus in causa, ut ita cō:xa, certo, & infallibiliter cognoscatur.

8 In primis falsam est omnes effectus cognitos conditiona
tē inferri moraliter evidenter ex existentia causa: plures enim sunt
effectus, ad quos causa minime necessitatū moraliter Hoc pro
batur in peccato Adami, & Angelorum: sicut conficio argumen
tum. Deus cognovit peccata primi Parentis, & Angeli sub condi
tione quod liberi constituerentur libertate, quam defacto habue
runt. Sed neque Angelus, neque primus homo vlla ratione neces
sitati fuerunt moraliter ad peccandum. Ergo aliqui effectus cōdi
ctionati praevidentur, & non in causa moraliter necessitata. Proba
tur minor: nempe Adamum, & Angelum non fuisse ad peccandum
aliqua moraliter necessitate compulso, sed omnino indifferenter,
perfectissimaque gaudentes libertare. Hoc, inquam, constat ex
Patribus quod sit orendo. Qui ita est physice liber inter duo ex
tremū determinata, v. g. inter consensum, & disensum, ut facilit
ate possit evitare disensum, non est moraliter necessitatus ad dis
ensum. Sed Adamus potuit faciliter evitare suum peccatum. Er
go ad illud non fuit moraliter necessitatus. Consequētia est bo
na, & major certa. Minus autem constat ex Augustino lib. de
Corrept. & Grat. vbi ponderat Adamum non fierisse intanta non
peccandi facilitate. Et lib. Retractat. cap. 15. aduertit in Adai
mo fuisse sumnam potestatem abstinendi à peccato: imo ex ea
colligit Augustinus lib. 14. de Civitate Dei gravitatem peccati
primi hominis. Ergo potuit faciliter non transgredi praecep
tum. Nō igitur ad peccandum vlla moraliter adieceratur necessitate.

9 Quid autem Angelus præstantissima etiam, gaudens fue
rit libertate, supponere videtur Augustinus de dono per leueran
tia cap. 7. cum facilitatem Adami abstinendi à culpa comparat
cum Angelis libertate etiam ad culpam vitandam: it enim Sanctus
Doctor prædicto loco. Quæ tamen libertas voluntatis in illius ho
minis præstabilita quantum voluerit, apparuit in Angelis, quia Dia
bolo cum suis peccante in veritate feterant. Ergo tā Angelus, quā
homo

homo, facilissime potuerunt suum vitare peccatum. Nulla igitur moralis necessitas, sed plenissima illis pro sua conditionis praestantia inerat libertas.

10. Confirmatur quia ita Angelis dona gratiae sunt distributa, ut perfectior Angelus abundantiora dona gracie acceperit, quam minus perfectus, ut passim colligunt Theologii D. Dionysio de coelesti Hierarchi, cap. 6. quod apertius tradit Basilius lib. de Spiritu Sancto cap. 16. & Damascen. lib. 2. de Fide. cap. 3. idem que docet D. Thomas 1. p. quæst. 62. art. 6. Nihil ergo habuit Lucifer, ratione cuius magis inclinaretur in culpam, quam inferiores Angeli, qui in gratia permanserunt.

11. Confirmatur viterius: quia sepe videamus, & ex Sanctorum actis constat, eximios sanctitate viros vehementissimis temptationibus ad culpam ferre impellentibus, restitisse, licet maxima difficultate. In predicto autem vehementis temptationis casu tamen erant moraliter necessitati ad bene operadu, sed potius creditibius et a labore lapsuros, cum adeo in peccatum a temptatione, & diaboli suggestione inclinarentur, ut, nisi maximum sibi vim infrendo, stare in gratia non potuissent.

12. Secundo. Vel haec moralis necessitas gratis admissa conexa est metaphysicè causam, suis conditionibus & circumstantijs instructa, cum euenter ita, ut nulla sit vera potestas ad coniungendam carentiam enentus cu[m] huiusmodi causa ita considerata: vel ea conexio non datur. Si detur ea complexio: non moralis, sed metaphysica eti: cum violari, vel metaphysicè non valeat: ne cessat aliquid metaphysica ea sit, eius oppositum, adhuc per absolutam, iopremata que Dei potestatem existere non valeat. Præterquam quod, si haec conexio cause cum effectu affirmetur, illi co[nt] aduersus illa omnes prædeterminationis physice difficultates assurgunt: & forsitan maiore cu[m] efficacitate: quia conexio physice prædeterminationis, iuxta suos Authores, non ex parte cause prout in actu primo, sed prout in actu secundo operandi se tenet. Cognitio vero, quā hic alij cōminiscuntur, ex parte cause, ut in actu primo reperitur. Fortius ergo haec, quam physica prædeterminationis cognitio humanae libertati aduersatur.

13. Si vero dicatur, ut dici debet, necessitatem hanc moralis non metaphysicè connatur causam cum esse & tu, sed simpliciter, & absolute, posse coniungi cu[m] efficiens carentia. Ergo cognitio cause non inducit necessario cognitionem effectus. Probo hanc consequientiam. Cognitio cause non inducit necessario cognitionem

eius, cuius cum defectu potest existere causa de potentia Dei absoluta. Sed causa moraliter necessitata ad aliquid extremum potest coniungi cum illius extremi defectu. Ergo cognitio cause non inducit necessario cognitionem effectus moraliter tantum necessarij ex vi cause. Consequentia est bona: & minor continet suppositionem, iuxta quam loquimur. Maior autem facile probatur. Cognitio cause non inducit necessario cognitionem, quae potest esse falsa. Sed cognitio eius, absque quo potest esse causa, si necessario induceretur, ex vi cognitionis causa, posset esse falsa. Ergo cognitio causa non inducit necessario cognitionem eius, cuius cum defectu potest existere causa. Minor probatur. Cognitio illius, quod potest deficere existente causa, si necessario inducatur ex cognitione causa, potest coniungi cum defectu illius, quod cognoscit. Hoc est falsificari. Ergo cognitio eius, absq; quo potest esse causa, si necessario inducatur ex vi cognitionis causa, potest esse falsa. Minor est certa, & Consequentia bona. Maior probatur. Cognitio necessario inducitur, ex vi cognitionis causa, potest, & debet necessario coniungi, cum omnibus, quibus potest coniungi causa cognitionis: siquidem existit quotiescumque existit cognitiones causa. At cognitionis causa potest coniungi cum defectu illius, quod potest deficere existente causa: quandoquidem Videlicet cognitionis causa existit quotiescumque causa cognoscibilis est. Ergo cognitionis illius, quod potest deficere existente causa, si necessario inducatur ex cognitione causa, potest coniungi cum defectu illius, quod cognoscit. Ergo & falsificari.

SECT. II.

Recens alia cogitatio proponitur.

T4 R Euerendus ad nodum P. Mag. Fr. Iosephus à Villonou Augustinianus opus nuper editum, cui titulus est: *Principium tuarium Divine Prudentie: in quo ad futuri conditionati contingentis infallibilem in Deo cognitionem decreta subiectum absolute, & obiective conditionata ut otiosa, & supernacanea rejecit: & Scientiam Mediam, ut impossibilem refellit; mediaque incedens via existimat futura contingentia conditionata per Scientiam naturalem, & necessariam, à Deo infallibilitate cognosci. Quā singulare in cogitationem (qua n̄ putat esse ad Fundatissimi Doctoris Aegydi Romanimenti) sic explicat;*

15. Primo supponit, vel admittit, voluntatem non determinari physice antecedenter ad unum libertatis extremum, potius quam ad aliud; sed omnia auxilia indifferentia esse ab intrinseco, ut pro tota determinatione creature, vel cum consensu, vel cum disensu coniungantur.

16. Secundo distinguit in ipsa voluntate quando actu consentit auxilio A. v.g. tria signa. Primum voluntatis secundum se: quod signum vocat, signum voluntatis sine auxilio: & ait tunc esse voluntatem in signo negationis consensus, & eius priuationis: quod quidem intelligendum est (ne in limine implicationi offendamus) in sensu praecisiuo, licet aliter verba sonare videantur. hoc est: in primo signo intelligi, voluntatem secundum se, prascindendo ab auxilio, & eius parentia: non quia in illo signo intelligatur voluntas negata auxilio, & eius parentia, vel negata consensu: sed quia neque auxilium, neque consensus intelliguntur in illo signo. Secundum signum est voluntas, ut auxiliata: hoc est: voluntas proxime indifferens ad consensum, & disensem. Tertium signum est voluntas actu determinans consensum, reddensque impossibilem consequenter disensem.

17. Tertio supponit quidquid de acto existit, esse possibile, ea ipsa ratione, qua existit: consequenterque distinguit in statu possibilitez alia tria signa. Primum est possibilitas voluntatis secundum se. Secundum possibilitas voluntatis, ut auxiliata, seu ut proxime libera ad consensum, & disensem. Tertium possibilitas actu determinans consensum ad unum ex extremis libertatis cum necessitate consequente sui, & impossibilitate consequente extremitate oppositi.

18. Quarto supponit essentiam Diuinam esse naturaliter, & necessario Id eam omnium factibilium ea ratione, qua factibilia, & possibilia sunt. Cum igitur in statu possibilitez distinguatur tria illa signa: voluntatis secundum se; voluntatis ut auxiliata: & voluntatis se determinantis ad consensum v.g. cum impossibilitate consequenti disensu: ideo essentia Diuina est necessaria, & naturaliter. Id etiam horum signorum: que etiam in statu possibilitez reperiuntur. Ex his praetactis probat suam sententiam in hunc modum.

19. Omne id, quod reperitur intra statu possibilitez, ita, ut ad ipsum verificandum & saluandum sufficiat status possibilitez, cognoscit Deus per scientiam naturalem, & necessariam in sua scientia, ut in Id ea omnium factibilium; Sed ad veritatem des-

determinatam futuritionis conditionata contingentis consensu
v.g. sub auxilio A. sufficit status possibilis. Ergo Deus cog-
noscit futura contingentia conditionata per Scientiam Naturae-
lem, & necessariam in sua essentia, ut in Idea omnium factibilium.
Consequentia est legitima, & maior certa: nam quod non egredi-
tur statu possibilis, cadit sub Scientia Naturali, & necessaria.
Minor probatur ex presuppositis. Consensu esse Petrum cum
auxilio A. est ipsa determinatio libera ad coensem, cum impos-
sibilitate consequente dissentendi. Sed ipsa determinatio actua-
lis consentendi auxilio A. cum impossibilitate consequente dis-
sentendi, datur, & habet veritatem determinatam in statu possi-
bilis pro tertio signo iam commemorato. Ergo futurum con-
tingens conditionatum in esse talis datur, & habet veritatem dei-
terminatam sufficienter in statu possibilis.

¶ Hanc videtur minorem, in qua totum huius sententiae
fundamentum stabilitur, sic mihi videtur probare predicus Re-
censio. Pro tertio signo non solum datur quod impossibilitas co-
sequens dissentienti, existens in actuali consentire, sit antecedens
ter possibilis (nam hoc antecedens possibilis intelligitur in se-
cuendo signo, scilicet in signo voluntatis auxiliari, in quo signo da-
tur possibilis, siue potestas antecedens ad consentire, & dissen-
tire) verum etiam intelligitur in tertio signo impossibilitas conse-
quens dissentendi; excludens ab eo signo possibilitem conse-
quentem dissentendi. Ergo pro tertio signo status possibilis,
qua intelligitur consensus determinate possibilis consequenter, ut
iam dissentius non sit possibilis consequenter. At qui pro signo, pro
quo intelligitur possibilis consequens consensus, & exclusa pos-
sibilitas consequens dissentius sub auxilio A. intelligitur iam detec-
minatio actualis consentendi praeter determinatione actua i dissentie-
re ad esse, & habere determinatam veritatem. Ergo ipsa deter-
minatio actualis consentendi auxilio cum impossibilitate consequen-
te dissentendi datur, & habet determinatam veritatem potius quam
actualis determinatio dissentendi, in statu possibilis pro ter-
cio signo sepius memorato: quam veritatem determinatam non ha-
bet in illo signo determinatio actualis dissentendi cum impossi-
bilitate consequente consentendi. Cum igitur in hoc consistat con-
sensus esse determinate futurum praedissentiu, sub conditione au-
xiliij A. dabitur in statu possibilis pro tertio signo, & erit de-
terminatam verum, quod, si Petrus vocetur auxilio A. determinatè
consentiet. Ergo cognoscetur à Deo per scientiam necessariam
non

non autem per liberam, ut volunt Thomista, neque per medium, ut contendimus Iesuitæ.

21 Cum de Scientia Dei scribere in animum induxi, tametsi hanc sententiam, & in publicis disputationibus audieram, & in R.R. scriptis confutatam legeram: nec refellere, nec reterre decreueram: videbam enim eam iuxta difficultatis pondere, haud solidō fundamento innitente, nullo impellente cadere: & dum ruina certa est, tortuorum ictus superfunt. At postquam hic Recentior in hac nostra Vniuersitate Complutensi de hac quæstione iustum iam edidit volumen, non manet in eo visus sem facere, si de hac opinione, tametsi ferē nemini probetur, omnino tacerē. Et forsitan mihi virtio verteretur silentiū. Dicā ergo quid sentian, non omnino per otium, sed solū capita impugnationū breviter perstringendo.

22 Hec sententia adeō plenē falsa est, ut duntaxat falsitas non conuincatur; cum propter implicacionem, quamvis se continet, aut non constanter explicatur, aut non perfecte intelligitur totaque eius moles non alio, quam pura equiuocationis, levissima cura detegenda, nimirum fundamento.

23 Verumante huīus sententiaz impugnationē præmonco quod cum hic author confundat hæc duo: si possibile consentire & detur auxilium A. & deficit consentire sub auxilio A. ex vi pos- sibilitatis præcessira ut existimat hanc veritatem. Possibilis est voluntas actu, & determinatē liberē consentiens virtute cuius auxiliij in his instantiū impossibilitate consequente diffensus tandem esse cum hac. Si et voluntas in his instantiis & sub his auxiliis sub quibus est possibilis actu, & determinatē consensus cum impossibili- tate consequente diffensus, erit in ea consensus cum impossibilitate et- sequenti diffensus. Cū & quam, hic author ex termino abusu pos- sibilitati veritatis conditionat, siue possibilitate ipsius impos- sibilitatis consequentis, confundat cum ipsa impossibilitate conse- quente: hinc oritur aliquando videri solum admittere scientiam respondentem his terminis. Possibilis est quod si voluntas vocetur auxilio A. in his determinatis circumstantijs sit actu consentiens de- terminatē cum impossibilitate consequente diffidenti. In quo solū sensu loquuntur Authoræ, quos adducit hic author ad suā proba- dā sententiā. Cūq; hæc Scientia sit omnino necessaria, non discer- tens, aut iudicans an Petrus cōsensurus fore si vocaretur auxilio A. in talibus circumstantijs: videtur hic author negare scientiam conditionatam: quo etiam (admissa indifferētia auxiliorum) negare videretur Deo Scientiam requisitam, ut Deus prædestinat:

Petrum v.g. per determinata auxilia. Quando autem hoc illi obijicitur, recurrat ad scientiam conditionatam, quaniputat esse eandem cum scientia de possibiliitate consensus conditionari cuim impossibilitate consequenti di sensus conditionati. Qao sanè concedit scientiam conditionatam de consensu sub auxilio.

24 Si vero illi obiectatur hanc scientiam esse Deo contingente: quia sicuti modo ab eterno cognoscit quod si Petrus vocetur auxilio A. cōsentiet, quin modo affmet quod si taliter vocetur, dissentiet: ita potuit Deus, casu quo Petrus esset dissensus, non affirmare quod modo affmet, sed oppositum: si, inquam, hoc illi obiectatur, iterum configit ad scientiam de possibiliitate, & ait Petrum consentire auxilio A. licet in se sit contingens; attamen in statu possibilis id alius contingens non esse: quia hoc ipsum, quod contingenter datur, posse contingenter dari necessarium est: quo videtur non admittere scientiam de futuro conditionato; sed solum de possibiliitate futuri conditionati: quo nec sibi constat, nec se alijs explicat: & quod semel concedit, iterum videtur in re negare: quodque pluries negavit, pluries etiam sua impossibilitate consequente de lusus re ipsa videtur concedere.

SECT. III.

Scientiam futurorum contingentium contingentem esse debere, à priori, & à posteriori probatur.

25 **P**rimo. Scientia Deo antecedenter deficibilis, est Scientia Deo antecedenter contingens. Sed scientia de futuro conditionato. V.g. de consensu Petri sub conditione auxilio A. est antecedenter Deo deficibilis. Ergo est antecedenter contingens. Probatur minor. Deum non affirmare Petrum consensurum si vocetur, est deficere Deo (intellige quoad denominationem) scientiam affirmantem Petrum consensurum auxilio si vocetur. Sed Deus potest antecedenter non affirmare Petrum consensurum. Ergo datur potestas antecedens in Deo, ut deficiat illi scientia affirmans Petrum cōsensurum. Probo minorem. Datur in Deo potestas antecedens ad affirmandum Petrum dissensurum; pro casu, quo ipse foret dissensurus, si vocaretur: qui casus possibilis est. Sed hoc affirmare est non affirmare opportum, vel saltem est status, in quo non affirmabit. Ergo datur in Deo potestas antecedens ad non affirman-

firmandum Petrum contentum, vel (quod idem est) ut sit in sua-
tu, in quo non affirmet. Minor est certa, & consequentia legitima.
Major autem mihi de fide. Nā Deus habet potestatem antecedentis
cognoscendi omne verum ex ratione, qua verum fuerit, & pro
omni casu possibili, quo verū fuerit. Ergo datur in Deo potestas
cognoscendi dissensu Petri pro casu, quo Petrus fuerit dissenturus.

26. Vel aliter. Deus habet potestatem antecedentem ha-
bendi scientiam conditionatam sibi antecedenter defectibilem.
Ergo scientia conditionata, non necessaria, sed antecedenter de-
fectibilis, & contingens Deo, non implicat Deo. Probo antece-
dens. Deus habet potestatem antecedentem habendi scientiam
conditionatam, quam modo non habet, de dissensu conditionato
Petri. Ergo potest antecedenter habere scientiam, quam modo
non habet. Antecedens probatur. Deus, ut paret lumine rationis,
& fidei, habet potestatem antecedentem cognoscendi omnem, quod
verum fuerit, pro casu, quo verum fuerit. Sed potest esse verum
quod Petrus dissentiet, si vocetur: siquidem Petrus est antecedenter
potens dissentire, si vocetur. Ergo Deus antecedenter potest
cognoscere, & affirmare, dissensum futurum Petri sub conditione
auxilij: quam scientiam modo non habet.

27. Viterius: si non habet Deus potestatem antecedentem
habendi Scientiam conditionatam de dissensu. Ergo scientia con-
ditionata de dissensu antecedenter impossibilis est. Ergo chimæ-
rica. Sed, quolibet possibili dato, adhuc non datur chimæra. Er-
go, adhuc dato dissensu conditionato Petri, non datur scientia
illius. Ergo Deus ignoraret illum.

28. Secundo paulo aliter probatur idem intentum. Qui om-
no necessario, & nulla ratione contingenter, affirmat consensum:
pro nullo casu possibili potest negare consensum, nisi simus affir-
met, & neget eundem consensum. Ergo ab opposito, qui habet po-
testatem negandi consensum pro aliquo casu possibili, non affir-
mat consensum omnino necessario, & nulla ratione contingenter.
Sed Deus antecedenter potest negare consensum pro casu possibi-
li dissensus. Ergo Deus non affirmat consensum omnino necessario.

29. Vel aliter. Qui affirmat omnino necessario consensum,
illū affirmabit in omni casu possibili, si detur talis casus. At Deus
nequit affirmare consensum in casu possibili dissensus. Ergo Deus
non affirmat omnino necessario consensum; sed affirmat contingē-
ter, & defectibiliter antecedenter.

30. Cōsideratur, si Petrus foret dissenturus, & nō cōsensurus,

ne potuit vel in hoc casu Deus affirmaret idem & eodem modo, ac modo a fieri mat, vel oppositū. Si primum. Ergo Deus in easu possibili de dissensu Petri, & ignoraret dissensum, & fallere tur in affirmando cōsentum. Si secundū. Ergo si daretur ille casus possibilis, Deus nō haberet Scientiā, quā modo habet. Ergo Deo potestate antecedēce potest deficere sc̄ientia, quā modo habet. Probo hāc cōsequētiā. Illud potest antecedēter deficere Deo, quod verē deficeret si poneretur aliqua cōditio, quę antecedēter ponibilis est. Sed Deo deficeret sc̄ientia de cōsensu Petri sub auxilio A. si exiit: es se ei⁹ dissensus: quę cōditio possibilis est. Ergo sc̄ientia de cōsensu Petri sub auxilio A. potest potestate antecedēnte deficere Deo.

31 Probatur tertio eadem defecibilitas sc̄ientię conditio-
natę ex principijs huius. Recentioris distinguentis illa tria signa
iam cōmemorata in statu possibilis idem respondentia tri-
bus signis, que inueniuntur in actu exercito consentiendi: nē pe-
signum voluntatis secundum se: signum libertatis: & signum con-
sensus cum impossibilitate consequente dissensus. Tunc sic.

32 In secundo signo possibilis idem datur potestas antecedē-
dens, ut protectio signo sit, vel cōsensus cū impossibilitate conse-
quentē dissensus: vel dissensus cū impossibilitate cōsequente cōsen-
sus. Ergo, dū datur tertius signū consensus, ita est in tertio signo
impossibilitas consequens dissensus, ut in secundo signo detur ve-
ra potestas antecedēns, ut pro tertio signo deficiat impossibilitas
consequens dissensus, & loco illius sit impossibilitas consequens
cōsensus. Est euidēs hec illatio; prāter quā quod traditur hec do-
ctrina ab ipso authore disp. I. dub. I. c. 12. n. 117. quia signū liber-
tatis est signū potestatis ad virtūlibet. Secundū ergo signū, quod
est signū libertatis cōsensus vel dissensus pro tertio, erit signū po-
testatis antecedēntis ad consensum pro tertio cōsensū cū impos-
sibilitate cōsequēte dissensus; & potestatis antecedēntis ad dissen-
sum cōsensū cum impossibilitate cōsequēte dissensus. Tunc sic.

33 Ea ratione, qua est necessarius in tertio signo possibilis idem cōsens⁹ p̄ dissensu: est necessaria sc̄ientia de tali cōsensu. Sed ita est cōsensus pro tertio signo, ut virtute secundi signi possit
esse dissensus, & deficere cōsensus. Ergo ita est sc̄ientia de consensu
virtute tertii signi necessitate cōsequenti, ut virtute secundi signi
detur vera antecedens potestas, ut ea scientia deficiat.

34 Quarto ex principijs eiusdem Authoris. Ea ratione, qua fuerit
cōtingens futuritio conditionata dissensus in statu possibilis
idem, erit cōtingens sc̄ientia de eiusmodi futuro in statu possibilis-

Ceteris id realis: cū sciētia cōditionata, iuxta hūc authōrē, funderetur
in illo speciali modo possibilitatis id realis. Sed, adhuc data impossibilitate
cōsequēte dīsensas in statu possibilitatis id realis, datur
antecedenter possibilis possibilitas consequens dissensus in statu
ideal. Ergo & erit antecedenter possibilis sciētia cōditionata de
dīsensu. Probatur minor. Adhuc in casu talis impossibilitatis cō
sequentis dīsensus in statu possibilitatis id realis, est possibilis an
tecedenter dīsensus cōditionatus exercitē in se ipso: alioquin nō
esset vera libertas ad dīsensū cōditionatū exercitū. Sed hoc ar
guit esse possibilē antecedenter possibilitatē cōsequētē dissensus
in statu ideali. Ergo est ita possibilis: minor deniq; ad quā reuoca
tur difficultas. probatur. Nō potest esse antecedēter possibilis ef
fectus, qui non possibilis antecedenter causā simpliciter ad illū re
quisita. Sed dissensus cōditionatus, ut in statu ideali cū impossibi
litate cōsequenti cōsensu, est causa simpleiter requiata ad dis
sensum exercitū, sicut ars in artifice. Ergo possibilitas antecedens
dīsensus ut exercitū agit possibilitatē antecedēter ipsius ut in
statu possibilatatis id realis. Sed, dato cōsensu cōditionato, adhuc
est antecedēter possibilis dīsensus cōditionatus exercitē in se ip
so. Ergo & est possibilis antecedenter dissensus in esse possibilita
tis id realis: siquidem in esse possibilitatis id realis est causa simpli
citer requiata ad dīsensū cōditionatum exercitū in se ipso.

35 Q[uod]nto. Omne quod est in tertio signo possibilitatis id realis,
cognoscit Deus per Scientiā Naturalem. Sed in tertio signo possi
bilatis id realis non solum ei futuris cōditionatis, verum, &
existentia aboluta omnium creaturarum: quia à Deo contingent
erit producantur. Ergo non solum futurum cōditionatum; verum
etiam omnem existentiam absolutam cognoscet Deus per Scientiā
Naturalem, & necessariam; quod non est iuxta fidem. Consequen
tia est bona; & maior doctrina hujus Recentioris. Minor vero
probatur. Omne, quod est a parte rei, & in actu exercito, praece
dit, iuxta hunc Authorem, in statu possibilatatis id realis ea ipsa
ratio e, qua est a parte rei. Sed a parte rei in ultimo signo datut
existentia aboluta rerum. Ergo etiam in statu possibilitatis da
tur in ultimo signo existentia aboluta rerum.

36 V[er]teris impugnatur hēc sententia rationibus probanti
bus Scientiā futurorum, contingentium cōditionatorum non cō
veni, nec cū libertate humana nec cum perfectione Divina.

37 Sexto igitur arguētor. Sciētia necessaria, & naturalis cō
sensus cōditionati sub auxilio A, vel tollit potestatē antecedētentē

dissensus sub auxilio A, vel potest coniungi cum dissensu. Ergo, vel tollit libertatem, vel potest falsificari. Antecedens multipliciter, semperque efficaciter, probatur. I. omnibus argumentis, quibus vtuntur authores Societatis ad probandum quodlibet antecedens connexum cum uno libertatis extremo, in impedibile que à voluntate, esse necessitatem ineluctabilem talis extremi; consequenter, que tollere antecedentem potestatem ad oppositum.

38. 2. Quia hic solutio de sensu cōposito, & diuiso, qua vtū tur Prædeterminantes, & quæ est unicum quale quale effugium, in præsentia locum non habet. Et, vt clarus pateat, sic efformatur argumentum. Posita in Deo scientia naturali cōsensus conditionati, non habet voluntas potestatem ponendi dissensum conditionatum in sensu composito talis scientiæ, vt est evidens: quia dissentire in sensu composito scientiæ consensus, esset falsificari Scientiam Diuinam de consensu. Deinde neque habet voluntas potestatem dissentendi in sensu diuiso talis scientiæ. Ergo nullam habet potestatem dissentendi. Probo secundam partē antecedentis. Dissentire in sensu diuiso scientiæ naturalis de consensu implicat contradictionem. Ergo nulla datur vera potestas dissentendi in sensu diuiso scientiæ naturalis de cōsensu. Antecedens probatur. Dissentire in sensu diuiso scientiæ necessariae de consensu, est existere dissensum, & desiceret scientiam necessariam consensus. Sed hoc implicat, siquidem implicat desicere Scientiā necessariam. Ergo dissentire in sensu diuiso scientiæ necessariae cōsensus implicatoriū est.

39. 3. Id implicat ponit, de quo verificatur quod, si ponetur, essent in rerum natura duo contradictoria. Sed, si existeret dissensus, essent in rerum natura duo cōtradictoria. Ergo implicat ponit dissensum. Prob. min. Si existeret dissensus: vel desiceret scientiæ de consensu, vel non desiceret. Vtrique implicat. Ergo, si existeret dissensus, esset implicatio. Min. prob. Si desiceret scientia de consensu, desiceret quod necessarium est antecedēter, nēpe scientia de consensu: (sienim nō esset necessaria antecedēter, esset antecedēter contingens, & consequenter de se cōfribilis) & desicere necessariū implicatoriū est. Si nō desiceret, sed potius existeret scientia de cōsensu, adhuc in casa dissensus. Ergo coniungerentur dissensus & scientia consensus, quod etiam est implicatoriū, quia esset Deum falli in sua affirmatione. Ergo, si existat dissensus tam de sciercere scientiam consensus, quam non desicere, implicatoriū est.

40. 4. Omne id, cum quo connectitur necessarium, necessarium est, & non contingens. Sed scientia consensus, quæ iuxta hunc autho;

authorem necessaria est, connectitur cum consensu conditionato, ut in se ipso: quia essentialiter est vera, & affirmat consensum exercitus povendum esse, si ponatur auxilium. Ergo consensus, ut exercitus conditionate, est necessarius; & non contingens: & consequenter disensus non erit contingens, sed impossibilis. Probatur major, in qua potest obtendi difficultas, licet, ut verum fatear, mihi evidens sit. Id, quod non potest deficere, necessarium est. Sed extremum, cum quo aliquid necessarium essentialiter connectitur, non potest deficere. Ergo necessarium est. Probo minorem. Extremum, cuius defectus implicatorius est, nequit deficere. Sed defectus extremi, cum quo aliquid necessarium intrinsecè connectitur, implicatorius est. Ergo tale extremum nequit deficere. Probatur tandem minor. Quod ab intrinseco connectitur cum chimera, chimera est: & ideo nihil contingens potest intrinsecè connecti cum existentia chimerae. Sed defectus extremi, cum quo connectitur aliquid necessarium, connectitur cum defectu talis necessarij: & aliunde deficere necessarium est impossibile. Ergo defectus extremi, cum quo extremo connectitur aliquid necessarium, implicatorium, & repugnans est.

41 Confirmatur. Coniunctum modo existens coalescens ex Scientia consensu, & ex consensu, nulla vera ratione, adhuc antecedenter, potest deficere. Ergo nullum extremum ex illis poterit deficere: & consequenter consensus deficere non poterit. Antecedens probatur. Hoc coniunctum non potest deficere per defectum veliusque extremi: quia hoc modo deficeret Scientia, quæ est necessaria: neque deficiente sola scientia: quia etiam hunc modo deficeret scientia necessaria: nec denique deficiente solo consensu: quia hoc modo esset scientia de consensu deficiente consensu: quod esset falsificari scientiam. Ergo, vel deficibilis non est consensus, vel scientia de consensu erit falsificabilis.

42 Tandem arguo. Omne extremum contingens, si existat, coniungetur cum eo, quod non potest deficere quando ipsum existit. Ergo, si existat disensus, coniungetur cum Scientia, quæ nequit deficere in casu disensus. Sed Scientia consensus, de qua loquimur, nequit deficere in casu disensus. Ergo, si existat disensus, coniungetur cum scientia consensu: ac proinde ea scientia falsificabitur. Minor subsumpta probatur. Scientia consensus est, iuxta hunc authorem, necessaria. Sed quod necessarium est nequit deficere pro vlo casu possibili, & aliunde casus disensus est possibilis. Ergo scientia de consensu nequit deficere pro casu disensus.

43 Respondebis cum hoc Recentiore consensum cōditio-
natum, quantumvis cum eo connectatur scientia Dei necessaria,
non reddit necessarium in se, & respectu voluntatis creaturæ; esse ta-
men necessarium respectu Dei: & hoc duntaxat convincere nostra
argumenta: quia optimè potest id ipsum, quod respectu vnius ne-
cessarium n'est; respectu alterius liberum esse, & contingens. Hanc
doctrinam exemplo confirmat: nam (ait prædictus author) noui mi-
nis opponuntur esse liberum, & non esse liberum, quam esse con-
tingens, & non esse contingens. Sed in sententia Societatis consen-
sus liber sub conditione fatus, est liber in se, & comparatione
creatüræ: & non est liber comparatione Dei. Ergo etiam poterit
consensus esse contingens in se, & comparatione creatura: & nihil
lominus non esse liber, sed necessarius, comparatione Dei.

44 Solutio est falsa, & exemplum non est ad rem. Est quidē fal-
sa solutio: quia quod necessarium n'est respectu Dei, non potest non
esse necessarium in se, & respectu creaturæ. Quod enim necessarium
est respectu Dei, ita est necessarium, ut nequeat Deus coniungi cū
illius carentia. Sed id, cuius cum defectu nequit Deus coniungi,
necessarium est in se, & nulla prorsus ratione contingens. Ergo
quod necessarium est Deo, nequit esse in se, & respectu creaturæ
contingens. Consequentia est bona, & maior certa: quia esse ne-
cessarium aliquid respectu aliquius extremi, est quod tali extremo
necessario conueniat, ita, ut tale extreum nō possit esse sine illo.
Id ergo erit necessarium respectu Dei, sine quo Deus existere non
valeat.

45 Iam vero esse necessarium in se, & nulla vera ratione con-
tingens, quod est necessarium Deo, evidenter, me iudice, proba-
tur. Id, cuius defectus arguit ab intrinseco defectu Dei, absolu-
tè, & simpliciter nequit despicere, consequenterque non est via vera
ratione contingens, sed simpliciter necessarium: cum simpliciter
necessarium sit ne detur aliquid inferens defectum Dei. Sed id, sine
quo Deus existere non valet, tale est, ut eius defectus inferat non
esse Deum: alioquin posset Deus cum eius defectu existere. Ergo
id, sine quo Deus nequit existere, nulla vera ratione, aut in se, aut
respectu aliquius creaturæ, est contingens.

46 Hinc inferes: quod est contingens respectu Dei, posse esse
necessarium respectu creatura: quia necessitas respectu creatura:
non est necessitas simpliciter, sed necessitas secundum quid, & cō-
sequens ad esse creatura: quod quidem esse non simpliciter; sed
contingens est: qua ratione necessarius est homini suus intellectus,

vel quid pia n alind, cum quo homo habeat connexionem. At vero quod est necessarium Deo non est necessarium consequenter ad ali quam suppositionem contingentem: siquidem Deus secundum se nullam suppositionem contingentem involuit.

47 Exemplum, quod adducit, ad rem non est: quia esse liberum formaliter creature, & non esse formaliter liberum Deo, solum arguit Deum non determinare extremum, quod creatura determinat, v.g. peccatum. At vero non esse contingens Deo non dicit praesesse non esse a Deo hac, vel illa ratione; sed positiuè dicit esse necessarium Deo. Esse autem necessarium summae necessitati, est quod summa necessitas sit necessitas illius. Id autem, quod est necessarium metaphysicē summa necessitate, absolute, & impliciter necessarium est.

48 Inter reliqua argumenta iam opposita non possum non proponere etiam aliud argumentum, quod idem Recentior libri ipsi obiicit disp. i. dub. 9. cap. 3. num. 499. in quod cum incidi non potui non mirari quantum homines proprijs adhæreant cogitationibus, & quam longe diuersum authores a Lectoribus de suis opinionibus iudicium ferant. Igitur loco citato ita obiicit. *Sententia ista facile componitur summa perfectio Dei, & libertas creature: & si sic fieri posset, repertum esset a Theologis, qui hoc de re tanto tempore litigarent. Hactenus pervenire potuit proprijs sententijs amor, ut eam in difficultatum response vslque adeo faciliter exillinet, & expeditam, vt iam sua duntaxat facilitate, expeditione, & (vt in margine ait) suauitate, laborare posse videatur.*

49 Dico ergo hoc solum argumentum ex omnibus, quae contra hanc sententiam sunt, facilem, & expeditam habere solutionem. Respondeo igitur negando antecedens: nimurum hac sententia facile componi libertatem humanam, & perfectionem Diuinam. Nam potius cum hac sententia libertas humana subducitur: Scientia Diuina perit. Deus, vel fallibilis, vel ignorans, constitui debet: necessitas confunditur cum contingentia: contingentia non distinguitur ab impossibilitate: nec possiblitas a futuritione: & ceteraque astia absurdas sequuntur. Ob quae censeo hanc sententiam non vsque adeo facile, suauiter & expeditè, res cōponere, vt suor Authori hac de causa timorem, vel leuisimum ingerere valeat.

(* * *)

SECT. IV.

Detectitur aequinocatio, cui haec sententia nittitur.

30. **N**otandum est pro maiori rei claritate, dupli sensu dici esse aliquid in statu possibilis. Primo se habente statu possibilis ut id, quod affirmatur de conceptu, qui in statu possibilis dicitur esse, ita ut de toto dicto (ut aiunt dialectici) affirmetur, & sit praedicatum ut quod modus possibilis. Secundo: ut ratio qua alicui rei conueniat aliquod praedicatum. V. g. Hac propositio Petrum actualiter, & defacto currere, est in statu possibilis: duplicitate potest intelligi. Primo, ita ut possibilitas sit praedicatum quod affirmatur de toto illo subiecto. Petrum currere actualiter, & defacto. Et tunc reddet hunc sensum. Petram defacto, & actualiter currere: sive quod Petrus defacto, & actualiter currat, possibile est. Et in hoc sensu verissima est: nam verissimum est possibile esse quod Petrus defacto, & actualiter currat.

31. Secundo potest intelligi praedicta propositio ita, ut possibilitas non sit praedicatum affirmatum ut quod de hoc subiecto Petrum defacto, & actualiter currere; sed ratio qua praedicatum cursus, actualiter & de facto conueniat Petro: & tunc sensus erit sufficit status possibilis ut Petrus defacto, & actualiter currat, vel Petrus ab statu possibilis haberet quod defacto, & actualiter currat. Et in hoc sensu falsissima est propositio praedicta, ut ex terminis patet. Confirmatur hoc in statu mentali. Nam, dum est affirmatio in Ioanne v. g. de cursu Petri, verum est dicere Petrus in statu mentali currit: quia totum hoc quod est Petrum currere est subiectum de quo praedicatur status mentalis, seu esse cognitum: siquidem Petrum currere cognoscitur a Ioanne; non vero quia de Petro ut subiecto affinetur praedicatu currendi defacto, & actualiter, ratione status mentalis: quasi Petrus currat defacto, & actualiter, quia est cognitus: vel sufficiat status mentalis esse cognitum, ut currat defacto, & actualiter. Pariter ergo dicendum est de statu possibilis.

32. Ex hoc infertur hanc propositionem universaliter. Omnia quod est existens in rerum natura, ea ratione, quae est in rerum natura, procedit in statu possibilis. In uno sensu verissimam, in alio vero,

vero falsissimā esse. Est quidem vera: si possibilis, seu status possibilis, sit habeat ut prædicatum quod affirmatur de re existentiā ratione, qua existit: ita ut existere rem ea ratione, qua existit sit subiectum, de quo esse possibile affirmetur. Erit autem falsissima propositio, si status possibilis non sit prædicatum quod affirmatur, sed ratio qua res, qua existit aliquaratione, existat ea ratione: seu si affirmetur possibilis, ut ratio sufficiens, ut res sit ea ratione, qua est. Etenim licet Petrum de facto currere sit possibile: non tamen possibilis est ratio sufficiens, ut Petrus currat de facto.

53. Secundò noto, & infertur ex dictis, hoc quod est contingētia habere veritatem determinatam in statu possibilis, duplice etiam intelligi posse. Primo loquendo de veritate, qua contingentibus conueniat possibilis. Secundo loquendo de veritate, qua ratione possibilis conueniat illis aliqua aequalitas. V.g. duplice potest intelligi futurum contingens habere veritatem determinatā in statu possibilis: vel quia ~~est~~ futurum habeat veritatem essendi possibile: vel quia sufficiat status possibilis, ut consensu conueniat esse futurum. In hoc secundo sensu falso est contingētia habere veritatem determinatam in statu possibilis: secus in primo, ut constat ex dictis. Titerius: dum dicitur consensus habere in statu possibilis veritatem determinatam præ dissensu: ly determinatē debet appellare supra subiectū dicti, respectu prædicati ipsius dicti: quod quidem dictum integrē acceptum se habet ut subiectum, de quo possibilis modus affirmatur: nō vero se debet tenere ly determinatē ex parte torius dicti respectu modi. Est evidens: quia hæc propositio vera est consensum esse determinatē futurum præ dissensu, est possibile; secus hæc. Futurum esse consensum possibile est, secus autem futurum esse dissensum: etenim: cum tam consensum existere, quam existere dissensum, possibile sit, falso est vni præ altero possibilitem conuincire...

54. Ob eandem rationem cautē inspiciendum est in propositionibus modalibus quando aliqua particula augens, vel diminuens, se tenet ex parte modi affirmati, quando autem ex parte dicti, de quo modus affirmatur: nam diuersissimam propositionē conficiunt. Deserviat explicationi propositio illa, in qua sepe hic. Recentior patitur & quiuocationem: nimirum. Possibilis est voluntas actus conscientis cum impossibilitate consequente difficiendis. Nam illa particula cum impossibilitate sequentia difficiendis. Vel fe:

se tenet ex parte dicti: vel si tenet ex parte modi:
 parte dicti, sensus erit: *Voluntatem actu consentire reddendo dif-*
sensum impossibilem consequenter, possibile est: ad cuius propositio-
nis verificationem sufficit status possibilis. Si vero illa parti-
 cula cum impossibilitate consequente dissentendi se teneat ex parte
 modi: sensus erit *voluntatem consentire ita est possibile, ut dissentire*
est impossibile consequenter. Ex his duabus propositionibus primas
 in qualib[et] casis impossibilitate consequente se tenet ex parte dicti, est
 vera in statu possibilis: et quia sufficit status possibilis, ut to-
 tum hoc subiectum reali unitarem consentire reddendo diffensum impos-
 sibilem consequenter posse esse sit. At vero in secundo tenet talia est:
 quia non sufficit status possibilis ad actu consentire reddendo
 diffensum impossibilem consequenter: ad hoc enim ultra statum
 possibilis requiritur, et ipsa actualitas consentiendi, vel sal-
 tem aliquid de facto conuenienter cum actualitate consentiendi ut
 actu aliquido exercita. Ex his presuppositis, quae a nullo medio
 critere in dialectica instructo negari possunt, detecta manent hu-
 ius Recentiotes & quicunque.

55. Igitur ad probationem sue sententiae: concedo quod si
 cum actu voluntas consentit, dentur illa tria signa: nempe: signum
 voluntatis secundum testimonia voluntatis ut auxiliata: & signum
 actualis determinationis ad consensem cum impossibilitate con-
 sequente dissentendi. Quam obrem vera est doctrina, quae contine-
 netur in primo, & secundo praesupposito.

56. Quoad tertium praesuppositum distinguo, iuxta doctrinam
 datam, illam maiorem propositionem; quae continet potissimum
 fundamentum huius singularis sententiae. Omne quod existit earatio-
 ne, quae existit, datur in statu possibilis: si possibilis, seu statutus
 possibilis te habeat ut prædicatum quod affirmatur, & existere
 rem ea ratione, quae existit sit subiectum de quo possibilis, seu esse
 possibile affirmetur: concedo: si statutus possibilis affirmetur ve-
 ratio sufficiens ad hoc, quod est existere re ea ratione quae existit:
 siue ad hoc, ut res existat, qua ratione existit: nego. Nam ex hoc fie-
 ret quod ut Petri defacto curreret, sufficeret quod posset currere.

57. Ex quo deduces recte posse in statu possibilis distin-
 gui illa tria signa, quae hic author distinguit; non tan-
 tamen ea acci-
 piendo modo, quo ab hoc Authore accipiuntur. Etenim si possi-
 bilitas sit intrinseca rebus, consistens in habitudine prædicatorum:
 optime possum in statu possibilis distinguere tria signa. Primum
 consistens in habitudine prædictorum voluntatis. Secundum, aliquo
 modo

modo posterius nostro concipiendi modo ad primū, consistens in habitudine prædicatorum, sive in intrinsecis prædicatis voluntatis ut auxiliari, sive libertatis proxima ad consensum, & dissensum. Tertiū denique constitens in prædicatis intrinsecis contentiendi. Hoc tertū signum non est possibilitas consequens consensus, & impossibilitas consequens dissensus; sed possibilitas intrinseca antecedens possibilitatis consequentis consensus, & impossibilitatis consequentis dissensus.

58 Nec obiude confundimus secundū signū cum tertio signo. Nā secūdū signū est signum potestatis, sive possibilitatis extrinseca cōsensus, & dissensus; nō autē signum possabilitatis intrinseca: libertas enim, sive cōsideretur ut possibilis, sive cōsideretur ut existens, nō intrinseca; sed extrinseca dūtaxat possibilitas est ex tremorum, respectu quorum libertas est, & indifferens potestas.

59 Hinc iā facile respondetur ad argumentū contentū n. 192. & 20. quo hic author suā nititur suadere sententiā. Concedo igitur maiorem, & nego minorem, videlicet sufficere statū possibilitatis ad veritatem determinacē futuritionis cōditionatā cōsensus sub auxilio A. Ad huius minoris probationem, qua cōtinetur totū num. 20. nego quod pro tertio signo status possibilitatis, ultra possibilitatem antecedentē impossibilitatis consequentis dissensus, detur etiā ipsa impossibilitas consequens dissensus, excludens possibilitatē consequentē ipsius dissensus: quia pro tertio illo signo solum verificatur quod hoc, quod est: *conventire reddendo impossibile consequenter dissensum*, est antecedenter possibile possibilitate intrinseca: minime vero sufficit illud tertium signum, nec illud tertium signum est ratio, ut cōsensus sit consequenter possibilis, & dissensus sit impossibilis consequenter.

60 Ad probationē insinuatā: videlicet in secundo signo intellegi iam possibilitatē antecedentē cōsensus: consequenter que in tertio signo aliquid aliud intelligi debere ultra hāc possibilitatē antecedentem: quod nihil aliud potest esse, quam possibilitatē cō sequentē cōsensus, & impossibilitatē cōsequentē dissensus: ad hāc in quam probatione respondeo ex dictis: in secundo signo intelligi quidem possibilitatem antecedentē extrinsecam cōsensus, cōsistentem in prædicatis intrinsecis libertatis; nou autē intelligi in illo signo secundo possibilitatē intrinsecā, quæ cōsilit in habitudine intrinseca prædicatorum cōsensus: hæc enim habitudo soluta intelligitur in tertio signo. Quam obrem non opparet ad distinguendū tertium signum à secundo quod, dato tertio signo, iam dissensi-

disensus sit, absolute loquendo, impossibilis consequenter; sed quod, dato tertio signo, iam possiblitas consequens conuenit, & impossibilitas consequens disensus, sit antecedenter possibilis. Antrinsecus: hoc est: non solum possibilitate fundata in praedicationis intrinsecis, & essentia libetatis, siue voluntatis ut auxiliis; verum etiam possibilitate fundata in habitudine intrinseca predicatorum consensus.

61 Ex dictis infertur & quiuocationem, & deceptionem huius Authoris in eo consistere quod id, quod se tenere debet in propositionibus modalibus ex parte dicti, intelligat ex parte modi: cum autem hoc ipsum ex noua perfecta distinctione unius ab altera propositione proueniat: hinc sit ab una ad alteram propositionem longe diuersam, facilimè transitum facere, quo utriusque sensus confunditur, & in constanter in disputationibus procedatur. Fixum ergo sic omne quod est, siue absolute, siue conditionate: ita esse in statu possibilitatis, ut de eo ipso quod est, ea ratione qua est, sumpto ut subiecto, vere affirmetur status possibilitatis ut prædicatum: minime vero sufficere statum possibilitatis ut id, quod est, sit ea ratione qua est. Qua propter actu consentire cum impossibilitate consequente dissentendi est possibile antecedenter possibilitate extrinseca, & intrinseca: At vero nullus status necessarius possibilitatis, pro quo cumque signo possibilitatis necessaria consideretur, sufficiens est ut consensus sit absolute, siue conditionate & ut sit sub auxilio A. cum impossibilitate consequenti disensus. Quod quidem mihi adeo euidens est, ut opposita sententia, præscindendo ab authoritate huius docti, ingeniosi, & eruditissimi Magistri, parum, vel nihil probabilitatis mihi habere videatur.

QVÆST. XVI.

De objecto materiali Scientiae Mediae.

SVb nomine obiecti materialis Scientie Mediae intelligimus omnem etiam veritatem, quæ per Scientiam Medium affirmabilis est: & ideo idem est querere quod sit obiectum materiale Scientie Mediae. Ac inuestigare quænam veritatem per Scientiam Medium attingantur. Cum autem tria in Scientia conditionata reperiantur: videlicet hypothesis, conditionatum, & notitia: id circa tria examinabo in hac questione: nimirum

rum quid ex parte hypothesis, quid ex parte cōditionati, & quid ex parte hypothesis possit attingi? Vbi de conditionalibus dispatis sermo erit.

SECT. I.

Quid ex parte hypothesis possit attingi per Scientiam Medianam.

1. **D**E pluribus obiectis dubitatur an ex parte hypothesis Scientiæ Mediae possint attingi: videlicet de actibus Divinis, de obiectis necessarijs, & de impossibilibus. Rursus etiam dubitatur de modo, quo hæc obiecta ex parte hypothesis attingi valeat. De omnibus leonis breviter tamen agemus.

2. Primo dubitatur: an actus liber Diuinæ voluntatis ex parte hypothesis possit attingi? Hic non queritur in uniuersum an actus Diuini liberi attingantur per Scientiam Medium. Hoc enim dubium non solum complectitur actus Diuinorum prout se tenentes ex parte hypothesis, V.g. Si Deus decernat auxilium A. Petro, Petrus consentiet. Verum etiam, & magis principaliter, comprehendit actus Diuinæ voluntatis, prout se tenent ex parte conditionati. V.g. Si Petrus cōsentiat auxilio, Deus decernet illigatiam efficacem, qua bene decedat: nec non complectitur actus Diuinorum prout se tenentes tam ex parte conditionis, quam ex parte conditionati. V.g. Si Deus decernaret alterum mundum, decerneret Spiritus Sancti Incarnationem. Nunc augementum est de decreto Diuino tenente se ex parte hypothesis, ut patet in exemplo adducto: videlicet. Si Deus decernat auxilium A. Petro, Petrus consentiet.

3. Sit nostra conclusio. Ex parte hypothesis potest se tenere actus Diuinus liber. Probatur hæc conclusio eadē ratione, qua supra scientiam conditionatam in uniuersum probauimus. Posto decreto Diuino de auxilio A. consentendo Petro, Petrus vel consentiet, vel dissentiet: quia sub qualibet conditione quodlibet est, vel non est. Ergo vel est determinatè verum quod Petrus, posito decreto auxilij A. consentiet, vel est determinatè verum quod, posito decreto auxilij A. non consentiet. Ergo Deus tenetur necessario cognoscere aliquod ex his determinatè. Ergo Deus habet Scientiam Medium, culus hypothesis est aliquod deeratum Diuinius.

4 Confirmatur. Deus cognoscit per Scientiam Medium quid Petrus operabitur, si constituantur liber. Sed unum ex constitutis libertatibus est voluntas Divina indifferenter applicans omnipotentiam. Ergo Deus habet Scientiam Medium, in cuius hypothesi continetur aliqua libera voluntas Divina.

5 Ob. Si Deus haberet predictam Scientiam Medium, illud decretum auxiliij A. esset intrinsece convexum cum consensu Petri. Eo ipso nequit se tenere ex parte hypothesis Scientie Mediae de consensu; liquidem hypothesis Scientie Mediae debet esse indifferens ad conditionatum, & eius carentiam. Ergo huiusmodi Scientia Media implicat. Major probatur. Illud decretum necessario connectetur cum Scientia Media enuntiante eventum, qui erit, si existat illud decretum. Sed decretum convexum cum Scientia Media de eventu sub conditione ipsius decreti, connectitur cum eventu absoluto. Ergo illud decretum necessario connectetur cum eventu factu sub conditione eius decreti. Cum agitur eventus futurus sit Petri consensus, necessario connectetur cum consensu Petri. Consequentia est bona, & minor certa quia decretum in primis conectetur secum ipso. Deinde connectitur cum Scientia Media de eventu futuro sub conditione decreti. Ergo si cum veritate conditionata affirmatur per talen Scientiam. Ergo & connectitur cum veritate conditionata de existentia consequentiis sub conditione decreti, & cum purificatione hypothesis, qua est ipsius decretura. Sed quod connectitur cum veritate conditionata, & cum purificatione hypothesis, connectitur cum veritate absoluta. Ergo predictum decretum si cum Scientia Media connectatur, perinde connectetur cum consensu absoluto.

6 Nam vero quod illud decretum connectatur cum Scientia Media de consensu sub conditione decreti, qua erat maior probanda ostenditur. Illa Scientia Media, si datur, necessaria debet esse in signo libertatis Divinae ad concipiendum illud decretum. Sed decretum Divinum connectitur essentialiter cum libertate, a qua procedit, & praesertim cum Scientia illud regulante. Ergo illud decretum Divinum necessario connectitur cum illa Scientia Media. Consequentia est bona. Major communiter traditur a non satis Doctoribus. Minor vero communis est ab aliis plures Authors, iuxta quos aetas sunt intrinsecce libertate, quam defacto habent; vel, si id non universaliter admittant, attamen certe decretum Divinum intrinsecce respicere scientiam a qua regulantur.

7. Hoc argumentum non probat determinate actum Diuinum liberum non posse se tenere ex parte hypothesis; sed probat vagè vnum è duobus: videlicet: vel quod actus Diuinus non cognoscitur ex parte hypothesis, vel quod, si cognoscatur, non possit Scientia Media de eventu futuro sub conditione talis decreti diligere Deum ad concipendum absolute decretum.

8. Qui negant actus Diuinos esse intrinsecè liberos ea libertate, quam deficit habent: & in super negant decretum Diuinum respicere intrinsecè Scientiam, à qua regulatur, minime hoc præmuntur argumento. nec item qui negant Scientiam Medium necessario existere in signo indifferentiæ ad decernendum. Alij vero qui verumque affirmant, aliter respondere tenentur. Dico ergo (admisso actus Diuinos esse essentialiter liberos ea libertate, quæ defacto habent) illud principiū de intrinsecā libertate actuum Diuinorum intelligendū esse de actibus immediate liberis; secus de actibus liberis mediatis. Actus ergo Diuinus, qui est immediate liber, intrinsecè connectitur cum tota libertate, à qua procedit; secus autem actus mediatis duntaxat liber. Hoc igitur decretū ut capax sit constituendi obiectum hypothesis Scientia Media, debet esse mediatis duntaxat liberum, quatenus ab alio actu Diuino imperetur: quod imperium sit immediate liberum, intrinseci que connexum cum libertate, à qua procedit, constituta nimis per Scientiam Medium de operatione libera Petri sub conditione decreti de auxilio ex se indifferenti ad hanc, & aliam Scientiam Medium oppositam, quia potuit ab alio decreto imperari, cuius imperij immediatam libertatem non hæc scientia; sed alia opposita constituueret.

9. Itaque Deus prius habet Scientiam Medium de eo quod si concipiatur decretam de confessando auxilio A. Petro (quod decretum essentialiter postulat hoc, vel illud imperium vague) Petrus consentiet. Deinde Deus haec Scientia Media instrans constituit immediatè liber ad imperandum hoc decretum, vel aliud Postea Deus concipit imperium huius decreti intrinsecè connexum cum hac Scientia Media. Petrus vero habens auxiliu decretatum per hoc decretum, constituit liber ad consentiendum, & dissentendum, simulque potens per dissensum impeditre Scientiam Medium, & consequenter imperium ab ea dependens. Quo decreto impedito, vel decretum auxilio A. existet ex vi alterius imperij, vel auxilium existet per aliud decretum. Restabit modo examinare, quæ habet pro hypothesis aliquod decretum Diu-

nata, existat propriiori libertatis Dei ad tale decretum? Verū de hac difficultate commodius iusta agemus, dum erit ex animis directionem scientia conditionat e attingentis etiam ex parte conditionati aliquod Divinum decretum.

10. Dubitatur. 2. An hypothesis ad quadrata Scientie Media possit esse aliquid necessarium omnino? V. g. An possit Deus cōcipere hunc actum. *Si ergo sim omnipotens, creabo mundum.* Respondeo. Deū cognoscere te defacto est omniotentem, defactaque creare mundum; non autem habere modum conditionatum tendendi; sed absolutum. Ratio est: quia dedecet Deum cognoscere praescindendo ex parte modi tendendi ab existentia obiecti, de cuius essentia, & quidditatio conceptu est existere defacto. Cum igitur de conceptu cuiuslibet praedicari Divini necessarij sit absolute existere nequit Deus cognoscere praedicatum Divinum praescindendo ex parte modi ab eius existentia. Deinde Scientia Media est, que cognoscit obiectum praescindendo ab eo, quod existat conditionatum: qui autem affirmat quod, si Deus sit omnipotens, creabit mundum, a qualiter taliter affimat existere absolute mundi creationē, cū affirmet eam sub conditione necessaria existente, & indifferenti. Quā obiectū talis scientia quoad apparētiā erit conditionata, & Media, re tamen vera absolute, & visionis.

11. Dubitatur. 3. An possit esse hypothesis aliqua chimera? Affirmando nimisrum quod, si talis chimera daretur, daretur similiter aliud, nō necessario, aut impossibiliter, sed contingenter, semel supposita existentia chimera sine repugnātia. V. g. an Deus habeat hunc actum scientię. *Si lapis esset homo, amaret liberè Deum;* vel oppositum. *Si lapis esset homo, non amaret liberè Deum?*

12. P. Theophylas Rainaudus in libro, cui titulus est *Naturalibertatis Bibieuseiane explicatio* parte. 2. cap. 4. num. 35. non solum ad nisi scientiam conditionatam de hypothesi chimera, verum etiam videtur a se Deum necessario dirigere ilia, ut prouidentes auxilia largiatur; asserit enim predicto loco Deum ad præstandum suum indifferentem concursum, ad constitutendum que hominem liberum, prius explorare quid homo operaretur, si ibi ipsi soli sine concursu aliquo Dei (que suppositio chimera est) relinqueretur. *Operatio creature (inquit eruditissimus hic author) non antecedit actu, & reipso concursum Divinum, sed tantum conditionatē, quatenus ante se concursum actu exhibitum obiectur.* Divino intellectui operatis voluntatis creatae, tanquam exortatura ab ea si ipsa voluntas se sola posset agere.

13 Hec sunt Theophilii verba, in quem acriter inuehuntur
 Vincentius Baronius lib. de libertate humana, & gratia. Dii. i. a.
 pag. 122. & 188. & Gonetus disp. 4. de scientia art. 3. §. 7. refutatur
 Baronij verba, quibus Theophilum direc[t]e insectatur; ut telis alieni,
 & propria inuidia Rainaudum configat. Verum poterant Ba-
 ronius, & Gonetus legere ipsum Rainaudum ipso capite num. 27.
 & 28. ubi afferit Theophylus Deum per Scientiam Medium ex-
 plorare quid voluntas operatura sit, si per Deum non siet: hoc est:
 quid voluntas operabitur, dum Deus habeat præparatum suum
 concursum indifferentem: in quo nulla involuitur chimærica sup-
 positio. Cum autem tota ratio, cur voluntas, ut sit operatura, de-
 poscat Diuinam assistentiam; sic impotentia ne sola operetur: hinc
 infertur (iuxta hunc authorem) ex eo, quod voluntas operatura sit
 assistente Deo: quod, si sola operari posset, etiam defacto opera-
 retur. Nam, si se sola posset operari, habet et se sola eandem omnia
 non poterat, quammodo nabet ad operandum. Ex eo autem quod
 modo operetur cum hac potentia, non male arguitur operaturam
 non assistente Deo, dum modo, non assistente Deo, est et eadem po-
 tentia: modo quo recte inferremus Petrus modo amat libere Deum.
 Ergo, si lapis est modo Petrus, modo lapis amet Deum: etenim,
 si lapis est Petrus, ageret quod agit Petrus: cumque Pe-
 trus amet Deum: si lapis est Petrus, etiam amat Deum: quia
 ageret quod agit modo Petrus.

14 Hanc esse mentem Theophilii constat ex eius verbis: ait
 enim num. 27. Quod enim Deus dicatur ad concursus sui exhibito-
 nem spectare quid voluntas creati faceret si se sola, & absque Deo id
 cursu agere posset, & quod dicatur expectare actionem, quam con-
 ditionaliter praesit exorituram à voluntate, si per ipsum non siet.
 Hec, inquam, duo in idem recidunt. Nam, si verum est voluntatem
 creatam, si non siet per Deum, sine quo non potest agere, acturam
 hoc, aut illud. Ergo verum est eandem si absque Deo posset age-
 re id ipsum præstituram in eo euentu quia tota ratio, cur voluntas
 in eo euentu depescat Diuinam assistentiam, est impotentia, que præ-
 peditur ne sola operetur. Si igitur impotentia agendi absque Deo
 excluderetur, non est dubium quia voluntas est tunc operatura. Id
 que tametsi defacto, & absolute est impossibile, tamen sub ea hypo-
 thesi est plane verum.

15 Dum ergo Baronius in Theophilum quasi chimærica
 nouitatis regni exagitatur, vele o est, quia admittit in Deo scientiam
 de hypothesi chimærica: vel, quia ex una propositione vera de-

subiecto, & predicato reali insert, aliam sub hypothesi chimericas vel denique quia Deum ad conferenda auxilia, & preparanda auxilia, cogit explorare euentus sub conditione chimetrica: nulla alia relictam via ad prouidam mediorum dispositionem. Si primus aut secundus; equo iure posset accusare omnes Theologos assertentes quod, si Spiritus Sanctus non procederet a Filio; non distinguatur ab illo: similiterque assertentes hanc propositionem inferri ex alia in sensu omnino reali: nimurum: *in diuinis non est distinctionis nisi ubi intercedit relationis oppositio.*

16. Si denique tertium opponat Baronius Rainaudo, a parte fallitur: nam Theophilus, ut ex ipso constat, non concedit eam scientiam de hypothesi chimetrica in Deo, quatenus negat aliam scientiam conditionatam de hypothesi reali sufficientem ad dirigidum Deum; sed quatenus iudicat scientiam de hypothesi reali eandem esse cum hac, vel saltem cum hac connexionem habere. Quamobrem, licet affirmet hanc scientiam. *Si homo se solo posset agere, eliceret consensum, dirigere Deum ad preparandum concussum: non ex eo est, quia consensus non aliter dirigi Deum; sed quia iudicat, et Deum habere hanc scientiam, & ex ipso quod eam habeat, etiam habere scientiam de eo quod homo consenties, si non desit preparatio concursus Diuini. Et etiam vice versa: si habeat hanc scientiam conditionatam de hypothesi reali, debere etiam habere scientiam de hypothesi chimetrica.* Numquam tamen assertuit Rainaudus Deum non aliter dirigi ad preparandum concussum, quam per scientiam de hypothesi chimetrica.

17. Sed vidamus modo breuiter argumenta, que contra hanc directionem per scientiam conditionatam de hypothesi chimetrica opponant Baronius & Gonctus.

Primo Baronius querit quid disturus esset si adhuc visueret ad argumentam de operationibus supernaturibus? Respondebat, ne eas cognosci certo futuras, etiamsi singamus nullum Dei adiutorio egere, quasi se sola, & vi naturae possit voluntas prorrumperet in operationes, cuiuscumque sint generis, etiam supernaturalis?

18. Eorsam si Theophilus adhuc viveret, non audiret Baronius tanta verborum animositate eum interrogare: nec dubito quin, si ausus fuisset, respondet ferret, quo illi in posterorum silentium imponeret: sed mortuo Leoni leporis insistant. Dico ergo facilissime posse Theophilum respondere, quod nemo erit

erit qui non respondeat sue interrogacioni : nimisrum operationes supernaturales cognosci certo futuras ex hypothetichimærica , quod homo sine Dei adiutorio posset operationes supernaturales elicere. Si enim modo verum est quod , si detur principium coalescens ex homine , & adiutorio supernaturali , hoc principium elicit consensum supernaturalem , verum similiter erit quod , si homo se se solo esset tale principium , easdem elicaret operationes. Hæc enim solutio est ipsa sententia explicatio.

19 Secundo obijcit Gonetus vbi supra numero 76. voluntas creata , iuxta nos , ut habet adiunctum concursus simulacrum , & , ut subest motioni , & gratia solum moraliter excitanti , non potest esse medium , in quo Deus certo , & infallibiliter cognoscatur eius actus liberos futuros , à fortiori eadem voluntas nudè , & solitariè sumpta , & sine Diuino concurso considerata , nō poterit habere rationem medijs ducentis incertam , & infallibilem suorum actuum futurorum notitiam.

20 Respondeo hanc obiectionem non aliud , quam puram ignorantiam continuere. Non assertit Theophilus voluntatem creatam , adhuc in hypothesi quod se sola posset elicere consensum , esse se sola medium ducens in cognitionem certam consensus futuri : sed assertit Deum cognoscere quod , si se sola posset operari , defacto operarietur : hoc tamen non cognoscere in ipsa sola , sed in operatione ipsa , quæ foret in illo casu : quemadmodum cognoscit quod , si voluntas sit indifferens per concursum in actu primo , & auxilia , operabitur , quin hoc cognoscat in indifferentia ; sed in ipsa operatione , ut orta ab ea indifferenteria.

21 Tertio obijcit idem Gonetus absurdissimum esse fingere Deum huiusmodi hypothesis impossibilis facere ad dirigenda sua decreta. Potius nos eas facimus ad inferendum vanum absurdum : ex alio nobis notiori Deo autem omnia æquæ nota sunt , inquit inque unum ex alio inferit , aut possibilitatem unius ex alterius impossibilitate deducit.

22 Respondeo Deum non cognoscere quid foret sub hypothesi chimærica , quia ea cognitione omnino indigeat , ut dirigitur. Sed quia talis propositio de hypothesi chimærica habet veritatem determinatam , & Deus non potest non cognoscere omne , quod verum est ea ratione , qua verum est . Deinde

nec Deus prius cognoscit quid operaretur creatura sub hypothesi chimærica, ut inde inferat quid operabitur sub statu proxime realis indifferentiæ: sed simul cognoscit quid operaretur creatura sub reali indifferentiæ, & quidem operaretur casu, quo se sola esset prædicto modo indifferens: quibus cognitionibus sufficienter dirigitur ad constituendam voluntatem indifferentem.

23. Quarto obijcit idem Goretus. Implicat Deum concipere aliquid possibile independenter ab omnipotentia sua. Ergo cum futura sub conditione æquæ, immo magis, à Deo dependant, quam mere possibilia, implicabit Deum concipere actum voluntatis creatæ, ut conditionata futurum independenter à suo concurso. Distinguo antecedens: implicat Deum concipere aliquid possibile absolute, independenter ab omnipotentia sua: concedo: sub hypothesi aliqua chimærica: nego antecedens. Et distinguo eodem modo consequens. Ergo implicat Deum concipere actum voluntatis creatæ, ut futurum conditionatè: sub conditione vera, & reali, independenter à suo concurso: concedo: sub conditione chimærica: nego consequentiam. Vbi obiter aduerto antecedens iuxta sententiam Durardi non ab Ecclesiâ damuatam, distinguo aliter posse: nihil est possibile independenter ab omnipotentia: ut concurrente proximè: nego: ut concurrente remotè: concedo: iuxta quam sententiam non indiget creatura concursu simultaneo ad operandum.

24. Tandem obijcit non posse Deum præuldere voluntatem se sola potenter operari, elicitoram eisdem actus, quos modo elicit: quia actus, quos tunc eliceret, dependent ex se à voluntate impeccabili, & infinita: que voluntas esset Deus: ac proinde essent actus essentialiter Divini. Præter quam quod ridiculum est inquirere quid homo faceret si esset Deus, præterim in ordine ad prouidendum homini, qui non Deus, sed homo duntaxat est.

25. Respondeo casu impossibili, quo homo operaretur independenter à Deo, futurum fore hominem, & Deum: sicuti casu, quo equus esset homo, esset equus, & esset homo: esset rationalis, & esset hinnibilis: quia in casu, in quo duo extrema identificantur inter se, unum quodque, ut potè identificatum cum altero, alterum est, & vice versa. Hoc autem non tollit quod Deus præuideat quid faceret homo, si operaretur independenter à Deo, nec tollit similiter Deum dirigi ex hac præuisione ad hominem gubernandum, exhibendo illi suum concursum indifferentem.

Nam.

Nam operationes, quas præuidet Deus tunc hominem eliceturū, essent simul humanæ, & Diuinæ: & ad præstandum homini cōcursum, sufficit præuidere quod, si se solo operari posset, operaretur actiones humanas; licet etiam eas præuideat ut Diuinæ: quia in hoc involuitur quod, si nō deficiat ex parte Dei, operabitur actiones pure humanas: quo etiam sit ridiculum non esse id Deū scire; quia ridiculum non est, sed grauissimum Deum scire omne verum, siue omne, quod per veram propositionem affirmabile est.

26 Hæc dixerim: non quia absolute defendam Deum, men-taliter facere suppositiones chimæricas: pendet enim hoc ex alia questione purè philosophica: nimirum: an possit intellectus cognoscere ex parte obiecti aliquid distinctum ab omni possibili: vel an saltem possit extrema idētificata, hypotheticē distinguere, vel distincta realiter, hypotheticē Identificare. Sed ideo hæc scripsi, ut appareat, tum quam abste Theophilus Rainaudus quasi paradoxæ nouitatis in simuletur: tum etiam ut constet quā imbecillia sint tela, quæ Baronius, & Gonetus in Rainaudum insultantes cō-torquent.

27 Dico ergo quod, si semel assératur Deum posse chimæras attingere, vel identificare hypotheticē prædicata realiter in identificabilia, vel identificata distinguishingere, tenendum est. Deū debere affirmare quod euenit et existence chimæra: siue eueniret necessario, siue contingenter: semel cum supposito posse hypotheticē attinigi identitatem chimæricam inter lapidem, & hominem v.g. poterit consequenter enuntiari quid est data tali hypothesi: quia Deus debet scire quid est sub qualibet conditione ab eo cognoscibili: cum sub qualibet conditione cognoscibili res erit, vel non erit.

28 Ceterum an dicendum sit: sub conditione chimærica aliquid futurum esse vel necessario, vel repugnanter, vel contingenter: non est huius loci: pertinet enim ad conceptum entis chimærici. Vnde iuxta sententiam admittentem hypotheses chimæricas Deus habebit scientiam infinitorum infinities euentuum repugnantium: quando quidem Deus omnes chimæricas suppositiones immensa mentis sue capacitate amplectetur: quidq; foret sub qualibet suppositione euenturum certo, & infallibiliter enuntiabit.

29 Dubitatur 4. An ex parte hypothesis scientia cōditio natæ non solum se teneat id, quod secundum se exprimitur; vel um etiam debeant se tenere causæ, à quibus de facto procedit, vel fal-

tem ea, quæ nesciatio prærequiruntur ad hypothesim expressam
ut coniungendum cum eventu conditionato: vel, si non omnia; et
saltem, quæ requiruntur ad ipsam expressam hypothesisim. V. g. in
hac propositione conditionali. Si existat auxilium A. existet con-
sensus: an solum sit hypothesis ipsum auxilium secundum eum, ut di-
stinctum à quolibet alio: vel ultra auxilium ingrediantur hypothe-
sim omnes sua cause de facto illud causantes, vel saltem aliquæ, &
quæ sint?

30 Respondeo ex parte hypothesis nihil debere se tenere,
nisi id, quod exprimitur. Probatur. Id constituit hypothesis, cum
affirmo, si existet, conditionatum fore coniungendum. Sed per
hanc propositionem Si existat auxilium, existet consensus solum
affirmo consensum coniungendum fore cum auxilio, si auxilium
existat, quia affirmè quidpiam aliud. Ergo solum auxilium, & ni-
hil aliud se tenet ex parte hypothesis. Consequentia est bona, &
maior ex terminis nota. Minor probatur. Quamvis consensus qua-
ndo existat coniungendus sit, non solum cum auxilio; verum etiam
cum causa de facto ponentibus auxilium; per affirmationem tamē
possunt hec coniunctiones separari: possum enim affirmare unam
præscindendo ab altera. Ergo quando affirmo coniunctionem fu-
turam consensus cum auxilio sub conditione auxiliij, non teneor
ponere sub hypothesis omne id, cum quo coniungeretur consensus;
sed solum aliquid, cum quo verè coniungeretur. Id ergo solum po-
nitur, quod per actum affirmantem exprimitur ex parte hypothe-
sis.

31 Ratio à priori huius est: quia de omniero, quod in sta-
tu absoluto coniungitur cum aliquo extremo, verificatur in statu
conditionato fore coniungendum. Cum ergo in statu absoluto
non solum coniungatur consensus absolutus cum coniuncto om-
niū requisitorum ad consensus; sed etiam coniungatur cum quo-
libet ex illis, ita ut non solum verum sit Consensus coniungitur cum
omnibus requisitis; sed etiam sit verum loquendo de quolibet re-
quisito in particuliari coniungi consensus cum eo. Ideq; in statu
conditionato non solum verum est quod, si existat illud coniunctū,
consensus coniungeretur cum eo; verum etiam de quolibet requisi-
to in singulari verificatur quod, si existat, coniungeretur cum con-
sensu.

32 Hinc inferitur necessarium non esse ponere ex parte hy-
pothesis conditionem, ut positivè habentem omnia requisita ut
coniungatur cum consensu. Ratio consistat ex dictis: siquidem non
solum

Solum est verum in statu absolute coniungi consensum cum conditione, ut habente positivè omnia requisita ad coniunctionem. Sed etiam verum est coniungi cum conditione, præscindendo per affirmationem absolutam à quolibet alio, quia una coniunctio distinguunt realiter inadquate ab alia. Ergo etiam in statu conditionato verum est non solum coniungendum fore consensum cum conditione, prout includente omnia requisita, ut coniungatur cù consensu; verum etiam conditione, prout distincta à reliquis, præscindendo ab alijs in affirmatione.

33 Sed dices, In hypothesi debet ponī conditio, ut verè, & modo possibili existens, ut sit apta hypothesis ad illud cōditionatum. Sed in hoc conceptu: conditio verè, & possibili modo existens ut sit apta hypothesis ad consensum conditionatum involuitur aggregatum omnium necessario requisitorum, tum ut existat conditionis, (hoc enim dicit conditionis ut existens modo possibili) tum ut coniungatur cù consensu conditionato: nam hoc involuitur in illo conceptu: modo possibili ut coniungatur cù consensu conditionato. Ergo in hypothesi debet ponī conditio secundum totum illud aggregatum.

34 Respondeo in hypothesi debere ponēre conditionatum ut verè, & modo possibili existens, ut sit apta hypothesis ad conditionatum: hoc tamen debere intelligi secundum possibilitatem, aptitudinem intrinsecam; non secundum extrinsecam. Cum igitur auxilium v.g. secundum se, & ut distinctum à quolibet alio, habeat possibilitatem existendi, & etiam existat modo possibili intrinsecō ipso auxilio: neconon auxilium secundum se habeat intrinsecam aptitudinem ut coniungatur cù conditionato, videlicet cù consensu: nō deducitur auxilium secundum se, & ut distinctum à quolibet alio, esse sub conditione vero, & possibili modo, ut sit apta hypothesis ad consensum.

35 Ex quo etiam inferatur ex parte hypothesis nō opus esse intelligi auxilium ut prouidē formaliter collatum: quia, ut prouidē formaliter collatum, involuit scientiam dirigentem, qua non necessario intelligitur in hypothesi auxilij, nisi ad summum per suppositionem confusam de quo sequente dubio; sed solum intelligi ut radicaliter, & illatiū prouidē collatum: hoc est auxilium connexum essentialiter cum eo, quod prouidē conferatur, inferenque prouidam, collationem. Quia propter in hypothesi solum intelligitur necessario auxilium exigens, agè hanc, vel illam Scientiam Medium, qua prouide conferatur. Cæterum

licet totum hoc verum sit, nullum inconueniens est quod Deus ex parte hypothefis cognoscat auxilium ut dependens formaliter à causis, à quibus essentialiter omnino determinate dependet. Deinde in scientia conditionata non disparata; sed stricte conditionata: nempe de hypothefi de facto influenti contingenter in conditionatum, debere se tenere ex parte hypothefis carentiam impossibilitatis antecedentis influendi in conditionatum, infra dictemus, dum scientiam conditionalem disparatam examinemus.

36. Dubitatur igitur s. an possit hypothefis constare pluribus extremis vagè, & confusè sumptis? V.g. an Deus habeat scientiam Medium respondentem his terminis. Si existat aliquod auxilium, existet auxilium A. Si Deus producat Petrum, producet illum per actionem A. In quarum prima. Ly aliquod auxilium supponit confusè; & in secunda ly producat etiam vagè, & confusè accipi debet, ut propositione veritatem habeat contingento. Nam in hac propositione, Si existat aliquod auxilium, existit auxilium A. Ly aliquod non potest accipi distributè, quasi sensus sit. Eo ipso quod existat aliquod auxilium quodcumque illud sit. existit auxilium A: nam hoc modo esset falsa propositione: siquidem si existet auxilium B, incoponibile cum A. non existet A. Deinde neque ly aliquod potest sumi determinatè: quasi sensus sit aliquod est auxilium, de quo verificatur quod si existat, existit auxilium A. nam in ratione propositione non contingenter; sed necessario erit veritas nam de auxilio A. necessarium est quod si existat, existat auxilium A. Ergo ut prædictæ propositiones sint contingentes veræ, hypothesis illarum debet accipi, non determinatè, aut distributivè; sed confusè.

37. Pro resolutione huius dubij aduentendum est primo de duplice hypothefi constante pluribus extremis confusè acceptis, posse esse questionem: vel de hypothefi, qua comparatur ad conditionatum inclusum in ipsa hypothefi; ut in hac. Si existat aliquod auxilium, existet auxilium A: vel de hypothefi ad quatenus distributa à conditionato: v. g. Si Petrus vocetur aliquo auxilio, consentiet.

38. Aduentendum est secundo duplitem posse hic esse questionem. Prima: an detur aliqua veritas conditionata contingens de hypothefi vagè accepta, distincta omnino à veritatibus absolutis (intelligè verificatiōe) & veritatibus conditionatis de hypothefi determinata? Secunda est: an id ipsum, quod significamus per propositionem absolutam, vel per propositionem conditionatā

de hypothesi determinata: vel per unam, & alteram simul, significare possimus per aliquam propositionem conditionatam, in eius hypothesi terminus aliquis communis confuse accipiatur; non autem, aut determinate, aut distributive?

39 Sit r. nostra conclusio. Nulla est veritas affirmabilis per propositionem conditionatam de hypothesi accepta vase, & confuse, quæ significari non potest per aliquam, vel per alias propositiones, quæ non sunt conditionatae de hypothesi confuse accepta. Explicatur, & probatur haec propositione. Duplex est propositio, de qua, ut supra dixi, dubitari potest: alia, in qua conditionatum includitur in hypothesi, alia, in qua conditionatum non includitur in hypothesi. Le qual bet ex his probatur conclusio: & primo de propositione, in cuius hypothesi conditionatum includitur. Haec propositione, si existat aliquod auxilium, existet auxilium ab auxilio A. idem significat, ac haec. Non existet auxilium affirmatur ab auxilio A. qui quidem propositione ei. abilitata. Ergo per illam propositionem modo conditionato acceptam nihil aliud, quam veritatem absolutam negatiuam affirmsit intellectus. Hoc explicatur in proposito conditionato: quo quis proponit eundem, hanc quam religionem ingrediatur, ingreditur Societatem, v. g. per quod propositionis nihil aliud significatur, quam non in rebus religionem distinctam à Societate: Id ergo, quod per propositionem negatiuam de non ingrediendo religionem à Societate dicitur, explicatur, significatur per propositionem conditionalem de ingrediendo Societatem, si ingrediendum sit aliquam religionem. Vbi aduertendum est quod quando excluduntur aliqua extrema non propter aliquem affectum circa extrellum non existit, sed propter specialem auersiōnēm circa extrema ex causa: tunc solet explicari modo negativo. V. g. auerteritur quis specialiter à dignitate habente animam eternam: tunc prædicta auersio solet per negationem explicari. V. g. Si eligerem aliquam dignitatem non eligere Pontificatum aut Episcopatum. Per quod verba non solum excluduntur Episcopatus, & Pontificatus, verum etiam indicatur specialis auersio ab his dignitatibus. Quando autem specialiter quis afficit erga aliquod extrellum. V. g. erga Cardinaliam dignitatem, tunc per affirmationem solet explicari prædictus effectus. Nempe: Si eligerem aliquam dignitatem, eligere Cardinalatum. Hoc igitur, & nihil aliud significatur per illum tendendū modum conditionatum.

40 Ceterum hoc non tollit quod prædictæ propositiones aliquan-

aliquando omnino vere conditionata sunt; distincta que ab absolu-
tatis: quando nimirum, licet non expressè, implicitè tamen poni-
tur aliqua conditio, v.g. enuntiat quis, vel decernit hoc modo. Si
ingresurus sim religionem, ingrediar Societatem. In hoc casu pro
hypothesi forsitan ponitur consilium ingrediendi religionem om-
nino præscindens à religionibus in singulari: hoc est Si statuam
ingredi religionem, & seculo renuntiare, ingrediar Societatem.
Quæ propositione vere est conditionata distincta ab omni absolu-
ta; & habet hypothesis determinatam: siquidem est hypothesis
propositum ingrediendi aliquam religionem distinctum ab ipso
ingressu.

41 Pariter in alia propositione. Si eligerem aliquam digni-
tatem, Cardinalatum eligerem, potest concineri, & aliquando cō-
ginetur hic sensus si nibi optio inter dignitates daretur, eligere Car-
dinalatum: in qua propositione optionis cōcessio se tenet ex par-
te hypothesis; electio vero ex parte conditionati.

42 Deinde si loqua nra de propositione de hypothesis va-
ga, in qua conditionatum non includitur in hypothesis; etiam di-
cendum est prædicam veritatem non esse distinctam ab alijs veri-
tatis, quæ non sunt de hypothesis vaga. V.g. verū est: quod Deus
non vocabit Petrum auxilio distincto ab auxilio A. Deinde etiā
est verum quod, si vocetur auxilio A, consentiet. In hoc casu verū
erit quod, si Petrus vocetur aliquo auxilio (ly aliquo vagè accep-
to consentiet: non quia hæc veritas sit distincta ab illis duabus ve-
ritatibus; sed quia quod significatur illis duabus veritatibus, sig-
nificatur etiam modo illo conditionato. Ex quo patet nullam esse
veritatem de hypothesis vaga: quæ non continetur in aliqua, vel
in alijs propositionibus, quæ de hypothesis vaga non sunt.

43 Dico 2. Id, quod significatur per alias propositiones,
quæ non sunt de hypothesis vaga, sed per propositionem de hypo-
thesis vaga enuntiatur, iuxta data m explicationem. Hoc non aliā
probationem habet, quam significationem, & acceptiōnem ter-
minorum iuxta communem loquendim modum. Et in hoc sensu in-
telligo P. Ribadeneira de scientia disp. 23. cap. 3. num. 32.

44 Ex diligis inferes posse ex parte hypothesis auxiliij A:
v.g. intelligi Scientiam Medium vagè acceptari, ita ut hypoth-
esis sit auxilium prouide formaliter collatum: non prouidentia, vel
determinate, vel distributiuē accepta, sed confusè: quatenus ve-
rum est Deum non collaturum auxilium A. Sit e prouidentia con-
stituta per scientiam de eius efficacia, & hanc verum est quod au-
xilium

xilium A. sit efficax. Id enim ipsum, quod verificat illas duas propositiones, verificat hanc tertiam de hypothesi vaga: nim rur si existat auxilium A. prouidenter formaliter collatum, existet cū sensus.

SECT. II.

Vtrum ex parte hypothesis Scientiae Mediae alia Scientia Mediae tenere possit? Siue andari possit Scientia Media reflexa?

45 **P**rimo statuendū est Deum habere notitiam, qua præuideat quid operabitur data quacumque Scientia Media. Probatur ratione saepius incalcatā: Posita Scientia Media consensus sub auxilio A. Deus, vel confert auxilium, vel non confert auxilium A. quia quodlibet sub qualibet condicione, eleit, vel sub ea ipsa condicione nō est. Si confert, verū est quod si Deus præmit, confert. Si nō confert, verū erit oppositū. Ergo teneatur Deus cognoscere quid erit determinatē posita ea Scientia Media, ne aliquā ignoret veritatem. Præterea, licet daremus Deū non habere scientiam de conditionatibus disparatis, de quo infra: d non habet iocum in praesenti calu: quia Scientia Media de efficacia auxiliij constituit libertatem Divinam ad conferendum, vel negandum auxiliij: libertas vero respectu aliorum extremerū non impertinet, sed pertinentissime respectu eorum se debet habere. Ergo, licet Deus non habeat scientiam de conditionatibus disparatis, recte poterit habere scientiam de collatione auxilij sub conditione Scientiae Mediae de eius efficacia: quia hæc conditio non impertinet, ad pertinēter omnino se habet respectu collationis auxiliij.

46 Difficultas præcipua est in quo signo habeat Deus prædictam scientiam reflexam? Hæc comparatio, & potest fieri respectu Scientiae Mediae directæ, quæ se tenet ex parte hypothesis, & fieri potest respectu collationis auxiliij, ut absolute existentis: quæ auxiliij collatio est conditionatum, seu quasi conditionatum scientiæ reflexæ: vtrum videlicet priusquam Deus habeat Scientiam Medium directam de efficacia auxiliij A. v. g. cognoscet reflexè quid ipse sit operatus. si habeat prædictam Scientiam Medium. Nec non: an prædicta Scientia reflexa (quam vniuersaliter loquendo Medium non voco propter rationem infra subiectandam) sit in signo antecedenti ad

ad decretum absolutum de collatione auxiliij? Vel quis sit signorū ordo inter hanc scienciam reflexam, & decretum cogitū sub cōditione prædictæ scientiæ reflexæ?

47. In primis hæc scientia reflexa non est in signo antecedenti immediatè ad Scientiam Medium directam de consensu sub conditione auxiliij. Ratio est: quia quod nullo modo immediatè iuuat ad aliud, neque in illud aliquem exerceat, exercere, vel potest inflexum immediatum, nulla ratione præcedit ad illud immediatum. Sed hæc scientia reflexa nullo pacto conduceat, aut iuuat immediatè ad Scientiam Medium directam. Ergo neque ad illam præcedat immediatè. Minor probatur. Hæc scientia reflexa non dirigit ad Scientiam Medium directam, cum scientia directa non sit opus voluntatis indigens intellectus directione: præterim cu[m] Scientia Media directa de efficacia auxiliij à Deo minime determinetur. Præterea non est alius modus, quo scientia reflexa possit conducere immediatè, ad Scientiam Medium directam. Ergo nulla ratione iuuat immediatè ad scientiam directam. Vtrum vero scientia reflexa præcedat remotè in aliquo casu ad Scientiam Medium directam, quatenus v. s. licet scientia reflexa de collatione auxiliij sub conditione prævisionis efficacia auxiliij possit præcedere ad auxiliij collationem; collatio vero auxiliij ad cōsensum determinantem in casu sua existentia absolutæ Scientiam Medium de auxiliij efficacia: quo fiat scientiam reflexam præcedere remote ad scientiam directam, pendet ex discussione alterius dubij: vtrum scientia reflexa de collatione auxiliij v. g. sub conditione prævisionis de illius efficacia præcedat ad eiusmodi auxiliij collationem? Ex hoc infertur, existente Scientia Media directa alicuius obiecti v. g. de efficacia auxiliij A. Deum non habere scientiam reflexam conditionatam tendentem hoc modo. Si præuideam auxiliij A. esse efficax, conferam, vel nō conferam: quia hic modus tendendi supponit nondum esse Scientiam Medium efficaciam, sed expectari pro sequenti signo. Cum autem scientia directa non sit pro posteriori, nec sit ratio, quare Deus expectet posterius signum ad habendam eam prævisionem directam: ideo non enuntiabit Deus hac ratione: Si præuidebo efficaciam auxiliij dabo, vel non dabo. Sed hac Præudio, & conferam, vel nō conferam. Quam obrem in casu scientie directe non habet Deus Scientiam Medium reflexam; sed scientiam absolutam de sua determinatione sub Scientia Media directa.

48. Dico ergo, hauc scientiam reflexam de collatione auxiliij

xiliij sub conditione prævisionis efficacij auxiliij non præcedere auxiliij collationem, siue decretum de huiusmodi auxiliij collatione: consequenterque neque præcedere remotè ad Scientiam Mediām directam de eiusmodi auxiliij efficacia. Probatur. Vel præcederet immediatè, quatenus posita Scientia Media directa simul cum illa iuaret ad decretum. Et hac ratione certum debet esse præcedere non posse: quando quidem coniunctum ex scientia reflexa de collatione auxiliij sub conditione scientia directa eiuseficacia, & ex scientia directa de eius auxiliij efficacia connectetur cum eius auxiliij collatione: & id, quod connectitur cum uno extremo nequit constitutre potestatem immediatam illius absque libertatis iactura. Vel præcederet mediata, quatenus præcederet immediatè ad libertatem Diuinam constitutam per Scientiam Mediām directā: & hac ratione nequit iuuare, quia, ut iam diximus, scientia reflexa non potest dirigere immediatè ad Scientiam Mediām directam. Ergo neque mediata, neque immediatè iuuat ad decretum. Ergo nulla ratione præcedit ad illud.

49 Dicendum igitur est quod scientia reflexa, si existat scientia directa cognita per illam, existit in signo realiter, & formaliter consequente, vel decretum, quod concipit Deus ex directione scientia directa, vel exclusionem liberam talis decreti. Si vero non detur huiusmodi scientia directa, sed opposita, tunc existit scientia reflexa materialiter, & identice in signo consequenti, vel decretum, vel ius exclusionem formaliter vero, & ut praecisè scientia reflexa est, existit in signo disparato ad decretum. Declaratur hæc conclusio.

50 Habeat Deus hanc scientiam directam. Si Petrus vocatur auxilio A. consentiet: Deusque hac Scientia Media prælucente decernat Petro auxilium A. In hoc igitur casu duplicem scientiam reflexam habet Deus: & scientiam, qua cognoscit, quid defacto decernat sub conditione, vel in casu scientia efficacia: & scientiam, qua item præuldeat quid ipse foret decreturus, si auxilium A. inefficax præuidiceretur. Scientia igitur, qua Deus cognoscit quid decernat sub conditione prævisionis efficacia, est consequens decretum, quod defacto absolute existit in Deo: quia cum sit consequens decretum existens conditionate: & decretum existens conditionare, si accedat purificatio hypothesis, sit existens absolute: id est conlequitur decretum absolute existens.

51 Præterea cum hæc scientia, ut supra probauimus, non existat in signo aliquo indifferenti proxime, vel remotè respectu huius

Huius decreti: non est cur hoc decretum determinet scientiam prae-
dictam ex modo tendendi ab absoluta decreti existentia: quia
non est signum, pro quo talis scientia utilis sit. Quia propter in-
predicito casu per nullam aliam scientiam cognoscet Deus quid
decernet, si praeuidet auxilium efficacis, quam per scientiam vi-
sionis absolutam, qua cognoscit se defacto decernere auxilium A.
quod praeuidet efficacis. Ex quo sit in predicito casu Deum non ha-
bere scientiam reflexam de decreto sub conditione scientie direc-
te: quia scientia reflexa sit media, vel inter scientiam visionis, &
naturalem, vel inter liberam, & necessariam, sed quia sit scientia
libera, & visionis sui decreti ut absolute existentis sub libertate
constituta per Scientiam Mediæ efficacis auxilij per huiusmodi
decretum collati.

52 Ceterum quid Deus decerneret casu, quo auxilium in-
efficax praeuidetur, cognoscit Deus per scientiam conditiona-
tam: quia quatenus scientia talis obiecti disparate se habeat res-
pectu decreti de existentia auxilij praeuisi efficacis. Nam hæc sci-
entia non antecedit decretu de existentia auxilij. Deus enim ad
decernendum auxilium præuisum efficacis non dirigitur ex Scien-
tia de eo, quod siceret, si inefficax praeuidet: præsertim cum,
ut supra probavimus, hæc scientia reflexa non sit in signo indif-
ferentia Divinitus ad decernendum, vel non decernendum auxi-
lium. Neque hæc Scientia, ut præcisæ talis consequitur deces-
tum auxilij præuisi efficacis, quando efficacis praeuidetur: siqui-
dem, ut præcisæ talis scientia cognoscit quid Deus decerneret sub
hypothesi prævisionis inefficacia. Ergo hæc scientia ex se, & ut
præcisæ talis disparato modo se habet respectu illius deces-
ti.

53 Hoc tamen non tollit quod per eandem virtualiter
scientiam cognoscat Deus de facto, quid defacto decernat præ-
uidendo efficaciam auxilij, & quid decerneret, si inefficaciam
præuidet: quia ut per eandem scientiam hec duæ veritates at-
tingantur, sufficit quod una scientia non debeat necessario ha-
bere predicationem alteri scientie oppositam. Quem admodum
enim scientia unius veritatis conditionalis. V. g. Si Petrus
vocetur, consentiet non distinguetur virtualiter (ut infra di-
ctumus) i Scientia alterius veritatis conditionalis: disparato
modo se habentis respectu primi. V. g. Si Paulus vocetur dif-
fident: quanvis enim scientia ex conceptu talis tendentiae dis-
parato modo se habeat respectu alterius scientiarum, quia Dei sumi-

inā simplicitas exigit identitatem etiam virtualem; ubi non datur praedicatorum oppositio: ita similiter in nostro calu per eandem virtualiter scilicet am attinget Deus has duas veritates inter se disparatas: conseruo auxilium, quod praeuideo efficax, non conferrem, si praeuidarem inefficax; vel conferrem, si inefficax praeuidereim.

54 Dices 1. hanc scientiam conferrem auxilium si inefficax praeuidarem independentem esse ab eo, quod Deus cognoscat se conferre auxilium praeuisum efficax. Ergo non identificatur virtualiter cum illa scientia. Antecedens probatur. Una veritas est independentis ab altera. Ergo Deus unam veritatem cognoscit independenter ab altera. Ergo scientia unius veritatis ab alterius veritatis scientia independentis est.

55 Respondeo scientiam collationis auxiliij sub praevisione inefficacis non esse unicam dunt a xat scientiam, sed tripliems aliam, que est scientia visionis collationis auxiliij praeuisi inefficacis; & Scientia Media de eo, quod faceret Deus, si praeuidaret efficax aliam, que est simul scientia absoluta collationis auxiliij efficacis, & conditionata, siue Media collat omnis auxiliij, si inefficax praeuidaretur: & aliam etiam, que est Scientia absoluta non collationis auxiliij praeuisi efficacis, & simul scientia conditionata de eo, quod faceret Deus, si praeudaret inefficax. Iuxta hanc ergo doctrinam distinguo antecedens. Scientia haec conferrem auxiliium si praeuidarem inefficax est, dependens a Scientia collationis auxiliij: omnis Scientia tendens praedicto modo est independentis a Scientia collationis auxiliij, nego: aliqua determinata simpta: concedo antecedens. Et distinguo consequens. Ergo Scientia haec conferrem auxilium, si praeuidarem inefficax non identificatur cum Scientia visionis collationis auxiliij, aliqua Scientia tendens praedicto modo non identificatur, concedo: nulla identificatur: nego consequentiam.

56 Dices 2. Deus non ponendo auxilium praeuisum efficacis impedit Scientiam visionis de decreto auxiliij efficacis. At Deus per non positionem auxiliij praeuisi efficacis non impedit scientiam de eo, quod poneret auxilium, si praeuidaret inefficax. Ergo una scientia non identificatur virtualiter cum alia. Minor probatur. Deus non ponendo auxilium efficax non impedit hanc veritatem Si auxilium praeuidaretur inefficax, existret. Ergo neque impedit Scientia eiusmodi veritatis. Antecedens est certum: siquili demu

dem esse verum Deum collaturum auxilium, si inefficax præuide-
retur, independens omnino est ab eo, quod Deus conferat, vel non
conferat auxiliū præuisum efficax. Consequentia vero probatur.
Scientia Divina solum impeditur impediendo obiectum illius; nā
dato eius obiecto in esse veri, nequit Deus scientiam illius cohi-
bere. Si igitur Deus conferendo auxilium ethicax non impedit ver-
itatem obiectum hanc. Si auxilium præuideatur inefficax, exi-
get, neque impedit illius scientiam.

57 Respondeo Deum impediendo collationem auxiliij ef-
ficacis impedit quidem aliquam scientiam conditionatā de exi-
scientia auxiliij sub conditione prævisionis inefficacia; non tamen
impedit omnem scientiam talis veritatis; sed illam duntaxat,
qua simul est scientia conditionata existentia auxiliij inefficacia
sub conditione prævisionis inefficacia, & scientia absoluta exi-
scientia auxiliij præuisi efficacia. Quam obrem in illo casu non di-
cendus est Deus non cognoscere illam veritatem; sed canō cog-
noscere cognoscendo simul per eandem scientiam decreatum abso-
lutum de auxilio efficaci, sed per scientiam; qua exprimat de-
cretum absolutum talis decreti, siue absolutum decretum de nō po-
nendo auxilio præuiso efficaci.

58 Hinc ad argumentum in forma: concessa maiore, distin-
guo minorem. Deus impediendo scientiam visionis non impedit
scientiam de eo, quod existeret auxilium, si præuideretur ineffi-
cax; non in quam impedit omnem scientiam illius veritatis: con-
cedo: non impedit scientiam illius veritatis affirmantem simul exi-
scientiam decreti de auxilio præuiso efficaci; nego minore: n. Ad
probationem huius minoris: concedo antecedens, & distinguo co-
sequens. Ergo neque impedit omnem scientiam eius veritatis: con-
cedo: scientiam affirmantem simul existentiam auxiliij præuisi effi-
cacia; nego consequentiam. Ad ultimam huius consequientia pro-
bationem: distinguo antecedens scientia Divina solum impeditur
impediendo eius veritatem obiectum: qua sit veritas obiectua
respectu totius scientia indiuisim sumpta; concedo: qua sit veri-
tas obiectua respectu cuiuslibet expressionis illius scientiae: ne-
go antecedens. Et distinguo consequens. Ergo si Deus non con-
ferendo auxilium efficax, non impedit hanc veritatem obiectum:
si auxilium præuideatur inefficax, existet. Non impedit eius scien-
tiam: omnem eius scientiam: concedo: eius scientiam affirmantem
indiuisibiliter existentiam auxiliij præuisi efficacis; nego conque-
giam.

59 Dices 3. Ex hac doctrina inferri nullam in Deo esse Scientiam reflexam, quæ sit Scientia Media: quod est contra nos, sicut, & contra communem Societatis sententiam. Sequela probatur. Omnis Scientia reflexa, etiam illa, quæ est conditionata, est Deo libera. Ergo non Media inter liberam, & necessariam. Antecedens probatur. Omnis scientia reflexa de positione auxiliij sub conditione scientiaz directæ de talis auxiliij efficacia est iuxta nos Scientia absoluta de positione, aut non positione auxiliij. Sed Scientia absoluta de positione, aut non positione auxiliij, est Scientia Deo libera. Ergo, & scientia reflexa cum ea identificata erit Scientia libera, & non Media inter liberam, & necessariam.

60 Respódeo ad rationem Scientiaz Mediaæ requiri, quod non sit libera Deo in specie; non vero requiri quod non sit libera in individuo. Etenim, licet hæc Scientia Media in individuo sumpta, seu quatenus est simul Scientia visionis alterius obiecti existat pro libertate Diuina, quatenus Deus libere decrevit posse, vel non ponere auxiliū præuisum efficax, cum tamen veritas, de eo, quod existet, vel non existet auxilium, si præuidetur inefficax, non dependeat ab eo decreto ponendi auxiliū præuisum efficax: hinc sit quod, si Deus haberet decretum op̄positum, etiam tunc haberet Scientiam Medium de eo, quod forget, si auxilium præuidetur inefficax: qua propter hæc Scientia Media in individuo, existit pro libertate Diuina in actu secundo; non tamen Scientia Media illius veritatis conditionata sumpta in specie: quia, adhuc deficiente illo decreto, manere: Scientia Media illius veritatis conditionata, licet non eadem in individuo, sed diuersa: nimis affirmans individuabiliter dictum talis decreti.

61 Hinc ad argumentum in forma: nego primum antecedens. Ad eius probationem distinguo antecedens. Omnis scientia reflexa sumpta in individuo est Deo libera: concedo: sumpta in specie est Deo libera: nego antecedens. Ad eius probationem concessa maiori, & minori: distinguo consequens: Ergo Scientia reflexa erit libera in individuo sumpta, & non Media inter liberam in individuo, & necessariam in individuo: concedo: erit libera in specie, & non Media inter liberam, & necessariam in specie: quæ simpliciter, & absolute appellatur Scientia Media: nego consequentiam.

Tertium dubium, quod circa Scientiam reflexā placuit examinare, est: quare ratione Scientia reflexa, quæ Deus cognoscit collati-

Iaturum, vel non collatum homini libertatem sub conditione Scientiae Mediae directe de usu talis libertatis, dependeat à creaturæ libertate? Pro maiore autem decisionis claritate.

62 Primo supponendum est, modo, & non examinandum, Scientiam Medium directam de actu creato libero impedibilem esse à libertate creata in statu absoluto, sine in casu purificationis hypothesis. V. g. hæc Scientia reflexa. *Si prævidero auxilium A. inefficax, non conferam Petro* habet pro hypothesis Scientiam Medium in efficaciaz auxiliij A: qua quidem tendit hoc modo: *Si Petrus vogetur auxilio A. differt*. Igitur supposito, & modo non disputato, quod hæc Scientia Media directa subiectatur absolute Petro pro casu existentia vocationis A. dubium est: an hoc sufficiat, ut illa Scientia reflexa habens pro hypothesis Scientiam directam subiectatur etiam aliqua ratione libertati Petri pro casu, quo ipsi subiectur Scientia Media directa?

63 Secundo aduertendum est dupliciter posse considerari potestatem absolutam falsificandi aliquam propositionem conditionalem: vel quatenus, posita conditione, detur potestas ad ponenda in carentiam conditionati: vel quatenus, posita carentia conditionati, detur potestas ad ponendam hypothesis. Cum enim conditionatio hypothesis cum defectu conditionati sit falsificari eam propositionem: non magis falsificabit eam qui, posita hypothesis, determinet carentiam conditionati, quam qui, posita carentia conditionati, determinet existentiam hypothesis.

64 Idem dicendum est de potestate verificandi: non enim minus poterit reddere veram propositionem conditionalem qui, posito conditionato, potest ponere hypothesis, quam qui è conuerso, posita hypothesis, potest ponere conditionatum. Cum enim, quando defacto absolute coniunguntur hypothesis, & conditionatum, existentia utriusque sit verificativa: tamen dicetur veritas, ita qui, posito conditionato, ponit hypothesis, quam qui, posita hypothesis, ponit conditionatum, cum tam unus, quam alter vir usque extremi determinet coniunctionem.

65 Tertio animadvertisendum est t. ipse citetur posse aliquam scientiam humanæ subiecti libertati. Primum: quatenus humana voluntas possit illam determinare, & impediare. modo, quo scientia visionis de mea operatione libera in instanti A. potest à me determinari, & impediari, quatenus ego liberè operando determinabo. Secundum: ut id cognoscatur, ita, ut si pro meo l. bito opus non esset, Deus illud non affirmit; sed affirmaret oppositum. ad gran-

quām affinacionem carentia libera mēx opérationis Deum de-
terminaret.

65 Secundo potest Scientia aliqua subijci alicuius liber-
tati quoad determinationem, licet non quo ad impeditiōnem: po-
test enim aliquis pro sua voluntate ponere verificatiūm, quin va-
leat verificatiūm impeditiōnē v. g. possum ego constitui proximē
potens ad mouendū lapidem, simulque esse verū quod, si ego
non moueām, Deus pro posteriori naturā illum mouebit in eodē
instanti. In hoc casu ego possum mouendo lapidem determinare
Deum ad habendum Scientiam de noua præsentia lapidis; & ta-
men non possum impeditiōnē scientiam de eiusmodi noua præsentia:
quia, si ego non moueām lapidem, Deus in eodem instanti illum
mouebit; qua propter erit eadem noua lapidis præsentia, siue ego
moueām illum, siue non moueām: consequenterque non impediām
ego, non mouendo lapidem, quod Deus habeat Scientiam de eius
noua præsentia.

67 Tertio ècontra potest aliqua Scientia subijci alicui vo-
luntati quoad eius impeditiōnem; non vero quoad determina-
tionem. Hac ratione Scientia, qua Deus cognoscit Prædefinitio-
nem efficacem consensu liberti Petri v. g. potest impeditiō ab ipso
Petro per dissensum libere elicītum; non tamen potest determina-
ti. Nequit enim Petrus, quamvis consentiat, determinare
quod suus consensus efficaciter antecedenter prædefiniatur, licet,
ponendo dissensum, impeditiō Scientiam Mediām consensu: qua
impeditiō, per inde impeditiō prædefinitio efficax, qua huiusmodi
Scientia debet esse subnixa, ut iura libertatis serueniatur illa. Da-
tur ergo Scientia, qua ab humana libertate nequit determinari, li-
cer ab ea valeat impeditiō. His presuppositis.

68 Dico 1. Scientia reflexa in individuo sumpta pro casu,
quo voluntas creata est absolute libera ad determinandam, & im-
pediendā Scientiam Mediām directā, semper est impeditibilis
ab humana voluntate vi præcessē sue libertatis. Explicatur, & si-
mul probatur hęc conclusio. Scientia reflexa de exercitio Di-
vinę libertatis pro casu Scientiæ Mediæ directæ. V. g. Scientiæ de
efficacia auxiliij Aliiuxta doctrinam traditam semper est Scientia
absoluta de eo, quod Deus operatur de facto sub Scientia Mediā
directa, quam d. factō habet: qua propter Scientia reflexa est etiā
notitia de Scientiæ Mediæ, quam modo habet Deus de exer-
citio libero creaturæ sub libertate, quam modo habet. Sed creatu-
ra potest impeditiō Scientiam Mediām prædictam. Ergo, & Scien-

riam reflexam attingentem etiam scientiam directam modo exi-
stentem. De hac conclusione, suppositis principijs, iam statutis,
dubitari nequit.

69 Dico secundo ita quendo de scientia reflexa in specie
sumpta, seu prout est praeclara scientia de operatione libera Dei
pro casu Scientia Media directa de efficacia, vel inefficacia auxi-
lij: si hæc Scientia reflexa sit affirmativa libertatis, est determina-
bilis à creatura per eam libertatem; non tamen impedibilis. Pro-
batur. Tunc est determinabilis à creatura aliqua scientia, & non
impedibilis, quando creatura potest ponere veritatem illius scien-
tia; non tamen potest eam impedire, aut ponere illius falsitatem.
Sed creatura pro casu libertatis potest ponere veritatem Scientie
reflexæ affirmatiæ. V. g. Si auxilium A. præuideatur efficax, con-
feretur ipse; non autem potest ponere falsitatem eiusmodi Scientie.
Ergo creatura potest determinare eam Scientiam; non autem eam
impedire. Probatur minor per partes. In primis potest ponere ve-
ritatem: quia qui, existente conditionato, ponit hypothesis, aut
eam determinat, determinat veritatem propositionis conditiona-
tae. Sed existente libertate, quam intelligimus sub nomine auxilij
A, & quæ libertas est conditionatum talis propositionis reflexæ;
creatura potest determinare Scientiam efficacia auxilij A. quæ
Scientia est hypothesis huiusmodi Scientie reflexæ. Ergo crea-
tura potest determinare veritatem huiusmodi Scientie reflexæ.

70 Secunda pars, videlicet creaturam non posse impedire
veritatem illius propositionis, aut illius falsitatem determinaret
probatur. Voluntas, dum habet auxilium A. nihil potest ponere
incomponibile cum eo, quod verum sit quod si auxilium A. præui-
deatur efficax, consentiet. Ergo non potest determinare falsitatem
eiusmodi propositionis. Antecedens probatur. Voluntas cum au-
xilio A. solum potest facere, & determinare, quod auxilium A. sit
efficax in actu secundo, vel quod sit inefficax in actu secundo. Sed
neque efficacia in actu secundo opponitur veritati de eo, quod si
præuideatur efficax, existat: cū potius esse auxilium A. efficax in
actu secundo, sit verificari quod existet in casu prævisionis efficac-
iæ. Nec esse inefficax in actu secundo opponitur cum eo quod si
præuideatur efficax, existeret: ut est certum. Ergo voluntas, dum
habet auxilium A. nihil potest ponere in componibile cum eo,
quod verum sit quod si auxilium A. præuideatur efficax, existe-
ret. Erenim, licet voluntas, dum haber potestatem verificandi
eam propositionem, habeat tetram potestatem non ponendi tale-

verificatum; cum tamen præpositio conditionata non indigat ut veritatem verificatio, vt abolutè existente: hinc deductus potestatam determinandi existentiam huiusmodi verificatiui esse potestatam verificandi; potestatam autem non reddendi existens illud verificatum, non esse potestatam falsificandi eam propositionem; sed potestatam non verificandicam per verificandum absolutè existens.

71 Dico 3. Si scientia reflexa sit negativa libertatis pro casu Scientiarum Mediae directæ de carentia sub tali libertate creatura per eam libertatem potest impedire eam scientiam reflexam; non autem eam determinare. Probatur. Creatura in tali casu potest determinare falsitatem illius Scientiarum, non autem veritatem. Ergo potest eam scientiam impedire, non autem determinare. Consequens quoad primam partem probatur. Coniunctum ex defectu conditionati, & existentia hypothesis, est falsitas propositionis conditionatae, vt est evidens: nam existere conditionem sine conditionato est formalissimum falso esse extitum conditionatum sub tali conditione. Sed creatura, dum habet libertatem: potest determinare coniunctum ex carentia conditionati, & existentia hypothesis propositionis conditionatae reflexæ, de qua loquimur. Ergo creatura, dum habet libertatem, potest determinare falsitatem scientiarum conditionatarum. Minor, in qua potest esse difficultas, probatur. In hac scientia reflexa: Si auxilium A. præuideatur inefficax, non existet, cum conditionatum sit carentia existentiae auxiliij A. defectus talis conditionatus ex existentia ipsius auxiliij. Ergo coniunctum ex hypothesis, & ex defectu conditionati huiusmodi scientia reflexa erit coniunctum ex Scientia Media directa inefficacia auxiliij A. & ex existentia ipsius auxiliij A. Tunc sic. Creatura, quæ habens auxilium A. (quod sub nomine libertatis intelligimus) potest determinare Scientiam Medianam de inefficacia auxiliij A. potest, dum habet eiusmodi auxilium determinare coniunctum ex auxilio, & ex Scientia Media dissensus. Sed creatura, dum habet auxilium A. potest illi dissentiendo determinare Scientiam de eius inefficacia. Ergo creatura dum habet auxilium A. potest determinare coniunctum ex auxilio A. & ex Scientia Media directa de eius inefficacia. Cum igitur in hoc coniuncto consistat falsitas scientiae reflexæ de non existentia auxiliij, sub Scientia Media directa de eius inefficacia: poterit creatura determinare falsitatem illius Scientiarum reflexarum: consequenterque eam impedire.

72 Secunda pars illius superioris antecedentis: nimirum non posse creaturam, dum instruitur auxilio A. determinare veritatem de eo, quod non existet auxilium A. pro casu scientia directe de eius inefficacia probatur. I. ex dictis. Nam si creatura posset determinare hanc veritatem: si auxilium praevideatur inefficax, non existet: posset impeditre veritatem opositam affirmationem: videlicet: existet auxilium si praevideatur inefficax. Sed, ut supra probatum est, nequit per voluntatem humanam impediti Scientia reflexa affirmativa iuxta libertatis sub conditione prævisionis euentus sub ea libertate. Ergo ea scientia reflexa negativa libertatis sub conditione prævisionis euentus sub ea libertate, nequit à voluntate humana determinari.

73 Probatur secundo. Ut creatura posset determinare hanc veritatem. Si Petrus praevideatur dissensurus auxilio A. non vocabitur illo, necesse erat unum e duobus: vel, quod, posita hypothesi, nempe scientia inefficacia auxiliij A. esset in manu Petri auxilium A. non habere: vel, quod, posito conditionato talis scientiae reflexae: nempe non existentia auxiliij A. in Petro: Petrus pro sua libertate posset absolute determinare scientiam directam de inefficacia auxiliij A. que scientia constituit hypothesis. At neutrum ex his potest Petrus. Ergo neque determinare illam scientiam reflexam. Major est certa: qui enim neque ex suppositione quod existat A. potest facere quod existat B. neque ex suppositione quod existat B. potest facere quod existat A. non determinat, aut determinare potest quod existant simul A & B. Ergo prompte eandem rationem Petrus, qui neque potest ponere conditionatum supposita hypothesis, neque hypothesis simili posito conditionato, non potest determinare absolute coniunctionem utrisque: consequenterque neque determinare eam veritatem in statu absolute. Minor autem etiam est certa: quia Petrus neque posita scientia inefficacia auxiliij, potest facere ne ipsi conferatur auxilium A. neque, negato auxilio A. habet potestatē absolute illud reddendi inefficax absolute. Ergo neque habet potestatē ponendi cōditionatum supposita hypothesis, neq; pōndē hypothesis supposito cōditionato.

74 Denique probatur: quia cum homo habet auxilium A. vel dissentit: & hoc modo reddit falsam propositionē de eo, quod non existet auxilium A. pro casu scientia de eius inefficacia: vel consentit auxilio A. quia inter haec duo, existente libertate per auxilio A. non est medium. At qui consentire auxilio A. determinareque scientiam efficaciam, nulla ratione verificat, aut determinat,

quid

quid foret pro casu prævisionis inefficacia. Ergo creatura non instruitur auxilio A. non potest determinare veritatem de eo, quod non existet auxilium A. si præuideatur inefficax.

75 Obijicitur adversus potestatem determinandi scientiam reflexam affirmatiuam, & impediendi negatiuam. Ut Petrus habeat potestatem impediendi hanc scientiam: *Non vocabitur Petrus auxilio A. si præuideatur illi diffusurus*, & determinandi hanc: *Vocabitur Petrus auxilio A. si præuideatur diffusurus*. Debet habere potestatem determinandi vocationem, supposita scientia in efficacia vocationis, seu impediendi non vocationem, quod est omnino idem. Sed Petrus nulla ratione habet in sua potestate, quod vocetur auxilio A. ut est certum. Ergo neque habet in sua potestate impedire primam scientiam, & determinare secundam.

Consequentia est bona, & minor certa. Maior probatur. Verum esse vocandum esse Petrum auxilio A. si præuideatur diffusurus, est quod Petrus vocandus sit, si ita præuideatur. Ergo posse verificate eam propositionem, & verificando eam, determinare Scientiam Medium reflexam, est posse facere quod Petrus vocandus sit, posita scientia inefficacia. Ergo qui non potest facere quod, posita illa scientia, vocandus sit, neque potest verificare illa propositionem. Sed hoc est posse, posita illa scientia, facere quod vocetur. Ergo, vel id potest Petrus, vel non potest determinare illam scientiam.

76 Ut huic argumento solutio adhibeatur, obseruandum est aliud esse Petru, supposita Scientia inefficacia auxilio A. posse facere, quod auxilium A. sit absolute conferendum: aliud longe diversum Petrum posse facere, quod auxilium conferendum sit ipsi supposita scientia inefficacia. Etenim primum ex illis duobus dicit, quod simul cum suppositione scientia inefficacia detur in Petro potestas ad faciendum, quod auxilium A. sit absolute conferendum. Secundum vero non dicit potentiam ad collationem futuram coniungi cum suppositione scientia conditionata, sed quod in Petro detur potestas ad coniungendum conferendum esse auxilium cum prævisione eius inefficacis: modo, quo quod ex parte consensu Petri, detur in Petro potestas ad consensum Ioannis diversum quid est ab hoc, quod est Petru posse facere quod Ioannes consentiat in consortio consensus Petri. Ad primum enim nullo modo potest esse facultas in Petro, secus ad secundum. Nam intellectus consensu Ioannis potestas, quae est in Petro ad consentientem, est etiam potestas ad faciendum quod consensus Ioannis sit in consortio co-

senus Petri: consequenterque ad hoc, ut Ioannes consentiat in
consortio Petri.

77 Dico igitur ut possit Petrus determinare hanc Scien-
tiam. Si auxilium A. præuideatur inefficax, conferetur Petru opus
non esse quod Petrus, supposita prævisione inefficacij auxilij A.
habeat potestatem faciendi quod auxilium A. sit conferendum; sed
sufficere, quod Petrus habeat potestatem faciendi, quod auxilium
A. sit conferendum supposita prævisione inefficaciae talis auxilij.
Hoc autem non solum potest contingere faciendo, supposita præ-
visione, quod conferatur auxilium, verum etiam faciendo, suppo-
sito auxilio, quod detur prævio modo, quo datur in Petro, sup-
posito consensu Ioannis, potestas ad hoc, ut existat consensus Io-
annis in consortio consensus Petri.

78 Declaratur amplius. Ex supra dictis constat Scientiam
Medium de opere sub auxilio, & collationem auxilij, habere mu-
tuam prioritatem, licet in diuerso genere. Nam collatio auxilij
præcedit auxilium: auxilium præcedit opus: opus vero liberum
præcedit scientiam, illam obiectinē determinando. At vero scien-
tia præcedit collationem auxilij in genere potestatis liberae, qua-
tenus videlicet constituit indifferentiam ad prædictam collatio-
nem.

79 Hinc oritur hanc veritatem Si detur Scientia Media in
efficacia auxilij A. auxilium A. existet cum in casu purificationis
hypothesis, nempe prævisionis incfficacia auxilij A. constat in
aggregato scientia, & collationis auxilij A. hinc in quam oritur
prædictam veritatem determinari, tam à determinante scientia,
tam à determinante auxilium: quia ille determinat existentia ali-
cuius aggregati, qui, supposita una parte, ponit aliam. Sed, quan-
do existit hoc aggregatum, qui determinat scientiam, eam deter-
minat, supposito auxilio, siquidem determinat scientiam per dis-
sensum absolutum: & qui determinat collationem auxilij, eam de-
terminat, supposita scientia: quando quidem ea scientia constituit
indifferentiam Diuinam ad collationem auxilij. Hinc ergo dedu-
citur utrumque determinare eam veritatem, impeditaque verita-
tem oppositam: siquidem utrumque, supposita una parte aggregati,
determinat aliam.

80 Hinc ad argumentum propositum num. 75. in forma
respondeo: distinguendo maiorem. Ut Petrus habeat potestatē de-
terminandi hanc veritatem: Si auxilium præuideatur inefficax, exi-
stet. Debet habere potestatē determinandi vocationem, suppo-
sita.

sita scientia inefficacia: tenente ly supposita scientia ex parte termini potestatis: concedo: tene te se ex parte potestatis: nego maiorem. Et concessa minori, vt absolute proponitur: nego consequentiam: quia ut Petrus posset determinare illam veritatem, requiriatur quod possit facere dari auxilium: pro casu illius scientiae; non vero quod pro casu illius scientia habeat potestatem, vt conferatur auxilium. Deinde ad probationem maioris: concedo totum entimentem, & sequentem consequentiam. Deinde distinguo minorem subsumptam. Sed hoc est posse, data illa scientia, facere quod vocatur: tenente se ly data illa scientia ex parte termini potestatis: concedo: ex parte ipsius potestatis: nego minorem. Vel aliter: per potentiam ad simultatem: concedo: per simultatem suppositionis scientie, & potestatis ad ponendam vocationem: nego minorem: & sub eadem distinctione distinguendum est consequens.

81 Circa hanc Scientiam Medium reflexam restat inquirendum: an multiplicanda sit virtualiter in infinitum? Verum de hac difficultate communius infra tractabimus: ubi de multiplicitate Scientie Mediae sermo erit.

SECT. III.

*Quid posset attingi per Scientiam Medium ex parte conditio-
nati, ubi praesertim agitur de Scientia Media actuum Dini-
notum?*

82 **P**lura ex his, quae in dubium vertimus circa hypothesis, cetera dubium sunt, si ex parte conditionati considerentur. Certum enim est primo nihil omnino necessarium attingi posset ex parte conditionati per scientiam contingentem: quia quod necessarium simpliciter est, quacumque hypothesis, siue necessaria, siue contingente data, necessarium remanet: consequenterque scientiae contingentis obiectum non est. Certum est secundo obiectum impossibile, vel affirmare non posse sub illa conditione, vel, si affirmetur sub conditione necessaria, aut contingente impossibile remanere. At vero, si affirmetur sub alla conditione impossibili, que possibilis supponatur, tunc aliquando verificabitur, aliquando vero secus, iuxta conditionem hypothesis. De qua difficultate modo non agimus, & quia universaliter censeo propositiones de hypothesis chimera in sensu obiectivo repugnantes esse, & quia hec

quæstio, præter quæ n. quod p. r. v. utlis, & multum molestia est; potius ad metaphysicā, quā ad Theologiam spectat. His possitis,

83 Primo dubitari potest: an ex parte conditionati non solum se teneat conditionarum, quod exprimitur; verem etiā eius causa? Huic dubio facile respōderetur ex doctrina tradita circa cognitionem hypothesis. Dico igitur iuxta id, quod ibi decimus, necessarium non esse quod ex parte conditionati se teneat aliqua conditionati causa: quia sicut in statu ab soluto non solum est verum coniungi cum hypothesi conditionatum ex conditionato, & eius causis; sed etiam verum est coniungi cum hypothesi conditionatum, prout distinguitur à suis causis: ita similiter in statu conditionato non solum verum erit coniungendum esse cum hypothesi coniunctum ex conditionato, & eius causis; verum etiam plenum conditionati secundum se, prout distinguitur à suis causis.

84 Secundo dubitari potest: an conditionatum possit esse aliquid non determinatē, sed confusè acceptū? V.g. supponamus quod, existente Petro, Deus imponet illi p. r. acceptum eliciendi aliquem actum charitatis. In hoc casu verum erit quod si existat Petrus, hic vel ille actus charitatis, vagè, & confuse acceptus, erit illi necessarius ad salutem. Ex quo videtur colligi aliquid non determinatē, sed confusè acceptū, esse conditionatam alicuius Scientiæ Mediz.

85 Dicendum nihilominus est in hoc casu nihil vagē acceptū esse conditionatum in recto; sed aliquid determinatum necessitas vagē ad plura extrema in ordine ad aliquem finem, esse conditionatum in recto: obliquum tamen illius conditionati accipi confusè. Nam, si recte inspiciatur, non est in p. r. dīta propositione conditionatum hīc, vel ille actus charitatis secundum sc., sed reduplicatio ut necessarius: id est necessitas vaga huius, vel illius actus charitatis. Et ita sensus illius propositionis erit: Si Petrus existat, dabitur necessitas (determinata quoad entitatem, & vaga quoad manus necessitandi) alicuius actus charitatis ad salutem aeternam obtinendam. In quo casu necessitas est conditionatum in recto: & hic, vel ille actus charitatis est obliquum huiusmodi conditionati.

86 Dubitatur tertio principalius: an ex parte conditionata: si possit tenere aliquis actus liber Dei? Hoc est: an Deus possit cognoscere per Scientiam Medium suos liberos actus, quos cōcipiet, si aliqua ponatur conditio? V.g. n. Deus per Scientiā Mediū cognoscat hoc modo: Si Petrus operetur bene in instanti A. decer-

Nam auxiliū efficacē ad persuaderandum. Si alter mundus existeret, Spiritus Sanctus carnem assumerebat. Circa quā questionē tria positionatam circa talia decretā? Secundo: an data tali scientiā, cā Deus habeat independētē à decreto subiectū absoluto, & obiectū conditionato? Tertium denique: an Deus habeat hanc sciētiā conditionatā antecedenter ad omne decretum absolutū de conditione, & de conditionato? Quod est idē, ac inquirere: an scientiā conditionata, qua Deus cognoscit suum decretum conditionatum futurum, dirigit Deum, dirigere ve possit ad ponendam hypothesim, vel ad ponendū conditionatū? Duas priores dubitationes in hac sectione examinabo. Tertiā vero in sequenti discutiam:

87 Circa primum dubium aduertendum est hic sub nomine scientiā conditionata non intelligi scientiā purē omnino cōditionatam: videlicet nihil indicans absolutē de hypothesi, aut de conditionato, qualis est scientia, qua antecedētē ad omne decretum absolutum indicat Deus quod si Petrus vocetur auxilio A-consentiet. Sed sub nomine scientiā conditionata intelligimus notitiam excludentem ignorantiam de euentu, sub aliqua hypothesi: v.g. de Incarnatione Spiritus Sancti sub conditione existentiæ alterius mundi. Cum autem h̄c ignorantia possit excludi, tū per notitiam purē conditionatam de eo, quod existet Incarnatio Spiritus Sancti, si existat alter mundus: tum per notitiam absolutam de existentiæ absoluta Incarnationis Spiritus Sancti existente absolute altero mundo. Tum deinde per notitiam simul cognoscētem non existere alterum mundum, si tamen existieret, exitur umore Spiritum Sanctum: id ē in praesenti sub nomine scientiæ cōditionatae quamlibet ex his scientijs intelligimus: quia sub nomine scientiā conditionata invenimus scientiam omnem notificantē euentum pro casu hypothēsis.

88 Inter predicas tres scientias hoc versatur discrimē. Prima, quæ omnino praescindit ab existentiæ absoluta, tū hypothesis, cuicū cōdit onati, est strictè, & purē omnino conditionata: quia ita tendit cōditionatē in consensum sub auxilio, ut nulla ratione tendat absolute neque in cōsensum ut sub auxilio, neque in aliquod extre- mū ex his seorsim sumptum. Secunda scientia, quæ attingit even- tū ut absolute existentem v.g. consensum pro casu auxiliij, nō est scientia propriè conditionata; sed omnino absolute: quia au- xilium, & consensum attingit omnino absolute. Tertia denique, que affirmat v. g. non existere defacto auxilium. A. si tamen

existeret, exiitum fure consensu, est sit. & conditionata; non tamen pure omnino conditionata. Est quidem pure conditionata: quia ad hoc sufficit affirmare aliquid conditionate, prout affirmare aliquid conditionate sub aliqua conditione, distinguitur ab affirmatione absoluta eiusdem sub eadem conditione. Cu*ig*itur hae scientia. Non existit auxilium; si tamen existeret, existaret etiam consensus, affirmet consensum conditionate sub auxilio, prout affirmare conditionate distinguitur ab affirmare absolute eundem consensum sub eodem auxilio: hinc sit hanc scientiam esse propriam scientiam conditionatam consensus sub auxilio. Non tamen est pure conditionata: quia id ipsum, quod affirmat affirmatione conditionata, negatur per negationem absolutam: qua propter non pure conditionata tendit in hoc, quod est *consensum esse sub auxilio*: si quidem licet non sit affirmatio absoluta eiusdem, et tamen tendetia absoluta, licet negatio modo procedat. Sit tamen velis eam tendententiam vocare affirmationem pure conditionatam: quia esse affirmationem pure conditionatam solum viderur excludere affirmationem absolutam eiusdem obiecti, non tamen omnem tendentiam absolutam parum tecum contendam: quia est quæstio de pura acceptione terminorum. His ad praæcanendas æquiuocationes obseruantis.

89 Dico primo. Deus cognoscit certo, & infallibiliter, & determinate sub qualibet hypothesi futurum, vel non futurum determinate aliquod decretum: consequenterque Deus habet scientiam sui decreti sub aliqua conditione exiitum determinate, vel determinate non exiitum. V.g. Deus scit modo: ansi existeret alter mundus, decerneret, vel non decerneret Incarnationem Spiritus Sancti. Hanc sententiam præter alios Societatis Authores tenet etiam P. Molina. Oppositorum illi non nulli tribuunt: ipse tamen ab hac impostura se vindicat in cōcordiæ noua editione Antwerpensi quæst. 14. art. 13. disp. 52. vers. *Ita ut hoc loco obseruandum: ubi concedit Deo hinc noticiam; licet neget eam habere independenter à decreto conditionato: de quo infra.*

90 Probatur modo hec conclusio omnibus rationibus, quibus supra probauimus scientiam conditionatam contingentium dependentium à libertate creata. Nam nequit Deum vila veritas latere. Sed verum est, quod postro altero mundo, Deus decerneret Incarnationem Spiritus Sancti: vele est verū oppositum. Ergo Deus vel scit futuram Incarnationem Spiritus Sancti sub conditione alterius mundi: vel scit oppositum.

91 Confirmatur. Quodlibet est, vel non est in qualibet distincione temporis, sub qualibetque conditione. Ergo sub conditione alterius mundi, vel erit Incarnatio Spiritus Sancti, vel non erit. Ergo unum ex his habet determinatam veritatem. Ergo unum ex his determinate acceptum cognoscet Deus.

92 Deinde nequit negari quod Iudeus decerneret Deus gloriam, si decederet in gratia. Et tamē decessus in gratia est ex se independenter ad decretum gloriae, & ad decretum defecus gloriae. Ergo siue dependenter à decreto id prædecernente, siue independenter ab huiusmodi decreto, tenetur Deus titulo sua infinita vis cognoscere eam veritatem certe, & infallibiliter cognoscere alioquin aliquam veritatem ignoraret.

93 Dico secundo Deus cognoscit decretum, quod haberet sub aliqua conditione, independenter ab alio decreto antecedente absoluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti. Omnes rationes, omniaque argumenta, quibus supra probauimus Deum independenter à decreto absoluto ex parte actus, & conditionato ex parte obiecti, cognoscere futura contingentia creata, probant similiter cognoscere independenter ab alio decreto antecedente decreta, quæ forent, si aliqua poneretur conditio, ut dependenti facile apparebit. Nam independenter à decreto conditionato, siue non necessario dependenter ab eo, decretum de Incarnatione Spiritus Sancti foret, si existaret alter mundus, vel non foret, etiam si existaret alter mundus. Ergo independenter à decreto conditionato decretum de Incarnatione Spiritus Sancti foret, vel non foret. Ergo independenter à decreto conditionato, decretum de Incarnatione Spiritus Sancti habet determinatam veritatem, & cognoscibilitatem.

94 Primum antecedens, à quo tota descendit probatio, ostenditur. Postea Deus, posito altero mundo, ita immediatè libere decernere Incarnationem Spiritus Sancti, ut illam decerneret absque alio decreto, quo per modum imperij, vel alia ratione, decerneret reflexè decretum directum de Incarnatione Spiritus Sancti, vt videtur ex terminis evidens. Ergo, ut decernenda esset Incarnatio, posito altero mundo, minimè requiritur aliud decretum conditionatum tendens in decretum Incarnationis Spiritus Sancti. Consequentia eit bona: quia id, quod nō requiritur in statu absoluto, non requiritur in statu conditionato, aut absolute, aut conditionate. Si ergo in statu absoluto, ut decerneretur Incarnatio Spiritus Sancti, non requiritur aliud decretum reflexum ab eo.

absolutè, neque requiretur in statu conditionato sius conditionatè, sive absolutè.

95 Confirmatur. Veritas conditionata non destruitur per veritatem absolutam: immo implicat quod existat aliquid extremitum sub aliqua conditione, quin verum sit quod si detur illa conditio, existet illud extremitum. Ergo, si existente absolute decreto de Incarnatione Spiritus Sancti, simul cum existentia alterius mundi, non datur decretū conditionati de Incarnatione Spiritus Sancti sub alterius mundi cōditione. Ergo absque tali decreto datur veritas conditionata. Ergo de ratione veritatis conditionata non est existentia decreti absolute ex parte actus, & conditionati ex parte obiecti. Recolantur superius dicta circa decreta cōditionata erga veritates creatas, quae sunt obiectum Scientiæ Mediae.

96 Obijcies. Cū P. Molina, qui oppositā sententiam defendit. Eatenus Deus potest cognoscere independenter à decreto quid voluntas creata operaretur, posita hac, vel illa conditione, quatenus super comprehendit libertū arbitriū creatū: vtique cognoscendo non solum quod defacto est, & habet, sed quod illi in alijs circumstantijs eveniret. At qui Deus non super comprehendit suam voluntatem: siquidem super comprehensionē dicit excedi obiectum à vi intellectu, & voluntas Divina ab intellectu Diuino non exceditur. Ergo Deus non cognoscit independenter à decreto quid sua voluntas vallet sub hac, vel illa conditione.

97 Resp. ad cognoscendū independenter à decreto subiectiū absolute, & obiectiū cōditionato, quid voluntas operatura sit sub hac, vel illa conditione, nō requiri super comprehensionē, sed vim cognosciturā respōdētē cognoscibilitati obiectiū. Cū enim extremitū, quo foret, habeat in se obiectiū cognoscibilitatē, & veritatē: idēo, vt cognoscatur quod foret, nō requiritur vis super comprehensionis; sed vis cognosciturā quā obiectiū cognoscibilitatē.

98 Ob. 2. Attenta præcisē Divina voluntate, & præscindendo ab omni decreto actuali Dei, nullæ est ratio, quare potius sit verum Deum decretū Incarnationem Spiritus Sancti, quam non decreturum. Ergo debet dari aliquod decretum a Quale ad eam in veritatem. Respondeo; vt supra in simili Thomistis respondebam, ipsum decretum conditionatē futurum habere in se ipso sufficientem cognoscibilitatē, & veritatē obiectiū, quin opus sit ad decretum existens absolute recursum facere: modo, quo supra diximus consensu cōditionate futurum sufficientem in se habere veritatem, & cognoscibilitatem;

99. Ob. 3. Ineuitabile est etiam decretum ab aliud existens præcedens ad scientiam de Incarnatione Spiritus Sancti sub conditione alterius mundi. Ergo non tenet nostra doctrina. Antecedens probatur. Ut verum sit modo non futuram esse Incarnationem Spiritus Sancti sub conditione alterius mundi, opus est Deum libere non habere decretum conditionatum de decreto Incarnationis Spiritus Sancti. Cum autem iuxta communioram sententiam non detur in Deo pura omissione: hoc decretum conditionatum reflexum de decreto directo Incarnationis Spiritus Sancti sub conditione alterius mundi, excludetur per aliam voluntatem positionem oppositam illi decreto. Ergo, ut verum sit futuram esse decretum de Incarnatione Spiritus Sancti sub conditione alterius mundi, non sufficit decretum ipsum de Incarnatione Spiritus Sancti, quod foret si existeret alter mundus; sed veterius requiritur decretum, quod de facto sit, de factoque excludat decretum reflexum conditionatum de decreto Incarnationis Spiritus Sancti sub conditione alterius mundi.

100. Respondeo concedendo, vel admittendo ad scientiam de uno decreto sub conditione alterius, requiri decretum absolutum excludens decretum conditionatum reflexum. Verum cum hoc decretum, licet excludat illud decretum reflexum, non determinet an existente uno decreto directo, exiaturum sit, vel non sit aliud: ideo non sufficit ad cognoscendam unam veritatem conditionatam, potius quam aliam. Nos autem, cum ad cognoscendam futuritionem conditionatam unius decreti sub conditione alterius, excludimus decretum, solum excludimus decretum, in quo cognoscatur, siue quod fundet eam veritatem, non vero negamus requiri aliquod decretum: dum modo neque fundet veritatem conditionatam, de qua loquimur, neque cum ea connectatur; sed potius, adhuc eo existente, opus sit cognoscere decretum conditionate futurum in se ipso dumtaxat, excluso quolibet alio medio ducente sufficienter in cognitionem infallibilem talis futuri.

101. Vnum in hac parte negari non potest: videlicet scientiam conditionatam de decretis Diuinis, & esse liberam Deo in actu primo, quatenus Deus potest antecedenter decernere reflexe, vel decretum, vel decretum illius, & esse etiam liberam in actu secundo negari, quatenus Deus libere cohibuit decretum de veritate opposita. Nam modo, dum Deus habet hanc scientiam conditionatam: Si existat alter mundus, decretum

Incarnationem Spiritus Sancti (qua scientia fundatur in ipso decreto de Incarnatione Spiritus Sancti, quod foret, si aliter mundus existeret) potuit Deus antecedenter decernere opportū. Quam obrem h.e.c scientia, licet non liberē absolutē positiū determinetur à Deo; libere tamen absolutē permittitur existere, quatenus Deus libere absolutē non habet decretum de nō decernenda Incarnatione Spiritus Sancti, si existeret alter mundus.

SECT. IV.

De directione scientiae conditionatae actuum Diuinorum.

102 **R** Enīsi ad hunc locum agere de præcedentia Scientiæ Mediae, qua habet pro hypothesi aliquem actum Diuinū. Ideo hic vniuersaliter agam de directione Scientiæ Mediae actuū diuinorum: tam Scientiæ Mediae, in qua ex parte hypothesis lebet actus Diuinus, quam Scientiæ Mediae, in qua actus Diuinus se tenet ex parte conditionati.

103 Scientia Media actuū Diuinorum triplex potest distinguī. Prima, in qua tam conditionatum, quā hypothesis, est alius actus Diuinus v.g. *Si Deus decernat alterum mundum, decernet Incarnationem Spiritus Sancti.* Secunda: in qua actus Diuinus solum se tenet ex parte hypothesis. V.g. *Si Deus decernat libertatem Petro ipse consentiet.* Tertia in qua solum ex parte conditionati actus Diuinus se teneat. V.g. *Si Petrus eliciat actum charitatis, Deus decernet illi hoc, vel illud præmium.*

104 Læcta hanc scientiarum distinctionem triplex potest esse principalis questio circa directionem Scientiæ Mediae actuū Diuinorū: nempe: an scientia de actu Diuino se tenente ex parte conditionati, possit dirigere ad conditionem? Deinde: an scientia, qua habet pro hypothesis actuū Diuinum, ad ipsam hypothesis imponendam dirigere valeat? Et denique an sit specialis difficultas in eo quod dirigatur ad decretum hypothesis scientia, qua tam ex parte hypothesis, quam ex parte conditionati, attingit decretum Diuinum? His præmissis.

105 Dico 1. Scientia conditionata de aliquo actu Diuino, si b aliqua conditione, siue h.e.c conditio sit aliis actus Diuinus, siue non, nequit dirigere, aut de insigne libertatis Diuinæ ad cōcipiendum decretum se tenere ex parte conditionati. V.g. Scientia,

cia, qua Deus cognoscit se colaturum esse Petro auxilium efficax ad pœnitendum, si ei permittat peccatum; nequit existere in signo libertatis Diuina ad conferendum, & non conferendum auxilium efficax ad pœnitendum.

106. Probatur hæc conclusio. In signo libertatis Diuina ad conferendum Petro auxilium efficax ad pœnitendum intelligitur scientia absoluta de peccato, de quo futura est pœnitentia. Ergo, si in signo libertatis Diuina ad conferendum auxilium efficax ad pœnitentiam intelligeretur scientia conditionata de conferendo auxilio efficaci sub conditione permissionis peccati, signum libertatis Diuina ad conferendum auxilium efficax ad pœnitentiam, constitueretur ex Scientia absoluta peccati, & ex scientia conditionata collationis auxiliij efficacis ad pœnitendum sub conditione permissionis peccati. Est evidens consequitio. At qui non potest simul ex scientia absoluta peccati, & ex notitia, qua Deus cognoscit decernendum esse auxilium efficax ad pœnitentiam Petri, si ea permittatur peccatum; constituiri signum potestatis libertas in Deo ad collationem auxiliij efficacis ad pœnitendum. Ergo scientia de collatione auxiliij efficacis ad pœnitendum sub conditione permissionis peccati nequit esse in signo libertatis Diuina ad conferendum auxilium efficax ad pœnitendum. Minor subsumpta probatur. Libertas ad aliquid extreum debet esse indifferens ad eius carentiam. Sed complexum ex scientijs, tum permissionis peccati, tum collationis auxiliij efficacis ad pœnitendum futuræ sub conditione permissionis peccati, non est indifferens ad carentiam collationis auxiliij efficacis ad pœnitendum: quando quidem illud complexum connectitur intrinsecè cum collatione auxiliij efficacis ad pœnitendum: ut pote omne connexum cum veritate conditionata, & cum purificatione conditionis, connectitur cum veritate absoluenda. Ergo illud complexum non potest constituere libertatem in Deo ad collationem auxiliij efficacis ad pœnitendum.

107. Dico secundo Scientia Media de aliquo euentu sub conditione alicuius decreti dirigit Deum, taliter ut in plurimum; ad illud decretum, quod ponitur in hypothesi. V.g. haec scientia si permittam peccatum Adamo, conferam illi auxilium efficax ad pœnitendum, est in signo apto, ut Deus moueatur ex illa ad pœnitendum peccatum. Hæc conclusio probatur.

108. Primo à priori: quia quod est posterius obiectum (ut late, tum hoc tract. tum tract. de Prædest. probauimus) potest esse prius in genere physico, & directo, dummodo ostendat ratione

allicituam. Ex alia parte huc Scientia Media de collatione auxiliis efficacis ad penitendum, quæ obiectuè dumtaxat consequitur ad decretum de auxilio efficaci ad penitendum pro casu permissionis peccati, ostendit Deo rationem allicituam ad permissionem peccati, saltem quatenus temperat vim retractiuam peccati. Ergo potest dirigere Deum ad permissionem peccati: siquidem, & ostendit rationem conduceat, & non obstat quod sit obiectuè posterior ad ipsam permissionem peccati. Recolantur, quæ diximus tract. de Prædestinatione quest. 2. & 2.

109 Secundo cum P. Aldrete. Scientia de Incarnatione futura sub conditione permissionis peccati. Adani potuit esse conditio, sine qua non permitteret peccatum Adami. Ergo scientia de decreto Incarnationis sub conditione voluntaris. Nonne permissionis peccati fuit in signo libertatis. Vnde ad permittendum, vel non permittendum peccatum Adami, quia Deus prævidens tale remedium decernendum fore, si permittatur peccatum, minus retardatur à permissione peccati.

110 Respódebis. Deum pro priori ad permissionē peccati solum cognovisse incarnationē, ut possibile, & ut posita immatur Dei: hocque sufficiēt frisse ut Deus minus retardaretur à permissione: quia, ut Deus non retardaretur à permissione peccati sufficit. Quod utilitas remedij, & medicinæ peccati, cognoscatur ut plenē consti: reti in sua potestate: quod corsi martr ab exemplo: nam, ut aliquis inuenatur ad subeundū studiorum labore, non requiritur cog: noscere quod: si litterarū cursus cognoscatur, ipsi offeretur dignitas, ipseque eam de facto acceptabit. Sed sufficit illi ostendam esse, in ipsius que potestate fore illam absque ulteriori cura, aut diligentia obtinet. Pariter ergo videtur posse dici in nostro casu.

111 Sed contra: Primum, quia si possibilitas dumtaxat Incarnationis futura potest esse conditio, ut Deus non retardaretur à permissione peccati, potiori iure ipsa Incarnatio ut in re futura cōditonate poterit esse talis conditio. Ergo, si positiū non probetur Incarnationē, et futurā cōditionē non posse esse conditionē, ut Deus permittat peccatum, absque fundamento, & omnino liberē, & voluntariè dicere possibiliter dumtaxat; nō vero futuritionem Incarnationis, potuisse esse cōditionem, sine qua non permittetur peccatum.

112 Secundo. Negari non potest in sententia de Scientia Media, quod Deus prævidit antecedenter ad creationem Adami quod, si illum crearet, illicet imponeat et præceptum, Adamus non

Solum posset, sed de facto peccaret: hoc enim futurum conditionatum est de aliquo eventu à creatura determinando. Ergo cognovit Deus in illo antecedenti signo, quod, si crearet Adamum, illicet præceptum imponeret, Deus illi conferret tale auxilium, cui difficeret. Ergo antecedenter ad creationem Adami habuit Deus scientiam de sua voluntate donandi tale auxilium ex quo illum crearet, eique præceptum imponeret.

113. Confirmatur. Ut colligitur ex Aug. Hilar. Anselm. & alijs PP. Deus quamvis prævidit Adamum peccatum, si crearet, ideo illuc creavit, quia prævidit penitendum defacto. Ergo pro signo priori cognovit Deus quod, si Adamus crearetur, peccaret, & quod, si peccaret, Deus illi præberet defacto pro sua voluntate auxilium ad penitendum. Ergo cognovit Deus pro priori suam voluntatem dandi auxilium ad penitendum casu, quo homo crearetur, & transgrederetur mandatum Dei. Deinde hæc argumenta non solum probant, ita de facto accidisse, verum etiam ostendunt id necessarium fuisse: quia ideo hæc asseruntur à Patribus, ut ostendatur non absque prudentissima prouidentia in hominis creatione, in impositione præcepti, & in permissione peccati, Deum se gessisse. At quod requiritur ad perfectam Dei prouidentiam, necessarium est indispensabiliter in Deo. Ergo Scientia de decretis futuris sub conditione aliorum decretorum requiritur necessario in Deo ad concipiendum decretum, sub cuius conditione, alia decreta in posteriori signo concipiuntur Deus.

114. Aduersus hanc conclusionem ex duplci capite potest argumentum desumti. Primo magis universaliter: nimirum contendo esse contra rationem decreti Divini dirigere scientia euentus, qui erit sub conditione talis decreti. Secundo peculiariter loquendo de Scientia Divina unius decreti sub conditione alterius, intendendo probare sequi destructionem perfectæ libertatis Divinæ ad decretum, quod le temet ex parte conditionati: non solum ex eo, quod hæc scientia constitutum signum libertatis Divinæ ad decretum se tenens ex parte conditionati; verum etiam ex eo quod predicta scientia dirigit ad decretum hypothesis. Ex primo ergo capite.

115. Ob. r. Scientiæ, quæ Deum non potest mouere, nequit Deum dirigere. Sed scientia euentus sub conditione decreti iuris: v.g. Scientia de consensu Petri sub conditione decreti consentientis libertatem, nequit Deum mouere ad decretum collationum libertatis. Ergo Scientia de consensu Petri sub conditione decreti

conferentis ei libertatem nequit dirigere Deum ad tale decretum concipiendum. Minor probatur. Mouere scientiam praedictam ad decretum collatum auxiliij praeuisum in hypothesi est Deum conceperet decretum collatum libertatis praeuisum in hypothesi ex fine consensus praeuisus ex parte conditionati. Sed hoc implicat. Ergo implicat quod moueat illa scientia. Probatur minor. Decretum collatum auxiliij ex fine consensus intrinsecè respicit finem consensus. Decretum praeuisum in hypothesi est decretum collatum auxiliij non respiciens talem finem; siquidem scientia hæc nos affirmat quod, si Deus conferat auxilium ex fine consensus, erit consensus; sed præcise, quod si decernat. Ergo implicat Deum concepire decretum collatum auxiliij praeuisum in hypothesi ex fine consensus.

116. Pro plena intelligentia huius difficultatis notandum est diversimode posse aliquam voluntatem moueri ex aliqua ratione obiectiva intellectui proposita. Primo intrinsecè: quatenus ea voluntas intrinsecè respiciat eam rationem. V.g. ex fine consensus intrinsecè mouetur decretum tendens hoc modo. *Decerno auxilium, quia est efficax ad consensum.* Secundo potest moueri extrinsecè formaliter v.g. si decretum collatum auxiliij imperetur per actum reflexum: quo dicat voluntas *decerno ex fine consensus habere decretum collatum auxiliij.* Tertio, iuxta aliquos sufficit, ut actus sit propter finem extrinsecè in actu exercito, licet non sit in actu signato, quod voluntas eliciat talem actum, proposito in signo libertatis tali fine, & non excluso per displicentiam aliquam voluntatis. Pramissa hac motionum diversitate.

117. Respondeo: iuxta hoc ultimum placitum, de quo modo non dispiuto (quia pertinet ad alium locum) ipsum decretum collatum auxiliij habere esse extrinsecè ex fine consensus in actu exercito, quin intrinsecè respiciat consensum: immo quin detur aliis actus voluntatis imperans illum: quia sufficit, ut hoc decretum sit extrinsecè propter consensum: quod cognitio consensus futuri sub conditione decreti collati auxiliij existat priori libertatis, dum modo voluntas positivè non displiceat in tali fine.

118. Deinde, si asteratur, ut decretum collatum auxiliij sit ex fine consensus, requiri actum imperantem intrinsecè respondentem consensum ut finem.

Respondeo scientiā de Incarnatione sub conditione decreti de altero mundo posse mouere Deum ad habendū decretū de altero.

mando ex fine Incarnationis: non quatenus ipsum decretum de altero mundo praealatum in hypothesi intrinsecè, sit voluntas sui ipsius ex fine Incarnationis: hoc enim implicat, quia mutatur etiam essentia, & tendentia; sed quatenus hoc decretum de altero mundo non respiciens pro fine incarnationem, potest a Deo imperari per aliud decretum ex fine Incarnationis: quo sit hanc scientiam, & mouere posse ad hoc decretum de altero mundo, & minimè decretum de altero mundo nouum induere modum intrinsecum tenebendi.

119 Sed instabis difficilius. De hoc decreto reflexo imperante ex fine Incarnationis decretum de altero mundo, Deus habet Scientiam Medium, per quam cognoscat quid erit contingenter sub conditione talis decreti. Vel ergo haec Scientia Media habens pro hypothesi hoc decretum reflexum dirigit Deum priori ad hoc decretum reflexum, vel non dirigit. Si non dirigat. Ergo iam scientia de aliquo euentu sub conditione alicuius decreti Diuini nequit dirigere Deum ad tale decretum: quo videtur ruere nostra sententia. Si autem dirigat, videtur sequi processus infinitus: quia poterit mouere, & consequenter imperari per aliud nouum Imperium: & sic deinceps, in infinitum. Præter quam quod eo ipso, quod sit insigni apto ad mouendum, adhuc si non moueat, debet dari in Deo aliquis actus positivus) supposita in Deo impossibilitate pœna omissionis) per quem Deus nolit semouere ex hac Scientia: ex quo rursus alia Scientia Media noua converget de euentu, qui contingenter foret, sub conditione talis actus excludentis motionem: & ex hac Scientia, si dirigeret, alias actus Diuinus inferretur, quo, vel se moueret, vel se nollet mouere. Ergo, vel neganda est haec directio, vel in infinitum abeundum.

120 Hæc instantia attingit grauem aliam questionem: videlicet: quo pacto non sit in Deo possibilis pura omissione? Cum quislibet actus Diuinus possit per aliud imperari. Si autem non imperatur, & hoc in Imperium nouum pure omittatur, excludetur per aliud actum positivum. Et rursus de hoc actu fit idein argumentum: nam vel imperatur, & ita erit aliud, & aliud actus imperans: vel non imperatur: & ita erit aliud actus excludens hoc secundum Imperium: & sic in infinitum. Quo videtur ostendi, vel deveniendum esse ad aliquid Imperium, quod pure omittatur: vel dandum esse Imperium Imperij sine termino.

121 Respondeo ergo: quod, si admittatur in Deo pura omissione, erit in Deo Scientia Media simplex virtualiter omnium

euentum contingentium, qui erant sub conditione caususlibet decreti Divini. Posita autem in Deo tali Scientia: poterit magis, & magis reflexe imperare quemlibet adiumenta ut non sit imperium, quod ab alio imperari non possit: ita tamen, ut nunquam actus reflexe imperantes sint infiniti cathegoreticè: sed solum finitæ theorematice: quia tādem perueniendum est ad aliquid imperium, cuius reflexum imperium purè omittatur à Deo.

122 Si vero negetur Deo possibilis, pura omissione: aliquis erit actus in Deo, qui ex prædicatis intrinsecis habeat imperium non posse. Supposita ergo essentia talis actus, non erit in Deo Scientia de euentu contingente sub conditione talis actus, quæ possit Deum dirigere ad talum actum: nisi fiat recursus ad motionem purè extrinsecam, quam supra explicuimus num. 117.

Ex secundo capite, videlicet ex speciali difficultate, quæ est in eo, quod dirigat ad decretum positum in hypothesi Scientia, quæ etiam habet decretum pro conditionato.

123 Ob. 2. Loquendo v. g. de hac Scientia, qua Deus dicit S. decernam alterum mundum, decernam Incarnationem Spiritus Sancti. Deus est liber ad ita decernendam alterius mundi existentiam, ut possit pro illo signo neque formaliter, neque interpretatione se determinare circa decretum de Incarnatione Spiritus Sancti. At eo ipso, quod ita se possit gerere Deus, Scientia de Incarnatione Spiritus Sancti sub conditione alterius mundi non existit in signo indifferentia ad decretum, & carentiam decreti existentia alterius mundi. Ergo illa scientia non se tenet pro eo signo. Consequens est bona. Maior videtur ex terminis clara: cum enim Deus non poterit pro sua absolutissima voluntate amplecti in uno signo unum obiectum, & relinquere ad aliud signum ampliari, vel rei: re aliud obiectum distinctum? Minor vero probatur. Qui se determinat ad A. sciens quod, si ita se determinet, ulterius se determinabit ad B. ceaseretur voluntarie amplecti B. Ergo si Deus ita amplectatur A. vt ipsi pro illo signo non sit, adhuc interpretatione voluntarium B. neque eius carentia debet pro signo indifferentia ad A. præscindere à notitia de eo quod, si existat A. existet, vel non existet B.

124 Respondeo admittendo maiorem, & negando minorem. Nam ut aliquis effectus sit interpretativè voluntarius, non sufficit ponere aliquod extrellum præuidendo quod, si existat illud extrellum, voluntas se determinabit ad effectum: vt patet in homine, qui, quamvis unius iudicet quod, si permaneat in seculo, &

Religionem aliquam non ingrediatur, aliquando in decursu vita
peccabit mortaliter; non tamen ob inde adhuc Interpretatię se
determinat positio ad peccandum: ad hoc enim, ut effectus sit vo
luntarius interpretatio in causa, requiritur, vel quod causa sit ab
solutę connexa cum effectu, vel quod qui ponit causam, ex qua nō
necessario, sed contingenter sequetur effectus, teneatur euitare il
lum esse etum, adhuc per non positionem illius causę. Cum igitur
Deus, dum decerneret alterum mundum, nihil decerneret conne
xum cum Incarnatione Spiritus Sancti, neque teneretur ad eu
tandam ratione Incarnationem Spiritus Sancti: ideo decet;
nendo alterum mundum, neque formaliter, neque interpretatię,
aut physicę, aut moraliter positio censeretur velle Incarnationē
Spiritus Sancti: licet permisso nō sit tunc illi voluntaria Incar
natione, quatenus nollet positio pro tunc eam impedire.

125 Ob. 3. Deus in aliquo signo est indifferens ad decer
nendum, vel non decernendum alterum mundum, præscindendo
ab Incarnatione Spiritus Sancti, & ad decernendum simul alte
rum mundum, & Incarnationem Spiritus Sancti, siue per unum, si
ue per duo decreta comitanter se habentia: & etiam ad decernen
dum mundum, & parentiam Incarnationis Spiritus Sancti: ita, ve
aliquid sit signum, quod sit indifferentia ad omnia hæc. Ergo ne
que Scientia Media de Incarnatione Spiritus Sancti, neque scien
tia opposita, se tenent necessario in signo indifferentia ad decernē
dum alterum mundum. Antecedens videtur certum: potest enim
Deus obiecta, quæ ex sola sua libera voluntate pendent, vel con
iunctim, vel diuisim decernere. Consequentia vero probatur. Pro
signo indifferentia ad aliqua exercitia libertatis nihil debet intel
ligi oppositum alicui exercitio ex illis. Sed Scientia de Incarna
tione sub hypothesi alterius mundi opponitur exercitio, quo si
mul decernat mundum, & parentiam Incarnationis: item Scientia
Me lia de parentia Incarnationis sub conditione alterius mundi
opponitur exercitio, quo Deus decernat simul mundum, & Incar
nationem. Ergo neutra ex his scientijs debet se tenere propriori
tatem.

126 Pro reipositione nota. Scientia Media de decreto Incarna
tionis Spiritus S. sub conditione decreti de altero mundo habere
pro hypothesi, non quidem quodlibet decretum de altero mundo,
siue sit simul decretum de Incarnatione Spiritus Sancti, siue non
sit, sed solum decretum de altero mundo indifferens ut coniunga
gut cum decreto de Incarnatione, vel cum eius defectu.

127 Deinde non solum debet se tenere in hypothesi decre
tum

tum de altero mundo sumptū secundū se; sed decretū de altero mundo ut existens sine impossibilitate antecedenti p̄cedendi cōtingenter ad decretum de Incarnatione Spiritus Sanctus: nam, cum per propositionem conditionalem, quæ propriè est conditio nalis, non solum affirmetur conditionatum pro casu hypothesis, verum etiam affirmetur aliqua antecedentia hypothesis ad conditionatum: hinc infertur ex parte hypothesis non solum se tenere existentiam illius, quod conductit ad conditionatum, verum etiam ita existere, ut non sit antecedenter impotens influere in conditionatum. Pater hoc in Scientia Media actus liberi creati: nam hu ius Scientiæ Mediae, *Si Petrus vocetur auxilio A. consentiet, non est hypothesis auxilium A.* sumptum secundum se; sed auxilium A, cum p̄paratione concursus, & carentia p̄determinationis. Er go hypothesis non solum est id, quod conductit ad conditionatum; sed carentia impossibilitatis antecedentis influendi in conditionatu.

128. Ex hac doctrina (magis explicanda duri de conditionalibus disparatis agamus) infertur quod, cum Deus possit se determinare ad decretum de Incarnatione, independenter ab eo quod hoc decretum mouetur ex decreto de altero mundo, & in illo casu decretum de altero mundo nullo modo iuuat antecedenter ad decretum de Incarnatione Spiritus Sancti: infertur, in quantum in hac Scientia Media *Si Deus decernat alterum mundum, decernet Incarnationem Spiritus Sancti,* non solum se tenere ex parte hypothesis decretum de altero mundo; verum etiam carentia de eo, quod datur decretum de Incarnatione Spiritus Sancti, vel non Incarnatione illius sine dependentia à decreto de existentia alterius mundi: quia solum hac ratione decretum de altero mundo est hypothesis, & conditio; & non disparato modo se habet ad decretum de Incarnatione Spiritus Sancti.

129. Ex his premissis respondeo ad argumentum: conce dendo antecedens, & negando consequentiam. Ad consequentia probationem concessa maiore: nego minorem: nam cum per hanc scientiam de uno decreto sub conditione alterius non affirmetur decretum de Incarnatione Spiritus Sancti, sub conditione decre ti de altero mundo: sumpto hoc decreto secundum se; sed sub conditione decreti de altero mundo ut existens sine impossibilitate antecedenti influendi in decretum de Incarnatione, & existere decretum de Incarnatione sine dependentia à decreto de altero mundo sit impossibilitas antecedens indecreto de altero mundo ad influendum in decretum de Incarnatione: hinc deducitur ex parte

parte hypothesis huius Scientiæ si existat decretum de altero mundo, existet Incarnatio, intelligi carentiam decreti de Incarnatione ut existentis sine dependentia à decreto de altero mundo: quod autem Deus per unicum decretum, vel per duo comitanter, & sine dependentia unius ab altero, decernat alterum mundum, & Incarnationem, non oponitur cum eo, uod veram sit quod, si Deus decerneret alterum mundum, quin decerneret comitanter, & independenter à decreto alterius mundi, Incarnationem Spiritus Sancti, decerneret eandem Incarnationem per decretum non comitanter schabens, sed posterius natura ad decretum de altero mundo.

132 Ob. 4. Ratio, quare deberet Scientia decreti futuri sub conditione alterius decreti se tenere in hypothesi, esset quia non perfectè prouidenter decerneret Deus, nūl præuideret quid posito tali decreto, ipse Deus pro sua libertate circa alia obiecta f re decreturus. Sed tota perfecta prouidentia saluatur, absque præcedentia huius scientiæ. Ergo sine fundamento adstruitur talis præcedentia. Minor, in qua est difficultas, probatur. Saluatur perfecta prouidentia in Deo, dum nihil existat, quod sibi involuntarium, & casuale sit. Sed, quamvis Scientia de Incarnatione sub conditione alterius mundi non præcedat ad decretum de altero mundo, nihil erit involuntarium, aut casuale Deo. Ergo sine præcedentia talis scientia saluatur perfecta prouidentia in Deo. Hæc ultima minor probatur. Quamvis haec scientia non præcedat; cū tamen, posito altero mundo, penes Deum sit de cœne, vel non decernere Incarnationem Spiritus Sancti: hoc aggregatum ex altero mundo, & Incarnatione, & quodlibet extrennum illius erit Deo plenè voluntarium, & liberum. Ergo neque aggregatum neque ali quod illius extrenumerit Deo, aut involuntarium, aut casuale. Erit ergo perfecta prouidentia dispositum.

131 Respondeo ad perfectissimam Dei prouidentiam spe ðata ante positionem aliquius extremi præuidere omne, quod ex positione talis extremi quavis ratione sequendum sit: consequenterque ad ultimam Dei perfectionem in sua prouidentia non sufficiere, quod nihil sit casuale, aut penitus involuntarium, sed ultimas requiri cognoscere extrennum, quod ponit cum omnibus predicatis siue intrinsecis, siue extrinsecis, quæ illi iam conuenient siue absolute, siue conditionat.

132 Obiectio quinto. Si scientia de decreto Incarnationis Spiritus Sancti sub conditione alterius mundi præcederet de-

cretum de altero mundo, existente altera mundo, Deus non esset indifferens ad Incarnationem Spiritus Sancti. Ergo prædicta scientia non præcedit. Probatur antecedens. Si ea scientia præcederet, insigne potestatis ad decernendam Incarnationem Spiritus S. se teneret scientia visionis, qua Deus cognosceret existere decretum de altero mundo ex vi scientia conditionata: Sed potestas includens hanc scientiam non est potestas indifferens respectu Incarnationis Spiritus S. ut potest involuens scientiam connexam cum incarnatione Spiritus S. ut ex se patet: Ergo si ea scientia præcederet, Deus, existente altero mundo, non esset indifferens ad Incarnationem Spiritus Sancti.

133. Probatur antecedens. In illo signo includitur scientia visionis de decreto alterius mundi: sed hæc scientia eadem virtualiter debet representare dependentiam, quam actu habet ab illa Scientia Media: Ergo scientia visionis representans decretum alterius mundi, ut dependens ab ea scientia, ingreditur signum potestatis immediatae ad decernendam Incarnationem Spiritus S. Prima pars antecedentis est certa: quia, decernente Deo existentiā alterius mundi (quod decretum se tenet saltem ut conditio præ priori ad decretum Incarnationis) tenetur Deus cognoscere talem conditionem, qua ad ultius decretum adiuuatur: imo non facile apparet, qua alia ratione iuuetur decreto de mundo ad decretum Incarnationis, nisi quatenus præuidens se mundum decreuisse ex hac scientia ad decernendam Incarnationem dirigatur.

134. Quod autem hæc scientia debeat eadem virtualiter representare Scientiam Medium, à qua defacto procedit, probatur. Scientia visionis, qua in se ipsa res cognoscitur, debet attingere obiectum, ut defacto existit dependenter à suis causis, seu quasi causis: sed hæc est scientia visionis: ergo debet attingere decretum, ut existens, non secundum se; sed ut defacto dependens ab eo, à quo defacto dependens est.

135. Hoc argumentum non exiguam habet difficultatem, Iuxta vulgarem sententiam plurium afferentem, scientiam visionis alicuius obiecti in se ipso non posse præscindere à causis, à quibus defacto dependet prædictum obiectum. Ceterum mihi hoc argumentum exiguam ingert difficultatem, ut pote qui censem Scientiam visionis alicuius obiecti in se ipso posse præscindere à causis, à quibus defacto dependet; quando nimis rursum tale obiectum, ut cognitum ut, absolute existens potest præcedere obiectum ad suas causas, ut latius dicam, Deo fauente, tractatu de Incarnatione.

Igitur ad argumentum propositum, nego scientiam absolutam, siue visionis viuis decreti debere eandem virtualiter representare Scientiam Mod. an dirigentem ad decretum: falsum enim est scientiam visionis, qua res in se ipsa cognoscitur debere necessario attingere obiectum, ut in actu secundo dependens a causis, a quibus de facto dependens est.

SECT. V.

Quid se teneat ex parte notae illationis; siue quid affirmatur per particulam si? Vbi de conditionalibus disparatis.

136 **N**Oto primo propositionem conditionalem disparatam esse, in qua hypothesis, nec connectitur cum conditione, nec illa ratione de facto insuit, siue physicè, siue moraliter, in conditionatum, neque ad illud de facto iuuat, quamvis in illud influere, vel ad illud iuuare possit. Eam enim vocamus conditionem disparatam, quæ de facto disparato modo se habet. Cum igitur id, quod conducere potest, si de facto non conductat, de facto disparato modo se habeat: ideo quod de facto non conduit, hypothesis disparata dicenda est. Hinc infertur, licet nulla sit entitas, quæ ratione alicuius ordinationis Divinæ non possit pertinenter se habere ad aliam; nihilominus plures propositiones esse de conditione disparata, quia conditio de facto impertinenter le habet ad conditionatum.

137 Noto secundo. Hoc iuuamen conditionis inconditionatum eius debere esse conditionis, ut verè, siue physicè, siue moraliter, siue intrinsecè, siue extrinsecè, siue tanquam causa, siue tanquam conditio, insuit hypothesis in conditionatum: alioqui, quævis hypothesis aliquod conditionati impedimentum removet, non ad conditionis pertinentis genus accedet.

138 Quā obrem hæc propostio Si Turca dormiat, Petrus conuertetur non extrahitur à ratione conditionalis disparata (ut vult P. Ribad.) ex eo quod somnus Turca excludat, exclusione disponibilitatis, decretū defectu somni Turce, & carentia cōfessionis Petri, quod decretū de se impedimentum est conversionis Petri: non inquam sufficit: quia somnus nulla ratione, ut existens pro priori, excludit illud decretum; sed infert à posteriori aliun-

de esse exclusum: quam obtem nullum. sicut non habet in conuer-
sionem Petri.

139 Noto tertio. Aliquas est: propositiones de hypothesi
disparata in adaequitate: hoc est: de hypothesi, quæ respectu unius
partis conditionati pertinenter se habet; impertinenter vero res-
pectu alterius, ut patet in hac propositione, Si Turca dormiat &
Turca dormit, & Petrus convertetur: quia dormire Turcam per-
tinensissime se habet ad ipsum dormire Turcam, quæ est una con-
ditionati pars: impertinenter vero ad conuersationem Petri; quæ est
altera pars conditionati: quo fit, ut prædictæ propositiones, nec
simpliciter de hypothesi pertinente, nec simpliciter de imperti-
nente hypothesi dicenda sint, sed de hypothesi pertinente in adae-
quate sumpta in adæquatione ex parte conditionati.

140 Noto quartò. Conditionem posse concipi in dupli-
cili sensu, vel pro conditione præcise in affirmando, vel pro condicio-
ne in essendo: conditio in essendo in tota sua latitudine ea est, quæ
conducit defacto, defactoque iuuat, vel requiritur ad id, cuius di-
citur conditio. Ita applicatio ignis est conditio ad ignem produ-
ctum: ad se ipsam: & ad eius decretum; quia ad ignem concurrit
ad se ipsam, & ad huius decretum requiritur. Conditio præcise in af-
firmando est, que præcise limitat, & restringit affirmationem ad
casum, quo ipsa sit, ut si existat Petrus, existet Iohannes, quin ali-
que in alium nexus, inter conditionem, & conditionatum conun-
tiet. De hac igitur dubitanus, an possibilis sit, continuaque ve-
ritatem: & quid ad prædictam veritatem requiratur? Quod est
idem, ac querere, quid affirmetur per notam illationis, siue per
particulam, si in propositionibus conditionalibus?

141 Omnis ergo varijs Authorum sententijs. Sit pri-
ma conclusio. Propositio conditionalis de conditionato contin-
gentia non affirmat aliquam illationem, siue intrinsecam, siue ex-
trinsecam, neque huiusmodi illatione ad suam indiget veritatem.
Hoc coactus est contra Thomistas, necnon partim contra Pa-
trarem Vazquez. Prima pars huius conclusionis probatur. Potest in
tellectus affirmare, quod, si existat unum, coniungeretur cum alio,
quia opus sit affirmare hanc coniunctionem necessariam esse ex na-
tura rei, neque fundari in aliquo extrinseco id inferente: ergo ne-
cessit non est affirmare aliquam illationem, siue intrinsecam, siue ex-
trinsecam. Probatur antecedens: coniunctio futura, sub aliqua co-
ditione contingente, se ipsa independenter à conuexione intrin-
seca, siue extrinseca conditionis cum conditionato, erit, vel non
erit

erit, posita conditione: ergo se ipsa est affirmabilis. Idem suadent omnes probationes scientie Mediae, quas supra per otium expen-
dimus.

142 Objeicitur ex P. Vazquez. Propositionem condicio-
nalem nihil aliud affirmare, quam bonitatem illationis. Quod ita
confimat Author Anonymus lib. de ord. prior. & poster. cap. 25.
Licit antecedens, & consequens seorsim sumpta sint falsa; si tamen
recte unum inferatur ex alio, conditionata propositione erit vera,
ut, si equus volat, habet alas: ergo è contra, licet utrumque sit ve-
rum, si tamen unum ex alio non sequitur, est falsa, ut: si capra sal-
vat, arbor floret: ergo per propositionem conditionalem affirmae-
tur unum ex alio infirmum.

143 Respondeo negando primam propositionem, quæ de-
ducitur ex P. Vazquez. Ad probationem Anonimi respondeo: co-
cedendo antecedens, & negando consequentiam. Ratio est; quia,
si ex antecedente inferatur legitime consequens, si existat antece-
dens, coniungetur necessario cum consequenti: at vero, quamvis
non connectatur antecedens cum consequenti, nec coniungatur
cum illo necessario, poterit, si existat antecedens, coniungi cum
consequenti: quod sufficit ad veritatem propositionis affirmant-
is coniunctionem futuram conditionalem. Alia argumenta, quæ
concordant propositiones omnes indigere aliquo absolute existen-
ti ad sui veritatem, satis in superioribus dissoluimus.

144 Dico secundo. Propositione conditionalis, ut præcise
affirmans conditionato modo, non affirmat conducentiam actu-
alem conditionis in conditionatum. Probatur. Propositione condi-
tionalis, ut præcise conditionalis est, solum affirmat, quod, posito
vno extremo, erit alterum; sed affirmare hoc, præscindit ab eo,
quod primum conducat defacto ad secundum. Ergo affirmatio
conditionalis, prout præcise conditionalis, præscindit ab affirma-
tione conducentiae, siue influxus conditionis in conditionatum.
Consequentia est bona. Minor certa: siquidem affirmare, quod,
posito uno, erit alterum, solum est affirmare id, quod requiritur,
ut posito uno, alterum detur. Sed ad hoc non requiritur, quod,
posito uno, detur alterum ex via conducentia primi in secundum;
sed præcise, quod detur. Ergo id dicitur affirmatur præscinde-
do à conducentia, vel influxu. Iam vero maior probatur. Tum ex
eo quod non est ratio cur in affirmatione non posita, affirmando
coniunctionem pro casu hypothesis, præscindere à conducentias,
tuueriam, quia possum affirmare, quod, posito uno, dabitur alte-

rum ignorando, andatur, vel non detur talis conducentia, talis vero influxus. Ergo, & affirmare praescindendo ab influxu, & conduceat.

145 Hec tamen conclusio intelligenda est respectu creaturatum, non autem respectu Dei: quia Deus solum affirmat conditionato modo ea, quae nequeunt affirmari vere modo absoluto. Cum autem ea, quae disparato modo se habent, v.g. conuersio Petri sub conditione somni Turce, ex eo veritate habeant, quia (ut infra dicemus) absolute existit conditionatum: hinc deducitur Deum solum affirmare modo conditionato propositiones de hypothesis pertinacis; non vero, quae sunt de hypothesis impertinentibus habente respectu conditionati.

146 Ex quo deducitur 1. propositionem scire conditionalem, prout distinctam à propositione exigente veritate non absoluam, ex parte conditionati, affirmare aliquid in influxu in hypothesis in conditionatum: quia propositione, ut sit etem conditionata, dicit hypothesis non disparato modo se habere, & consequenter dicit aliquid in influxu conditionis in conditionatum.

147 Dedicitur 2. propositionem scire conditionalem contingente dicere ex parte hypothesis carentiam necessitatibus, & impossibilitatis antecedentis ad conditionatum: quia dicit influxum contingente conditionis in conditionatum: praedictus autem in influxus dicit ex parte conditionis carentiam, tum impossibilitatis, tum necessitatibus antecedentis ad influendum.

148 Dico tertio. Propositione conditionalis de conditione omnino disparata haber determinatam veritatem, vel falsitatem. Probatur: loquendo v.g. de hac propositione, *Si Turca dormiat Ioannis conuertetur*, supposito, quod Deus conuersione non prius decernat; aut permittat, se mouendo ex somno Turce. Conserui Ioannem absque eo, quod Deus decernat prius, vel permittat eius conuersionem, sub conditione somni Turce, & absque eo, quod Deus moveatur ex somno Turce præcogito, ut ex iste posibile est. Potest ergo Deus absque his conditionibus tendentias, & absque tali motione, pro sua dunta et libera voluntate per se posito peccato Ioannis conserve illi auxilium efficax ad conuertere in Tunc sic.

149 Si Turca dormiat, vel erit conuersio Ioannis, prædicto modo possibilis, vel non erit. Si erit, propositione erit determinata vera, si non, erit propositione determinata falsa; consequenter que erit vera, quae enuntiet quod, posito somno Turce, erit defensio.

Etus conversionis prædicto modo considerate. Ergo una ex illis propositionibus est determinata vera, & altera falsa. Primum antecedens, ex quo tota probatio proficiscitur; probatur ex illo principio toties in hoc tractatu expenso, & inculcato. Quodlibet pro qualibet differentia temporis, pro qualibetque vera suppositione, vel est, vel non est. Ergo, si existat somnus Turcæ, reuera illa conuersio, velerit, & coniungeretur cum somno Turcæ: vel si non erit, eius defectus cum prædicta oppositione somni Turcæ coniungeretur.

150 Obiectes aduersum secundam, & tertiam conclusionem. Per propositiones conditionales non affirmatur, ut cunque coniunctio; sed insuper affirmatur conditionatum aliquomodo tribui conditioni. Ergo affirmatur aliqua conductentia conditionis in conditionatum. Antecedens probatur. Haec propositiones ita affirmant, ut modo conditionato affirmandi intendamus exprimere quod, si detur illa conditio, erit conditionatum, potius quam si non detur, nosque ipso affirmandi modo insinuamus habere aliquid fundamentum, ut affirmemus conditionatum extitum, si detur illa conditio, potius quam si non detur: hoc est afferre conditionem de facto coaducere, & iuvare in conditionatu. Ergo id affirmamus per propositionem conditionalem.

151 Respondeo negando assumptum. Ad probationem, nego minore p., quia per modum conditionatum affirmandi non enuntiamus dicti conditionatum, potius pro casu conditionis, quam pro casu defectus conditionis, ita ut ly potius pro uno casu, quam pro alio se teneat ex parte obiecti affirmati, sed nos ita affirmamus conuersionem Petri pro casu somni Turcæ, ut non affirmemus pro alio, non tamen negamus extitaram conuersionem pro alio casu; sed ab hoc omnino praescindimus. Deinde: quando affirmamus conuersionem Petri pro casu somni Turcæ, ipso modo affirmandi insinuamus habere fundamentum ad id affirmandum, potius quam ad affirmandum oppositum, non tamen insinuamus habere nos fundamentum ad enuntiandum conditionatum potius sub hac hypothesi, quam sub defectu illius: hoc enim absque fundamento dicitur. Cessat igitur contrarium argumentum.

152 Obiectes secundo. In rebus existentibus de presenti non sufficit concordanteria duorum extremitum, ut unum existat sub conditione alterius: alioqui coexistentibus Petro, & Paulo, vterque existeret sub conditione alterius: ergo neque sufficit concordanteria futura, ut unum sit extitum sub conditione alterius. Ergo quo-

ries affirmatur vnum sub conditione alterius, non affirmatur praescindendo à conducedentia; sed positivè affirmatur conducedentia, & iuuamen conditionis in conditionatum.

153 Respondeo in propositione conditionata à nobis cōcepta, præcise, vt tali, non affirmari vnum sub conditione alterius ex parte obiecti; sed tantum ex parte actus: hoc est hypothesis nō esse conditionem in essendo, neque affirmari, vt talem; sed tantum esse conditionem in affirmando: quatenus affirmatur conditionatum præcise pro casu, quo detur hypothesis, & non pro alio. Hinc ad argumentum. Concesso antecedente, & prima consequentia, distinguo ultimum consequens. Ergo quoties affirmatur vnum sub conditione alterius, affirmatur aliqua conducedentia. Si affirmetur sub conditione ex parte obiecti, concedo; si affirmetur sub conditione ex parte actus, nego consequentiam; quia, vt A sit conditio in affirmando respectu B non requiritur conducedentia ex parte obiecti, sed solum quod affirmetur B pro casu duntaxat, quo extiterit A.

154 Restat modo explicare, quid requiratur ad veritatem propositionis conditionalis disparata: utrum videlicet eius veritas dicat existentiam aliquam absolutam, vel potius nullo absolute existente opus habeat, sicut propositione conditionalis de conditione pertinente.

155 Dico ergo ad veritatem propositionis conditionalis disparata requiritur absolute existentia conditionati (licet eiusmodi propositione ex modo affirmandi ab hoc praescindat) v.g. data hac propositione. Si Turca dormiat, Petrus conuertetur, necessarium est, vt vera euadat (supposito quod hypothesis nullatenus influat in conditionatum) quod Petri conuersio absolute futura sit. Probatur hoc assertum.

156 Esse verum quod, si Turca dormiat, Ioannes conuertetur, habendo se impertinenter Turcam dormire ad Ioannis conuersionem, est quod Ioannes conuertetur, siue Turca dormiat, siue non dormiat. At hoc dicit, quod absolute Ioannes conuertetur. Ergo predicta veritas involuit quod Ioannes absolute conuertetur. Consequentia est bona. Probo maiorem, postea minorem probaturus. Non impertinenter se haberet A. ad B. si existente A. existiturum esset B. & deficiente A. defectum esset B. Igitur quod, si existat A. existat B. habendo se impertinenter A. ad B. est quod existat B. siue existat, siue non existat A. Antecedens videtur lumen naturæ clarum, id enim, quo existente, existit B, &, quo deficiens,

ciente, deficit B. conducit, siue intrinsece, siue extrinsece ad B. ergo quod impertinenter se habet ad B. quando est simul verum quod, si illud existeret, existeret B. ita se habet, ut existeret B. siue illud impertinenter se habens existeret, siue non existeret.

157 Minor autem, nempe verum esse, quod Ioannes conuertetur, siue Turca dormiat, siue non dormiat, dicere, quod Ioannes absolute conuertetur: facile videtur probari. Nam Ioannem conuertendum esse, si Turca dormiat, & si Turca non dormiat, excludit hanc veritatem Ioannes non conuertetur. Ergo dicit hanc veritatem Ioannes conuertetur: consequentia est bona. Antecedens probatur. Si Ioannes non conuertendus esset, vel non esset conuertendus dormiente Turca, vel non esset conuertendus non dormiente Turca: aliter enim esset casus chymicus: siquidem defectus conuersionis esset futurus, quin Turca somnus existeret, & quin deficeret: sed neque defectus conuersionis Ioannis esset futurus dormiente Turca, aliter enim esset verum, Si Turca dormiat Ioannes non conuertetur, neque defectus conuersionis Ioannis esset futurus non dormiente Turca, quia esset verum si Turca non dormiat Ioannes non conuertetur. Ergo si verum est Ioannem conuerteadum, siue Turca dormiat, siue non dormiat, non erit verum absolute, Ioannem non conuertendum esse: Ergo erit verum oppositum, videlicet Ioannem absolute conuertendum esse.

158 Dices: verum esse quod, si Turca dormiat, Ioannes conuertetur, habendo se impertinenter somnum Turcæ ad conuersionem Ioannis: attamen dari hanc veritatem disparatam, siue disparato modo se habente hypothesi respectu conditionati, non esse, quod Ioannes conuerteretur, siue Turca dormiret, siue non dormiret; sed solum quod somnus Turcæ neque conudcat ad conuersionem, neque ad carentiam conuersionis vicissimque carentiam somni, neque ad conuersionem, neque ad defectum conuersionis proficiat, quod quidem non arietur conuersionem futuram, siue Turca dormiat, siue non dormiat: quia non videtur repugnare quod somnus Turcæ, neque ad conuersionem, neque ad carentiam conuersionis conudcens sit: & tamen verificantur simul haec dux propositiones: Si Turca dormiat Ioannes conuertetur; si Turca non dormiat Ioannes non conuertetur. Sicut enim verum est quod, si Tur-

ca dormiat, Ioannis conueretur, quin Turcam dormire iuuet defacto ad conuersionem, & similiter potest seorsim ab altera veritate esse verum quod, si Turca non dormiat, Ioannes non conueretur, quin defectus somni ad defectum conuersionis iuuet defacto; cur non poterit utrumque simul verum esse, quin Turcam dormire, vel non dormire conducat defacto in conuersionem, potius quam in Ioannis non conuersio-

nem?

159. Fateor non facile probari efficaciter repugnare unum extremum v. g. A, habere se impertinenter respectu alterius extremi v. g. B. nihil iuuando ad B. aut ad defectum B, & tamen veras esse has duas propositiones: *Si existat A, existet B. si deficit A deficit B.* Ceterum existimo difficultatem non ex obscuritate, sed potius ex nimia rei claritate oriri: aliqua enim usque adeo humano innotescunt intellectui, ut egre admodum clariora alia in eorum valeant reperiri probationem. Huiusmodi arbitror esse hoc principium: *Id, quo existente; existit aliud, & quo deficiente, deficit aliud, non omnino impertinenter se habet respectu illius.* Et similiter hoc: *quod existit omnino independenter ab A. non deficeret, quamvis deficeret A.*

160. Quod iterum declaratur. Haec veritas: *Si existat A. existet B. nihil prorsus iuuante A. importat extitum esse B. quin ita extitum fundetur ullo modo in existentia entitatis A: ergo importat extitum pro casu euitatis A proindo, ac si talis casus non daretur; hoc autem est formalissime extitum esse B. siue existat A, siue non existat. Ergo hoc requiritur ad veritatem illius propositionis: Si existat A, existet B, nibil prorsus iuuante A,*

SECT. VI.

Illationes ex dictis:

161. Infertur ex dictis primo. Propositionem conditionalem disparatam non recte explicari per propositionem copulatiuam, ita, ut haec propositio: *Si Turca dormiat, Ioannes conueretur: reddat hunc sensum: Turca dormiente Ioannes conueretur, sive in aliqua simul duratione Turca dormiet, & Ioan-*

mes conuertetur. Probatur. Propositio conditionalis ad sui veritatem non requirit, quod conditio existat, sed quod, si conditio existat, decur id, quod affirmatur dari casu, quo detur talis conditio: Ergo propositio conditionalis disparata non affimat utrumque extremum absolute: Antecedens probatur, & declaratur. Supponamus Ioannem conuertendum, sive Turca dormiat, sive nondormiat, in quo nulla est implicatio. In hoc casu vera est hæc propositio. *Ioannes conuertetur*, sive *Turca dormiat*, sive *non dormiat*. Ergo etiam scorsim erit verum *Ioannes conuertetur*, si *Turca dormiat*, & etiam *Ioannes conuertetur*, si *Turca non dormiat*. Ergo hæc propositiones conditionalis non affimant exillentiam conditionis: aliqui essent simul vera hæc duæ propositiones: *Turca dormit*, & *Ioannes conuertitur*, *Turca non dormit*, & *Ioannes conuertitur*, qua propter conuersio Ioannis coexisteret simul defacto dupli cōtradictorio.

162 Infertur secundo. Neque propositionem conditionalem disparatam sufficienter explicari per propositionem disiunctivam de carentia conditionis, vel existentia conditionatis, siue, quod idem est, per propositionem negantem coexistentiam conditionis cum carentia conditionati. v. g. hæc propositio, *Si Turca dormiat, Ioannes conuertetur*. Insufficienter ita exponitur: *Non existent simul Turcam dormire*. & *Ioannem non conuerti*. Probatur: supponamus, neque Turcam dormire, neque Ioannem conuerti. In hoc casu verum est, vel Turcam non dormire, vel Ioannem conuerti: quia ad veritatem propositionis disiunctivæ sufficit aliquid exterrimum ex disiunctiue affirmatis. At non eo ipso in hoc casu verum est, quod, si Turca dormiat, Ioannes conuertetur: Ergo propositio hæc insufficienter explicatur per illam. Minor probatur. Supposito, quod Turcam dormire impertinenter se habeat ad concessionem Ioannis, & ad non conuersiōnem, & supposto, quod Ioannes non conuertatur, carentia conuersiōnis Ioannis eodem modo existet, sive Turca dormiat, sive non dormiat. Præter quamquod, adhuc in propositione conditionali de conditione pertinente v. g. *Si existat auxilium exsistet consensus*, non eo ipso, quod deficiat auxilium, & concensus, verum est, quod si existat auxilium, exsistet consensus: Ergo longe minus in conditionali disparata, cum conditio nullo modo conduceat in conditionatum, si tamen dicaste in aliquo sensu ex his, quos reieciimus, intellige-

re propositionem conditionatam, facile tibi respondebo perperam in hoc sensu intelligi, cum alias reliquias sit, qui magis propositioni conditionatae congruus sit, iuxta communem verbi conditionati acceptiōnem.

163 Infertur tertio: propositionem conditionatam de conditione disparata, qua non affirmat conditionem disparato modo se habere respectu conditionati, affirmare conditionatum restringendo affirmationem ad casum, quo existat hypothesis, praesciudendo ex modo affirmandi ab eo, quod hypothesis iuuet, vel non iuuet ad conditionatum. Patet ex dictis, quia propositio conditionata praescindit ex modo affirmandi ab eo, quod sit de conditione disparata, potius quam de conditione pertinente: sed affirmare hoc modo est dumtaxat affirmare conditionatum, restringendo affirmationem ex parte modi casum hypothesis, praesciudendo ab eo, quod iuuet, vel non iuuet: Ergo talem sensum continet propositio conditionalis praedicta. Sivero affirmetur B. ut extiturum sub hypothesis A, ut sub hypothesis disparata, affirmatur, saltem aequaleater, ut extiturum absolute, quia affirmatur ut extiturum, siue existat, siue non existat. A. Ex quo infertur absolute extiturum B. Ergo saltem aequaleanter affirmatur absolute extiturum B. Ex qua doctrina.

164 Infertur quarto, Deum propriè loquendo, non habere scientiam conditionatam, seu medianam de eventu sub conditione disparata. Explicatur hæc conclusio. Deus debet cognoscere obiectum, qua perfectione cognoscibile est pro signo, pro quo illud cognoscit: sed pro signo, pro quo est cognoscibilis v. g. conuersio Petri sub hypothesis somni Turcæ, est etiam cognoscibilis, ut absolute futura: ergo Deus non cognoscit hæc veritatem. Si Turca dormiat Petrus conuertetur sub expressione cōditionata praescidente ex suo modo tendendi ab eo, quod conuersio sit, vel non sit absolute futura, sed cognoscit conuersiōnem, ut absolute futuram, & somnum Turcæ, ut impertinenter se habentem ad prædictam conuersiōnem. Consequentia est bona, & maior certa: alioqui Deus posset cognoscere imperfecte obiectum. Minor constat ex dictis: quia, ut supra diximus, verum esse conuersiōnem futuram sub hypothesis aliqua nihil inuante ad conuersiōnem, infert infallibiliter conuersiōnem absolute futuram esse. Ergo pro signo, quo datur eiusmodi veritas cognoscibilis est conuersio, ut absolute futura.

165 Insertur quinto. Propositionem de hypothesi in adæquatè impertinente, & in adæquate disparata respectu conditio-
nati, exigere ad sui veritatem existentiam absolutam illius partis
conditionati, respectu cuius impertinenter se habet. V. g. in hac
propositione. Si Turca dormiat: & Turca dormiet, & Petrus co-
ueretur. Requiritur ad illius veritatem, quod Petrus absoluē
conuertendus sit. Facile probatur ex dictis, quia conuersio Petri
ita erit pro casu somni Turce, ut nullo modo fundetur in tali som-
no: Ergo per inde erit in tali casu, ac si talis casus non daretur: Et
go erit siue Turca dormiat, siue non dormiat: at qui hoc arguit,
ut supra probatum est conuersionem Petri absoluē futuram esse:
Ergo ut sit vera illa præpositio requiritur quod absoluē sit fatus
ga conuersio Petri.

QVÆST. XVII.

De proprietatibus Scientiæ Mediae.

AD plenam Scientiæ Mediae intelligentiam eius proprieti-
tates oportet inuestigare: plures enim Scientiæ Mediae
proprietates insunt, que, & difficultatem continent
non exiguum, & quarum exacta discussio plurimum ad
prædestinationis perfectiorem notitiam iuuabit.

SECT. I.

De multiplicitate Scientiæ Mediae.

IN Oneſti nobis sermo de multiplicitate reali, cum inter actus
Divinos toti Trinitati comunes nullas sit: nec de multi-
plicitate dumtaxat mentali, que parui momenti est, sed de multi-
plicitate virtuali, que in susceptione duplicitis prædicati contra-
dictorij consistit. Hoc est: vtrum dentur in Deo cognitiones con-
ditionate contingentes, quibus prædicata conueniant contradic-
toria? Vel potius dicendum sit omnes cognitiones conditiona-
tes contingentes unam virtualem Scientiam Medium constituere.
Cumque in Deo non solum Scientia Media directa, verum etiam,
& reflexa sit: neque solum de actibus humanis; sed de actibus, quo-

que diuinis liberis sit Scientia Media : de omnibus iuueniandum est; an vnam, vel potius multiplicem virtualiter Scientiam Mediā constituant?

2 Sit prima conclusio. Inter scientiam directam de consensu v.g. sub hypothesi auxiliij, & scientiam reflexam (sive distinguuntur, sive non distinguuntur, hac, vel illa ratione à scientia absoluta de collatione auxiliij, à quo modo praecondo) habentem pro conditione hanc Scientiam Medium directam, & pro conditionato hypothesim scientiæ directæ, datur distinctio virtualis. Hoc est: Scientia Media hæc si existat auxilium existet consensus; distinguuntur virtualiter ab hac: Si auxiliū præuidetur efficax, existet. Probatur hæc conclusio. His scientijs conueniunt prædicata contradictoria. Ergo distinguuntur virtualiter. Antecedens probatur. Scientia Media directa constituit, vel saltē constituere potest signum indifferentiæ diuinæ ad decernendum auxilium A. At scien-
tia reflexa nequit tale signum constituere cum scientia directa ergo conueniunt illius prædicata contradictoria. Maiorem suppono ex principijs in Societate communib: quandoquidem omnes ferme nostri Doctores asserunt Deum ex notitia conditionata efficacia, vel inefficacia auxiliij dirigi, ita, ut ex illa posse sit, vel ad conferendum moneri, vel retrahi ab eius auxiliij collatione. Ut late diximus quæst. 2. de Præd.

3 Minor igitur, in qua potest esse difficultas ostenditur. In signo indifferentiæ ad collationem, & negationem auxiliij, nequit intelligi aliquid connexum cum existentia auxiliij. At scientia reflexa, simul cum directa de efficacia auxiliij sunt quid connexum cum existentia auxiliij: Ergo scientia reflexa simul cum directa non constituit signum indifferentiæ ad collationem, & negationem auxiliij. Maior est certa, minor facile probatur. Scientia reflexa verificat hanc propositionem. Si auxiliū præuidetur efficax, existet. Scientia directa efficacie verificat hanc auxiliū præuidetur efficax, at hæc duplex veritas connectitur cum existentia auxiliij: Ergo illa duplex scientia connectitur cum existentia auxiliij, con sequenterque, non existit, utraque scientia in signo indifferentiæ.

4 Declaratur vterius hæc ratio. Quæ virtualiter, non distinguuntur ita se habent, ut nihil conueniat vni, quod non conueniat realiter utriusque simul, cum neutrum ab altero, aut ab utroque simul virtualiter distinguatur: Sed Scientiæ Mediae directæ de consensu sub auxilio conuenit aliquid, quod non

non conuenit simultati huius scientia directa ; & scientia reflexa de collatione auxilij sub conditione scientia directa de illius efficacia : Ergo scientia directa distinguitur virtualiter, tum à similitate utriusque scientia, tum à scientia reflexa, quandoquidem, si ab ea non distingueretur, neque à simultate utriusque scientiae distincta foret. Minor probatur. Scientia directa de efficacia auxilij potest Deum dirigere ad eius liberam collationem: simultas utriusque scientiae, ut pote connexa cum existentia auxilij, non potest ita dirigere. Ergo conuenit yni aliquid, quod non conuenit alteri.

5 Aduersus hanc conclusionem unicum, sed non leue argumentum est: quia nimirum videtur inferri esse infinitas scientias reflexas virtualiter distinctas, quod absurdum est, licet oppositum nonnulli senserint; quibus aliquando accessit Aldrete. Assumptum probatur. Hac scientia reflexa: Si auxilium praevideatur efficax, existet, distinguitur virtualiter ab alia reflexa supra reflexam tendente hac ratione: Si Deus cognoscat reflexa, quod si auxilium praevideatur efficax, conferatur, defacto conferetur. Deinde haec secunda scientia distinguicur virtualiter ab alia tertia reflexa, cuius hypothesis sit, haec secunda, & sic in infinitum. Ergo sunt infinitas scientias reflexae virtualiter distinctae. Primum antecedens probatur: sicut se habet, prima scientia reflexa respectu scientiae directae, ita se habet scientia reflexa respectu primae, & tertia, respectu secundae, & sic in reliquis: Ergo omnes distinguntur inter se virtualiter.

6 Respondeo minime ex conclusione nostra inferri infinitudinem scientiarum: quia, licet ob rationem traditam Scientia Media directa à scientia reflexa distinguenda virtualiter sit, non tamen una scientia reflexa ab altera scientia reflexa. Ratio huius sumitur ex his, quæ in superioribus diximus: ex eo enim scientia directa distinguitur à reflexa: quia scientia directa præcedere debet in signo indifferentia ad decrementum collarium auxilij, quod se tenet ex parte hypothesis; cumque scientia reflexa, ita dirigere non valeat: inferritur illis prædicata contraria conuenire. At inter ipsas scientias reflexas non datur quod una sit in aliquo priori directionis, & in indifferentia, in quo altera non sit. Id circa nihil realiter conuenit vni, quod alteri proinde non conueniat. Scientiam reflexam Deum non dirigere, ostendimus supra quest. 16. sect. 3.

7. Sit secunda conclusio. Si verum sit dari aliqua decretum Diuina, quæ ab intrinseco habeant, nec imperari, nec dirigi posse à Scientia de aliquo euentu sub conditione talium decretorum iuxta id, quod supra diximus loquentes de directione Scientiarum Mediae actuum diuinorum: in hac, inquam, suppositione, à cuius veritate, vel falsitate modo praescindimus: Scientia Media euentuum, qui contingenter erunt sub conditione talium decretorum, distinguatur virtualiter à Scientia Media de actibus humanis. Probatetur hæc conclusio eadem ratione, qua precedentem probauimus. Scientia Media horum actuum diuinorum nequit dirigere Deum ad tales actus, nec se tenere in priori indifferentiæ diuinæ ad tales actus. Sed Scientia Media de objectis creatis, circa quæ versantur hec decreta, dirigit Deum ad hæc decreta concipienda, ut late constat ex tota quest. 2. de Prædestinatione. Ergo his Scientijs Medijs conueniunt prædicata contradictionia. Ergo distinguuntur virtualiter.

8. Sit tertia conclusio eidem principio insistendo. Scientia Media habens pro conditionato aliquem actum diuinum pro libertate, & determinatione Diuina conceptum distinguitur virtuiter à Scientia Media humanorum actuum. Probatur. Scientia Media de aliquo actu Diuino sub aliqua conditione nequit dirigere Deum immediate, ut supra ostendimus, ad decretum, quod se tenet ex parte conditionati: quia talis scientia, ut coniuncta cum cognitione hypothesis dirigente ad conditionatum connectitur intrinsecè cum decreto tenente se ex parte conditionati. At qui pro signo indifferentiæ diuinæ ad ponendum conditionatum, intellecta iam hypothesis, intelligitur Scientia Media actu humanorum, & euentuum, qui ex determinatione creaturæ erunt sub conditione talis decreti, ut constat ex dictis tract. de Prædestin. quest. 2. & 3. Ergo Scientia Media de actu Diuino, & Scientia Media de actu humano conueniunt prædicata contradictionia. Ergo distinguuntur virtualiter.

9. Sit quarta conclusio. Reliqui actus Scientiarum Mediae inter se virtualiter identificantur, ita ut omnes Scientiarum Mediae directæ, quæ non sunt de actibus Diviniis; sed de humanis determinationibus, nullam inter se dicant virtualem distinctionem. V. g. Scientia Media de consensu Petri sub uno auxilio, & de dissensu sub altero. Item Scientia Media de operationibus liberis allorum hominum sub diversis auxilijs: omnes, inquam, haec scientiarum, & non plures virtualiter scientias constituant. Explicatur hæc conclusio.

Deus

Deus modo habet scientiam virtualiter simplicem omnium even-tuum futorum ex determinatione humana sub conditione huma-næ libertatis ad eam determinationem. Quando autem Petrus in instanti presenti consentit auxilio A. potest dissentire. Si vero dis-sentiat, non solum non erit Scientia Media, quæ de facto affir-mat consensurum; verum etiam deficit tota Scientia Media, quæ om-nes eventus futuros sub cōditione enuntiat, & loco illius erit alia Scientia, quæ indubitate affirmet reliquos eventus, quos affir-mat altera, & neget consensum, quem altera, si existaret, affirma-ret.

10. Potissima huius conclusionis ratio est: quia simplicitas Diuina exigit, ut ubi necessitas non urget, formaliter Diuina ne-virtualiter quidem distinguantur, aut multiplicentur. Sed nulla est vrgens necessitas ad multiplicandas virtualiter p̄fatas Scien-tias. Ergo multiplicandæ non sunt. Minor probatur. Ratiōnes, qua pro multiplicitate, & distinctione aliarum scientiarum militant, in scientijs de conditionatis à libero humano arbitrio dum-taxat determinabilibus, vim non habent. Cum enim nulla ex his Scientijs à voluntate Diuina deperdeat, poslunt omnes ad quamlibet determinationem Diuinam in signo libertatis p̄cedere; ex eo enim, quod p̄cedant nulla Diuina libertas minuitu.

11. Ob. 1. Scientia conditionata de consensu Petri p̄ce-dit auxiliij Petri collationem. At scientia de consensu Pauli non p̄cedit ad collationem auxiliij Petri. Ergo suscipiunt p̄dicata contradictionia: consequenterque virtualiter distinguuntur. Con-sequentia est bona, & maior certa in nostris principijs. Minor pro-batur. Notitia de eo, quod impertinenter se habet ad conferendū Petro auxilium, non dirigit Deum ad illud cōferendum. Sed quod consensurus sit, vel non sit Paulus cum alio auxilio impertinenter se habet ad conferendum auxilium Petro. Ergo notitia illius ve ritatis non dirigit Deum ad vocandum Petrum.

Respondō negando minorem, videlicet scientiam de con-sensu Pauli sub auxilio B. non p̄cedere collationem auxiliij Pe-tri. Ad probationem respondeo 1. transmisla maiore, negando mi-norem: quia notitia de consensu Pauli, sub auxilio B. potest mouere Deum ad conferendum Petro auxilium A. quia potest velle Deus quod Petrus consentiat propter coniunctionem illius veri-tatis absolute cum veritate conditionata de consensu Pauli sub auxilio A.

12. Respondeo 2. distinguendo maiorem. Notitia de eo, quod

quod impertinenter se habet ad auxilium A. non dirigit ad eius collationem: si ea notitia nullum habeat obiectum pertinenter se habens ad auxilium A. concedo. Si habeat aliquod obiectum pertinenter se habens: nego maiorem. Cum autem notitia de efficacia auxiliij A respectu Petri, & de efficacia auxiliij B. respectu Pauli representet efficaciam auxiliij A. que, ut præuisla pertinentissima est ad collationem auxiliij A, ideo scientia unam, & alteram efficaciam representans dirigere potest ad quodlibet ex his auxilijs.

13. Ob. 2. Connaturalius est, quod in signo libertatis Petri ad consentiendum, & dissentiendum auxilio A detur in Petro duxit libertas ad impediendam Scientiam Medium de Petro solo, quam ad impediendam omnem Scientiam Medium, que de facto est in Deo. Ergo connaturalius est, quod Scientia Media de consensu Petri non sit virtualiter scientia de consensu reliquorum. Antecedens probatur. Deus potest pro sua libertate prius decernere Petrum, quam Paulum, & non decernere Paulo auxilium quovsque videat absolute, & in se ipso consensum Petri, ut elicitu medio auxilio A. Ex quo insertur posse Paulum pro sua libertate, & dominio impeditre libertatem, quam defacto habet Deus ad conferendum auxilium Petro.

14. Ceterum hoc videtur difficile: quod quidem libertas Dei ad decernendum auxilium Petro videatur independens ab eo, quod postquam Petrus habet auxilium, illi que consentit, omnino liberum, & contingens est Deo. Quod autem dependens sit in nostro casu, clare deducitur ex dictis: quia signum libertatis ad conferendum auxilium Petro constituitur per scientiam simul representantem euentum auxiliij A. conferendi Petro, & euentum auxiliij B. si conferatur Paulo. Cum igitur pro signo indifferentia Pauli ad consentiendum, & dissentiendum sit Paulus indifferens ad impediendam Scientiam Medium, que de facto est, erit etiam indifferens, ad impediendam scientiam, per quam constitutum fuit signum libertatis Diuina ad conferendum auxilium Petro: quandoquidem inter eas Scientias nulla virtualis distinctio intercedit.

15. Respondeo: inconveniens non esse habere Paulum potestatem impediendi libertatem, quam defacto Deus habuit ad decernendum auxilium Petro: quia hoc solum probat dari mutua prioritatem inter consensum Pauli, & Scientiam Medium ipsius consensus, quatenus Scientia Media consensus Pauli præcedit consensum Petri, & hic præcedit collationem auxiliij Pauli, & consequenter consensum eiusdem Pauli: & ex alia parte consensus Pauli

Pauli præcedit ad Scientiam Medium, & ratione illius ad consensum Petri. Hæc autem mutua prioritas necessario debet concedi, ut supra, cum hoc tract. tum tract. de Præd. sapè documentum.

SECT. II.

De impedibilitate Scientiæ Mediae.

16 **S**ub præfixo titulo in quæstionem vocamus: an hæc Scientia Media. V. g. Si vocetur Petrus vocatione A (sub cuius vocationis nomine intelligo totam libertatem ad consentiendum, & dissentiendum) *de facto* consentiet: posita in rerum natura libertate, quæ est hypothesis illius propositionis, humana voluntati subiectiatur: ita vt sit in potestate, & in manu Petri facere per dissensum ne talis scientia fuerit in Deo: sed potius opposita: via iurum: Si Petrus vocetur vocatione A dissentiet illi? Vel potius dicendum sit, eam Scientiam extra humanam potestatem penitus esse: ita, vt, licet voluntati liberum sit ponere dissensum, ex quo per legitimam illationem inferatur præcessisse carentiam sc̄ientia affirmantis consensum, & scientiam evanescit autem dissensum: minimè tamen dicendum sit voluntatem posse facere quod una deficiat, & altera existat.

17 Idem dubium est circa decreta omnia, quæ Scientia Media diriguntur, vt est decretum de consensu: decretum de gloria per consensum obtinenda: necnon decretum de ipso auxilio ut effici. Cum enim omnia hæc decreta à Scientia Media dirigantur: si Scientia Media absolute impedibilis sit ab humana libertate per exercitium absolutum, consequenter decreta poterunt impedi, utpote quæ Scientiam Medium essentialiter supponunt. Scientiam Medium non posse ab humana libertate per suum exercitium liberum absolutum impediri tenet P. Mosina in concord. quæst. 14. art. 13. disp. 49. per totā. Tenent etiam, licet obscurè ali qui ex antiquioribus Societatis. Ex professò id etiam docent P. Oviedo in manuscriptis, & R.R. quidam Salmanticensis, quos apud alios nostros reperies citatos, & impugnat.

18 Scientiam Medium, necnon decreta omnia, quibus Scientia Media prælucet, per exercitium absolutum humana libertatis posse impedi, constans iam serè omnium autlio: um Societatis sententia est: quam etiam docuere loquentes de Præscientia

absoluta Altisiodorensis, Gilbertus Porretanus, & quidam An-
gli, ut refert Gregorius in 1. dñi. 4. quæst. 1. art. 2. qui etiam in
coram sententiam propendet. Eandem amplectuntur D. Bonav. in 1. distinct. 40. in secunda part. art. 1. quæst. 1. Ricard. dist. 38.
quæst. 6. Scotus distinct. 40. quæst. vñica, Ocham, & Gabriel dist.
38. quæst. 1. & ceteri Nominales communiter. Sylvester in confla-
to quæst. 22. artic. 5. Driedo de concordia liberi arbitrij, & Præ-
destinat. part. 2. cap. 2. & 3. Albertus Pighius lib. 8. de libero ar-
bitrio cap. 1. Andræas de Vega lib. 2. in Concil. Trid. cap. 17. in
responsione ad 3. obiectionem, & lib. 12. cap. 22. Antonius Cor-
dub. lib. 1. quæst. Theolog. quæst. 55. dub. 11. & 12.

19. Huic sententiæ libertissimè subscribo: & eam sic explic-
co. Deus ita præuidet consensum Petri v. g. ut quando iam Petrus
liber est ad consentiendum, pro sua libertate possit consentiendo
determinare Deum, ut ab æterno habuerit scientiam affirmantem
Petrum consensurum, si vocetur auxilio A: & similiter pro sua li-
bertate possit dissentiendo operari, quod Deus ab æterno nullate
nus habuerit scientiam affirmantem consensum; sed potius (cien-
tiam oppositam, utique scientiam enuntiantem Petrum dissen-
sum, si vocetur auxilio A. Hæc sententia ita explicata.

20. Probatur. 1. ex Aug. lib. 5. de Civit. cap. 10. Illa nece-
sitas formidandi est, que non est in nostra potestate, non tam in men-
da, nec libertatem destruens, que est in nostra potestate. Ego iuxta
Augustinum necessitas à nobis incurabilis libertatem tollit. Ergo
coniunctum ex Scientia Media de efficacia auxiliij, & ex auxiliij
existentia (quod quidem coniunctum est necessitas consensus) ut
libertatem non tollat, necesse est, quod à nobis possit evitari. At
qui auxilium evitare non possumus. Ergo, vel debeimus posse evi-
tare Scientiam Medium, vel funditus ruit nostra libertas. Eodem
discursu probatur decreta connexa cum actu, vel ab humana li-
bertate esse impedibili, vel cum libertate minime coherere.

21. Probatur 2. hæc sententia. Scientia Media ideo existit,
quia homo consentiet, si vocetur. Ergo homo dissentiendo potest
facere quod ea Scientia non extiterit. Probatur hæc consequen-
tia. Qui potest impedire ratione existendi alterum, & à qua essen-
tialiter descendit, consequenter potest impedire illud alterum. Sed
homo in casu existentie auxiliij potest impedire consensum, qui
pro illo casu est ratio existendi scientiam. Ergo consequenter po-
test impedire scientiam. Discursus legitimus est. Maior autem vi-
detur lumine naturæ nota: qui enim potest facere ne existat id
cui

qui alterum essentialiter nescit, potest facere ne existat illud alterum: sicuti qui ponit rationem determinantem essentialiter alterum, in causa eius, ut existat illud alterum. Minor vero constat ex communi consensu PP. afferentium non ideo resesse quia vindicantur; sed potius ideo videri quia sunt: ut latè probauimus supra quæst. 11. sect. 4.

22 Ex doctrina aliquorum ex nostris RR. posset huic rationi responderi verum esse ex eo Deum cognoscere futurum, quia est futurum. Ceterum esse futurum consensum, seu consensus futuritionem non esse ipsum consentire defacto, quando accedit libertas consentiendi; sed esse quidam aliud realiter distinctum ab ipso futuro, videlicet ipsam Scientiam Diuinam, vel aliquam Diuinam formalitatem, siue quidam aliud, quod futuratio sit, & à quo consensus futurus extrinsecè denominetur. Quare cum non consequatur nostrum liberum consensum futurum, neque ex illo proficiatur; sed consequatur futuritionem quadam extrinsecam: hinc colligitur potentem consentire, & dissentire, non posse sua libera operatione determinare. Vel impeditur Scientiam Diuinam.

23 Hæc solutio specie tenus verbis PP. reverentiam exhibet, rectamen illis illudit, cum eorum menti planè opponantur. Patrum intentum est humanam libertatem cum præscientia Diuina conciliare; utque hoc praestent, afferunt præscientiam Diuinam non esse rationem, quare nos operemur; sed potius econtra, nostra libera operatione esse rationem, quare Deus id prænoscat. Ergo de ea ipsa operatione, de qua negant à Diuina præscientia ortum ducere, de eadem ipsa statuunt esse rationem Diuinæ prænotionis. Cum igitur PP. negent præscientiam Diuinam causam esse, iurant rationem nostri consensus in se ipso, prout noster consensus est vere, intrinsecè, & realiter: de eodem consensu nostro in se ipso intrinsecè, & realiter, affirmant rationem esse Diuinæ prænotionis. Perperam igitur intelliguntur PP. loqui non de ipso consensu in se ipso, sed de futuritione quadam extrinseca, & à consensu distincta.

24 Præterea inepta esset ratio PP. si intelligenda veniret, in sensu RR. quodenim Scientia Dei habeat pro ratione, vel se ipsam, vel quidam aliud realiter distinctum à nostro libero operari, dom hæc ratio non ostendatur à nostro libero operari descendere, quid conferat ad conciliandam libertatem cum Diuina præscientia non video, cum sit necessitas aliunde, quam à nostro

nostro libero consensu proueniens: predicta enim necessitas non erit consequens nostram liberam operationem. Vbi ergo est vis huius rationis, quæ à PP. ranti affimatur.

25. Deinde, si res sincere examinentur, verba PP. explicatione RR. non tam vim amittunt ad probandam impedibilitatem Scientiæ, quam potius ipsa verba ostendunt sententiam RR. de futuritione extrinsecâ determinante scientiam, falsam penitus esse; nam PP. afferunt scientiam rei futuræ existere, quia res futura est, & non è contra, ut ita ostendant rationem determinantem ad scientiam, seu rationem, quare scientia existat, in nostra scientia esse libertate. Si vero futuram esse rem ab ipsa te futura distinguatur, ylterius, ne casum reddatur suum argumentum, tenetur probare predictam extrinsecam futuritionem à nobis dependere. Hoc non probant; sed potius, ut cvidens luppeniant rem esse futuram à nobis dependere. Ergo ideo est, quia sub his terminis operationem esse futuram non intelligunt, nisi ipsum exercitium operandi intrinsecè, & in se ipso, & non in alio distincto: de quo distincione reddit eadem difficultas, præsertim si rem esse futuram in ipsa scientia constitutatur, de qua est difficultas.

26. Probatur 3. nostra sententia ferre eisdem argumentis, quibus tract. de Prædestin. quæst. 6. reiecum usq; capite librettatis omnem prædefinitionem simpliciter antecedentem, & ineuitabilem. Quæ probationes ad hunc syllogismum reuocantur. Omne coniunctum cù consensu v. g. & à voluntate inimpedibile, tollit potestatem dissentendi. Sed coniunctum ex Scientia Media consensus, & ex auxilio, conne&titur cum consensu, ut ei certum: & ex alia parte, si Scientia Media nequeat à voluntate impediti, tale coniunctum in impeditibile est à voluntate: siquidem non potest impediti, quæ parte dicit auxilium. Ergo huiusmodi coniunctum tollere potestam dissentendi. Major, in qua est difficultas multipliciter à nobis probatur predicta quæst. 6. de Prædest. videantur, quæ ibi diximus. Modo tamen capita præcipua probationum, quas ibi latè expendimus, brevissime perstringemus.

27. Primo, qui habet impedimentum ad operandum à quo non se potest expedire, quodque impeditre non potest, nequit operari, ut patet in eo, qui catenis violitus est: qui quidem ex eo non potest ambulare, quia patitur impedimentum vinculorum, à quo nequit se expedire. At qui coniunctum cum contentia inimpeditibile à voluntate, est impedimentum dissentendi, à quo nulla ratio-

fatione se valet voluntas expedire. Ergo tale connexum tollit potestatem dissentendi.

28 Secundo. Ille, qui caret aliquo requisito essentialiter ad operandum; nec habet potestatem illud requisitum esse entale cum consensu à se ineuitabile, debet etentiale requisitum ad dissensum: siquidem deest illi carentia talis connexi essentialiter requisita ad dissensum, quam carentiam nequit homo comparare. Ergo tali homini deficit potestas ad dissensum. Maior huius cursus adeo est nota, ut nequeat alijs clarioribus terminis ostendit: qui enim, vt emat libros, indiget pecunias, quas neque habet, neque compareat potest, euidens est non posse libros emere.

29 Tertio. Qui non potest, neque in sua manu habet falsificare aliquam præmissam, ex qua evidenter inferatur consequens, non potest falsificare consequens. Sed qui habet coniunctum illud connexum cum consensu, à quo coniunctio nequit se expedire, nequit falsificare aliquam ex duabus præmissis, ex quibus legitimè deducitur existere consensem. Ergo nequit falsificare propositionem affirmantem existere consensem. Ergo neque dissentire: quando quidem si dissentiret, falsa redderetur propositio affirmans consensem existere. Minore est certa: quia, posito tali coniuncto, veræ sunt haec duas propositiones. Si existat coniunctum connexum essentialiter cum consensu, existit consensus. Existit coniunctum connexum essentialiter cum consensu. Ex quibus legitime inferatur hoc consequens. Existit consensus. Quarum propositionum neutram potest homo falsificare: siquidem maior est necessaria veritatis: & minor, cum fundetur in existentia talis coniuncti, nequit falsificari ab eo, qui coniunctum impedire non potest. Ceterum eam, qui non valet falsificare aliquam præmissam, perinde non posse falsificare conclusionem videtur: euidēs: quia veritas cōclusionis includitur in veritate præmissarū.

30 Quarto, & præcipue. Qui patitur connexionē cū cōsensu à se ineuitabili; nō potest ponere dissensam cōponendo illū cū cōnexo cū cōsensu, quia talis cōpositio implicatoria est. Deinde: nō potest ponere dissensum diuidendo illū à tali cōexione: siquidem diuidere dissensum à tali cōexione, est facere ne existat ea cōnexio: voluntas autē nequit facere ne existat cōnexio, quā impeditur nō potest. Ergo voluntas nequit ponere dissensū, aut insensum cōposito, aut in sensu diuiso eius cōexionis. Sed existente aliquo extremo incōponibili cū dissensu, nullus est alius modus ponendi dis-

dissentum, nisi vel in sensu composito, vel in sensu diuiso ratis extremiti incomponibilis cum dissentio. Ergo existente aliquo conexo cum consensu, quod connexum à libertate humana impediri non potest: nullo modo possibili humana libertas potest posse dissentum. Hæc ipsa argumenta, pluraque alia cum eorum solutionibus confutatis magis ex professo continentur nostro tract, de Prædest. quæst. 6.

31 Argumenta, quæ contra impedibilitatem Scientia Diuinæ per determinationem humanam possumunt fieri, soluimus in præcedentibus, tum tract. de Prædestinat. ubi de Prædestinationib; Diuinis egimus, tum etiam hoc tract. quæst. 11. sec. 3. tum pluribus alijs locis. Nihilominus argumentum aliud proponam, quo nostri aduersarij nostræ sententiaz tentant inuidiam conciliare,

32 Arguunt ergo aduersarij. Totum nostræ sententiaz fundatum est inimpedibile à nobis esse id, quod sequitur necessario ex aliquo nobis inimpedibili. At hoc principium falsum est. Ergo nostra sententia non subsistit, cum eius potissimum fundatum non subsistat. Consequentia est bona, & maior certa: quandoquidem totum nostræ sententiaz fundatum est, omnne connexum necessario cum uno extremo, & à nobis inimpedibile tollere potestatem ad oppositum: quia illud extremum, quod sequitur ex connexione à nobis inimpedibili, inimpedibile à nobis, seu nobis necessarium, & non liberum est. Minor vero probatur ab aduersarijs. Hæc propositio: *Quod ex inimpedibili sequitur per bonam consequentiam, inimpedibile est damnata fuit à Sixto IV. anno 1476. in Petro de Riuo, qui eam ius tu Pontificis regi tractauit.* Ergo ut falsa reiicienda est.

33 Prædictam propositionem damnatam fuisse à Pontifice, & à Louaniensibus, scripsit Franciscus Sylvius 1. p. q. 19. art. Hoc idem asserunt Moderni Dominicani tradentes propositionem damnatam in Petro de Rivo fuisse hanc. *Præsupposita aliquas suppositiones antecedenti, ex qua infallibile est bonum operari, tollitur liberum arbitrium.* Ex quo occasionem desumunt reprehendendi nostram tententiam circa efficaciam Diuinæ gratiaz. Id opponit nobis Fr. Ioan. à S. Thom. tract. de Scientia Dei disp. 20. art. 6. referens hoc ipsum in disputationibus de auxilijs habitis coram Summo Pontifice Thomam de Lemos nobis obiecisse: pluresque alij Thomistæ idem repetunt, primis, qui hoc dixerunt, sine examine alii non credentes.

34. Verum, ut ait P. Aldrete de scientia disp. 23. sect. 22. num. 2. hi omnes egregriè sunt decepti: nam potius ea p[ro]positio fuit approbata à Louaniensibus, qui Riuum impugnabant. & contra ipsum Romæ causam agebant. Ut hoc p[ro]teat propo[n]endus est error Petri de Riuo, cuiusque argumentum, & Louaniensium solatio, ut manifestum sit, quam ingentem deceptionem patientur aduersarij.

35. Petrus de Riuo, ut constat ex causa eius non multo pridem Romæ inuenta, ut a sterit loco iam citato P. Aldrete, negabat Deo scientiam futurorum contingentium, & absolute assertebat nihil præcedere per lineam successionis medium eventum futuri contingentis, quod eiusmodi eventum inferre posset per necessariam consequentiam. Specialiterque assertebat non esse verum dicere modo. Mortui resurgent: quod generale iudicium erit: affirmabatque, quod Deus non est praescius futurorum; quod Deus non vult res priusquam sicut.

36. Hunc errorem hoc argumento probabat Lubli's terminis proposito. Ex quo ad præteritum non est potentia illud est: si inimpedibile: nempe Scientia Dei, vel propositio Prophetæ. Sed ex iniimpedibili per consequentiam necessariam non sequitur nisi inimpedibile: quare futurus eventus rei est inimpedibilis. Hoc est argumentum Petri de Riuo contra Scientiam intalibilem Dei de eventu futuro existentem ante existentiam rei futuræ. Quasi diceret Riuus, Scientia existens ab æterni non est in tempore impeditibilis: quia præcessit ab æterni: & ad præteritum non datur potentia. Sed quod infertur per consequentiam necessariam ex aliquo iniimpedibili, inimpedibile est. Ergo eventus futurus, qui quidem per legitimam consequentiam infertur ex Scientia Dei de ipso (quæ scientia iuxta Riuum inimpedibilis est ex eo quod ad præteritum non datur potentia) inimpedibilis est: & consequenter non contingens, aut liber.

37. Haic argumento non respondent Louanienses regando minorem illius discursus continentem propositionem illam uniuersalem nempe: Quod sequitur necessario ex inimpedibili, inimpedibile est: sed concedendo illam, explicant maiorem discinguentes duplex præteritum, quorum unum est in impedibili; aliud vero impeditibile. Hæc sunt eorum verba apud eundem Aldrete ibidem. Pro solutione huius rationis distinguendum est de auxiliis præterito sicut distinxit Petrus de Tarantasia super i. sent. dist. 38. videlicet, quod quoddam est præteritum quod significatur ut

pure preteritum, ut Adam fuit: quoddam sicutem prateritum significatur cum connotatione, vel inclusione futuri temporis, & futuri contingentis. Primum est in impedibile: & etusmodi sunt omnia praterita, que infra sunt per consequentiam necessariam euentum futuri contingentis quod fore. Hucusque Louanienses.

38 Ex dictis constat, nec Sextum IV. nec Louanienses damnasse nostram sententiam: imo tam longe ab eius damnatione, ut potius eam concenserint, & probauerint, & iuxta illius doctrinam argumento Petri de Riuo fecisse satis. Quam ob rem pro nostra sententia, & pro hac propositione proculdubio sitat Louanienses, & Petrus de Tarantasia: imo, & Albertus Magnus quem postea Louanienses pro eadem doctrina allegarant.

39 Restat modo (semel stabilita impedibilitate Scientie Mediae) explicare qua ratione si debeat habere extremum impedibile, cum respectu potestatis impeditivae, cum respectu alterius extremi, ratione cuius impeditiri valet: ut ita tota hanc absolvatur difficultas.

40 Dico igitur. Ut unum extremum possit impedire alterum, requiritur quod extremum impediens sit formaliter defectus alicuius, cum quo extremum impeditibile connectitur connectione non pure posterioritatis, sed vel antecedenter, vel concomitantiae. Explicatur.

41 Extremum, quod impeditur, eatenus per aliud impeditur, quatenus ex vi alterius deficit illi aliquid necessarium. Hoc igitur, cuius defectu deficit extremum impeditum v. g. A. debet non se habere pure pro posteriori ad A. sed vel antecedenter ad A. vel comitanter. Hac ratione ex defectu obiectum deficit in Deo cognitionis: quia obiectum non se habet pure pro posteriori ad eius scientiam; sed pro priori in genere determinatio: quandoquidem quia datur obiectum, ideo cognoscitur. Similiter ideo per defectum Scientie Mediae impediti posunt decreta praedefinitiva Scientie submixta, quia scientia in genere directio praeccedit ea decreta: debet enim Deo praelucere scientia, cui decreatum innititur. Præterea, semel admissa (quod mihi falsum penitus est) duplice libertate inter se mutuo comitanter, quoad exercitium connexa, qualibet aliam per suum exercitium determinare valebit: quia earum exercitia comitanter inter se connectuntur. Deinde ideo decretum praedefinitium Thomisticum impeditum non valet per dissensum, quia ita pure ad decretum praedefinitium p. cedit, ut illud nec subsequatur, nec comitetur.

42^o Ratio huius est : quia si A , purè præcedit ad B. libertas ad A. plenè exercet suum dominium antequam intelligatur B. Vel ergo A. connectitur essentialiter cum B. vel non connectitur. Si non connectitur, quamvis deficiat B. non deficiet A. cum ad A. non requiratur necessario B. Si connectitur. Ergo intellectu A. intelligitur necessitas omnino antecedens entitatis B. Ergo ponetur B. absque libertate immediata: quare non solum non erit libertas ad impediendum B. medio A. Verum neque erit libertas immediata ad B. Ex quo iterum infertur potestatem ad B. vel includere A. videlicet quando necessario ponitur, vel involucrare carentiam entitatis A. nimisrum quando ponitur libere. Nunquam ergo potestas ad B. erit potestas ad impediendum A.

SECT. III.

De prioritate Scientiæ Mediae respectu actuum Diuinæ Voluntatis.

43^o DE hac prioritate late egredi tract. de Prædestinatione. quæst. 2. per totam : ideo hic non prioritatem Scientiæ Mediae strictè discussiam; sed solum canit oculos ab iisque disputacione proponam, ut Scientiæ Mediae cum Prædestinatione nexum patet faciam: simulque Scientiæ Mediae ad Prædestinationem cum libertate conciliandam indicetur utilitas.

44^o Intellectu Scientia Media de determinatione libera creaturæ (de qua modo loquimur : nam quid speciale habeat Scientia Media actuū diuinorum iam supra diximus) v.g. Si Petrus vocetur auxilio A. consentiet triplex decretum possumus in Deo distinguere, prout ad nostrum attinet institutum. Aliud circa auxilium, quod est hypothesis illius scientiæ: aliud circa conditionatum, nemp̄ consensem: & aliud circa id, quod supponit consenitum, siue conditionatum illius scientiæ: v.g. gratiam, & gloriam. Ad hæc tria decretum prouide, & prudenter concipiendi, cum cum humana libertate concilianda, deferuit Scientia Media de consensu sub auxilio A.

45^o Deseruit ad decretum de auxilio : quia Deus in signo indifferenter ad conferendum, vel negandum Petro auxilium A. cognoscit quem sortietur euentum auxilium A. si conferatur:

alioquin Deus cęgo modo in auxiliorum collatione procedere est ut latē ostendi tract. de Prædestinat. Hac igitur prælucetia Scie-
ntia Media ad decretum de collatione auxiliij sit, tum quod pro-
vidē illud Deus conserat, siquidem illud conserat sciens quem ef-
fectum sibi habiturum: tum, quod Deus ob altissimos fines nostrę
cognitioni impervios, quem vult vocet ea vocazione, qualiter ei
congruere, & alium pulset eo auxilio, cuiuscit fore dissenturum.
Quia propter neque unius consensus, neque dissensus alterius res-
pectu Delsint casuales. Fit etiam illasam humanam consernari
libertatem. Cū enim non ideo Petrus sit consensurus, quia Deus
præuidat; sed potius Deus præuideat; quia ipse consensurus est:
hinc deducitur Petrum vocatum auxilio A. posse dissentire, &
hac ratione impedire, quod Deus præuideat fore consensum si
vocetur: consequenterque recte cohærete in auxiliorum colla-
tione Deum prouidentissime operari absque humana libertatis
dispendio.

46 Ex his principijs deducitur quando Deus prouiden-
do efficaciam, vel inefficaciam auxiliij illud conserat per decretū
essentialiter connexum cum Scientia Media consensus v. g. posse
Petrum per dissensum impediendo eam Scientiam Medianam impe-
dite decretum illud connexum cum consensu, determinando Deū
ad decretum auxiliij compibile cum dissensu, modo quo dixi-
mus tract. de Prædestinat. tota quart. 3.

47 Dederuit etiam Scientia Media ad decretum de con-
sensu (qui consensus est conditionatum Scientia Media) quod
est Prædestinatio nostri actus liberi. Deus enim intractus Scien-
tia Media, cum de coplensi Petri futuro, si i. conteratur auxiliū
A. tum de dissensu, si conseratur auxilium B. potest prudenter
decreto intentio, & non exequuntuo velle efficaciter consensum
Petri. Cum enim per Scientiam Medianam certo cognoscat habe-
re media, quibus obtineat à Petro consensum liberum; nempe
auxilia efficacia: potest discernere consensum liberum, quo deci-
to necessitatetur ad discernendum in alio signo auxilium prævis-
tum efficax.

48 Ex hac doctrina deducitur Deum, tum discernere pri-
dictum, & non temere consensum, cum illa ratione Scientia Me-
dia certo constet de medio efficaci ad obtinendum consensum:
tum habere notitiam ad eligenda media, ne imprudenter in finis
a se cautione segerat: tum denique hominis libertatem non la-
di. Cum enim hęc prædefinitio actus liberi supponat Scientiam Me-
diam

Sicut & Scientia Media impeditis sit à voluntate humana: placere fit hominem posse suo dissensu impedire huiusmodi prædefinitionem: consequenterque facere, ne auxilium sit collatum illi ex intentione efficaci sui consensu. Ex quo iterum datur prædefinitionem non esse necessitatem consensus antecedentem, & ineuitabilem; sed potius esse hominis arbitrio subiectam.

49 Utilis est etiam Scientia Media ad decreta de alijs rebus consequentibus consensum liberum. V. g. ad decretum de gloria, ut corona: quia Deus prævidens hominem consensus um ultimo instanti vita, si vocetur auxilio A. potest illi decernere intentionem gloriam ut coronam: videt enim illi suppetere media etiæ cœcacia ad id obtainendum. Similiterque instructus huiusmodi scientia felicit auxilium efficax præ inefficaci, ut bene decedat, & ita illi gloriam ut coronam exequitur decernat. Hæc prædefinition intentiæ glorie, cum Scientia Media consensus finalis dirigatur, erit impeditis per finalem dissensum, modo quo prædefinitione consensus est impeditis per dissensum.

50 Eadem ratione utilis erit Scientia Media, si ex alijs capitibus distinctis à libertate non repugnet, de qua non repugnat etiæ latè egi tract. de Prædestinatione. Ques. 12. per totam, ad prædestinatio nes pœnitentiarum: ad prædefinitionem Christi, ut Redemptoris, & ad alia decreta huiusmodi: siquidem Deus per Scientiam Medium prævidet habere in sua manu media efficacia ex hominis libertate, ut id obtineat: & postea eadem scientia instructus poterit media utilia ab inutilibus tecernere. Deinde cum talis voluntas efficax pœnitentia v. g. imitatitur Scientiæ Mediae, tum peccati futuri, de quo futura est pœnitentia, cum ipsius pœnitentia futura sub conditione talis auxilij: homo potest impediendo eam Scientiam Medium impedita prædefinitionem pœnitentiarum huiusmodi scientia subinxam.

51 Ex dictis colligitur 1. duplitem prioritatem habere Scientiam M. d' am respectu actionum diuinæ voluntatis: aliam præ directionis: aliam directionis, & motionis. Respectu decreti, quod non mouetur ex obiectione per Scientiam Medium præ cognito, se habet Scientia Media in priori directionis dumtaxat, si uero in priori indifferentia. V. g. Deus prævidens auxilium esse inefficax, consert illud: ita, ut cognitio illius veritatis conditionata de inefficacia auxilij se habeat in signo libertatis, quatenus est in signo apto ad retrahendum. Denique ab eius auxiliis collato, la prædictio casu hæc Scientia præcedit ad collationem auxilia.

lij dirigendo, & illustrando Deum: siquidem constituit immediatam libertatem Divinam ad illud conferendum. Et ut tract. de Prædestinat. quæst. 2. sect. 5. & 6. probauit, sufficit hæc directio ut præcedere natura ad collationem auxiliij dicatur: quandoquidem tota libertas immediata præcedit ad opus liberum.

52. Ideam dicendum est de Scientia Media, quæ est in signo apto ad posituē mouendum; de facto vero non mouet, quia Deus pro suo libito potest moueri ad æquatè ex uno motu, nul latenus se mouendo ex alio. Ratio est: quia etiam in hoc casu constituit ea scientia signum indifferentiæ immediatae: cumque tota libertas immediata præcedat ad opus, respectu cuius libertas est: ideo hæc scientia præcedere debet decretum, cuius immediatam libertatem constituit.

53. Ceterum respectu decreti, quod mouetur ex obiecto Scientia Media proposito, præcedit scientia, non solum directiū, sed etiam motuē: quæ est stricior, & perfectior præcedentia. Quando enim confert Deus auxilium, quia efficax est, mouetur ex efficacia auxiliij: & ideo scientia eam efficaciam Deo representans se habet pro priori, modo quo bonitas, ut cognita, præcedit eius amorem.

54. Ex dictis colliges, iuxta sententiam constituentem in Deo decretum comitans Scientia Media non regulatum, minime necessariam esse Scientiam Medium ad distributionem auxiliorum, ut Deus conferat potius efficax, quam inefficax. Cum enim Deus quodlibet auxilium possit reddere efficax suo comitante decreto, quo liberè detinet creaturam ad liberè consentiendum: pariterque, suspendente Deo suum decretum comitans, quodlibet auxilium inefficax reddatur: non opus est Deo Scientia Media, ut conferat auxilium efficax præ inefficaci: quandoquidem suo decreto comitanti pro suo arbitrio potest reddere efficax quodlibet auxilium. Hæc satis. Discedant in laudem, & gloriam Vei, Beatissimæque Virginis Mariæ absque culpa originali in sua primo conceptionis instanti: D. Aurelij

Augustini: Sanctorum Ignatij de Loyola, & Francisci Xauerij, & omnium Sanctorum.



FINIS.

